This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Pm 33.20.
2800
45

MENANDRI

ET

PHILEMONIS

RELIQUIAE.

EDIDIT

AUGUSTUS MEINEKE.

ACCEDUNT
R. BENTLEII IN MENANDRUM ET PHILEMONEM
EMENDATIONES INTEGRAE.

BEROLINI
SUMPTIBUS AUGUSTI MYLII
MDCCCXXIII.

G.m 33,20

HA… UNI…RSITY LIBRARY

FRIDERICO JACOBSIO

VIRO

VIRTUTIS INGENII DOCTRINAE LAUDE

FLORENTISSIMO

HANC

MENANDRI ET PHILEMONIS

EDITIONEM

SACRAM ESSE VOLUIT

AUGUSTUS MEINEKE.

PRAEFATIO.

Quod superiore aetate a plerisque fragmentorum editoribus fieri solebat, ut in praefatione susceptae operae tenuitatem, erectioris scilicet ingenii hominibus haud satis placituram, timidius excusarent, id ego hac nostra aetate tanto minus mihi faciundum arbitror, quo magis in dies apud idoneos talium rerum judices hanc sententiam invalescere video, ut hoc toto fragminum colligendorum emendandorumque consilio nihil ad antiquarum litterarum rationem nexumque cognoscendum fructuosius aut ad jacturam integrorum operum quomodocunque sarciendam utilius esse existiment. Itaque quicquid ad praefationem spatii nobis conceditur, eo ita potius utemur, ut quibus usi auxiliis et adjumentis novam hanc Menandri et Philemonis editionem adornaverimus, breviter aperiamus; quod dum facimus, simul historiam utriusque poetae litterariam pro consilii nostri ratione breviter attingemus.

Ac primus quidem eorum, qui bene de Menandro et Philemone mereri studuerunt, fuit, ut perfunctoriam Jacobi Hertelii *) operam omittam, Henricus Stephanus in *Comicorum graecorum Sententiis. Parisiis* 1569. Qui vir quamquam perexiguam tantum utriusque poetae

*) In libro cui titulus: *Τῶν παλαιοτάτων ποιητῶν γνωμικὰ παραγγέλματα σωζόμενα*, Basil. 1561. cfr. Fabricii Bibl. Gr. II, *p. 727.* ed. nov.

fragmentorum partem exhibuit, haud paucis tamen locis e Stobaei Florilegio receptis criticam navavit operam, genuinamque auctoris scripturam aut ingenii solertia aperuit, aut e scriptorum fide restituit. Henricum Stephanum proximo intervallo sequutus est Hugo Grotius, qui primus pleniorem utriusque poetae fragmentorum collectionem exhibuit in Excerptis ex Tragoediis et Comoediis graecis, Paris. 1616., quo in opere quam praeclaram pro illius aetatis modo et ratione operam vir magnus tum aliorum poetarum fragmentis tum Menandro et Philemoni adhibuerit, non potest melius quam ex nostra utriusque poetae editione cognosci. Hugoni Grotio in eadem provincia successit Jo. Clericus, qui quanta oscitantia, quantaque omnium rerum, quae ad tale negotium necessariae existimantur, ignoratione ad Menandri Philemonisque reliquias (Amstelod. 1709.) accesserit, non opus est ut copiosius demonstremus. Non mirum igitur, perpauca libro inesse, ex quibus aliquis ad nostram editionem fructus redundaverit. Castigandi hominis etiam post Bentleji aliorumque criticorum observationes frequentissima erat opportunitas, qua tamen, ne frustra chartam perdidisse viderer, parcissime utendum putavi. Neque profecto nimium de Clerici laudibus detrahere mihi videor, si meritorum ejus de Menandro et Philemone partorum summam in eo constare dixero, quod temeritate sua, qua impune sibi alienae messi falcem injicere posse videbatur, magni Britanni stomachum moverit. Cfr. Wolfii Anal. Litter. I. p. 24 sq. Is enim indignatus inepti Galluli levitatem, paucis post divulgatam Clerici editionem mensibus, adsumta *Phileleutheri Lipsiensis* persona, Emendationum fasciculum Petro Burmanno, acerrimo Clerici adversario, transmisit, eumque ut libelli editionem curaret hortatus est. Prodiit haud multo post, praefante Burmanno, Trajecti ad Rhen. a. 1710., et denuo, omissa Burmanni praefatione, Cantabrigiae a. 1714. quae secunda editio num quid novae dotis acceperit, nescire me fateor. Hoc Bentleji opusculum quamquam festinante calamo intra paucos menses absolutum, nemo tamen, quin praestantissimis magni viri scri-

ptis accensendum sit, dubitabit, habetque illud non ingenii tantum et doctrinae laudem, plane singularem, sed hoc etiam nomine commendabile est, quod vix aliud Bentleji scriptum reperias, ex quo peculiarem viri indolem et naturam plenius cognoscas. Quare etiamsi quae ad ipsum Menandrum et Philemonem spectant ita compendifacere potuissem, vix ut triginta paginarum spatium explerent, pergratum tamen Bentleji admiratoribus me fecisse arbitror, quod, Trajectinae editionis pagina in margine notata, totum opusculum denuo imprimendum curaverim, praesertim quum jamdudum in libris censeatur rarissimis nec nisi magno pretio in venditionibus librorum emundis. Resecui tamen, ne nimium libri moles augeretur, quam passim addiderat Bentlejus versionem latinam, quam nonnisi iis in locis retinendam putavi, ubi aut interpretationis vice fungeretur, aut ad ipsam auctoris disputationem necessaria esse videretur. Neque aliam ob causam Menandri et Philemonis χρήσεις, quas integras apposuerat Bentlejus, plerumque decurtavi, ex qua re quicquid molestiarum lectori ipsa poetarum verba ad Bentleji disputationes comparaturo creari posse videretur, id ita optime cavendum duximus, ut ad singula fragmenta, a Bentlejo romanis numeris notata, nostrae editionis paginam arabicis, quos vocant, numeris adscriberemus. Omisi etiam praefationem Burmannianam, quae nil est nisi conviciorum in Clericum conjectorum congeries, nostris poetis nihil profutura. Ejus in locum magnopere vellem sufficere licuisset Bentleji epistolam ad Clericum perscriptam, quam una cum aliis summi viri epistolis edidisse accepimus Burneium, Londini a. 1807. Nam quum divulgatis Bentleji in Menandrum et Philemonem emendationibus communis omnium eruditorum esset opinio, sub Phileleutheri Lipsiensis persona latere Bentlejum, Clericus rei veritatem sciscitaturus, fortasse etiam, quam sibi factam esse opinabatur injuriam ulturus, litteras ad Bentlejum dedit stolidae plenas arrogantiae, ad quas ita respondisse fertur Bentlejus, ut et insolentiam hominis gravissime compesceret, et suae personae dignitatem tueretur egregie. Vid. Censor Britan-

tannus apud Erfurdtium in Horreo Regiomont. III. p. 360. Hanc igitur Bentleji epistolam, in tanta praesertim Burnejani operis raritate, si adjicere nostrae Menandri editioni licuisset, magnum profecto ornamentum libello nostro accessisset.

Brevi post editas in Menandrum et Philemonem Emendationes acerrimos Bentlejus nactus est adversarios, Jo. Cornel. de Pauw et Jacobum Gronovium, illum in libro cui titulum fecit: *Philargyrii Cantabrigiensis Emendationes in Menandri et Philemonis reliquias ex nupera editione Jo. Clerici, etc. Accedunt Antonii Mariae Salvinii notata. Amstelod.* 1711.; alterum in *Infamia Emendationum in Menandri reliquias, auctore Phileleuthero Lipsiensi etc. Lugd. Bat.* 1710. Sed Pauwii procacem et effrenatam petulantiam cum pari conjunctam inscitia fortiter repressit D'Orvillius Vann. crit. p. 223. sqq. Nihilominus totum librum diligenter perlustravi, ac quicquid usquam melioris notae occurreret, commemoravi. Gronovii librum, maledicentiae et conviciorum, ut fertur, plenum, ne vidi quidem unquam, ac nescio an id non magnopere dolendum sit. Quid irritarit Gronovii animum, ut tanto in Bentlejum furore debaccha????, suspicari licet ex iis, quae non sine aculeo scripsit vir magnus p. 14.

Qui praeterea Menandro et Philemoni dedita opera consulere studuerunt, eorum praecipui sunt Hadr. Heringa in Observatt. Cap. 28. p. 238 sqq. et Fr. Zedelius, Oldenburgensis, in Bremer Magazin für Schulen Vol. II. P. 2. p. 358—370. et Neues Magazin für Schulen Vol. I. P. 1. p. 173—192. Heringa singularem doctrinae elegantiam ingeniique solertiam etiam in Menandreis luculento exemplo comprobavit. Neque Zedelius merita laude fraudandus est, quippe cujus emendationes haud vulgaris acuminis habeant indicia. Aliquoties in easdem, quas Bentlejus proposuit, correctiones incidit, de cujus Emendationibus ne fando quidem videtur audivisse. Horum igitur duumvirorum observationibus et conjecturis ita usus sum, ut quicquid aliqua vel novitatis gratia vel emendationis persuasione commendaretur, bona fide com-

memorarem, ceteris, unde nullus ad Menandrum fructus redundare videretur, silentio praetermissis. Nec minori studio aliorum doctorum hominum conjecturas per varios commentarios dispersas indagavi. In his prae reliquis dignae sunt quae commemorentur emendationes Porsoni, cujus tamen Miscellanea non minus quam Heringae, Zedelii aliorumque scripta non nisi per intervalla in usus meos adhibere licuit; quod eam ob causam monemus, ne quis forte miretur, me haud pauca in Addendis demum commemorasse, quae rectius in ipsis adnotationibus attulissem. Ceterum vix sperare licet me omnia, quae ab aliis ad Menandrum et Philemonem emendandum allata sunt, conquisivisse. Ita, ne alia commemorem, aegre caruisse me profiteor, Britannorum Diariis, Walpolii Comicis graecis, Stephani et Morellii Thesauris, docta Anglorum opera recusis, aliisque id genus operibus, in quibus si quid forte eorum, quae ipse in medium attuli, occupatum fuerit, id primo eorum auctori ita restitutum volo, ut meum nomen ne verbo quidem commemoretur, id quod in simili causa nuper professus sum in Addendis ad Euphorionem p. 189. Porsoni et Dobrei Aristophanicis tum demum uti mihi contigit, cum typographus jam maximam libri partem excudisset. Quod ne quis parum accommodate ad veritatem dici criminetur ex iis, quae ad Dyscoli fragm. scripsimus p. 52., moneo, me ipsum illud folium propter praeclaram Dobrei adnotationem denuo recudendum curavisse.

Friderici Jacobsii notas manu scriptas, quas passim lectores in meis adnotationibus commemoratas reperient, alleverat vir praestantissimus, qui ipse etiam aliquando Menandri edendi consilium agitaverat, in margine Menandri a Clerico curati. Eidem exemplari etiam Burmannus Sec. notulas quasdam adscripserat, sed leviores illas momenti nulliusque ad nostrum consilium usus, quippe maximam partem in Clerici erroribus castigandis occupatas.

Horum igitur subsidiorum usu sustentatus effecisse mihi videor, ut utriusque poetae fragmenta, ingenti loco-

rum numero aucta *), nunc minori quam antea offensione legi queant. Vel sic tamen permulta sunt, quorum emendationem vix aliunde quam e melioribus libris exspectes. Cui generi ea potissimum adnumeramus, quae e Stobaei Sermonibus omni vitiorum genere inquinatis derivavimus. Utinam ad nostrum consilium vel unum illum Codicem Vossianum comparare licuisset, de quo, quae passim scripsit Valckenarius **), maximum ejus movent desiderium. Nec minoris ad Menandrum usus futurum fuisse speramus Supplementum Florilegii Stobaeani, magna passim cum laude commemoratum a Wyttenbachio, cujus vide Vitam Ruhnk. p. 185. et Praefat. Plutarchi p. XXXIX. Sed tales quidem thesauros suis Fortuna filiis videtur reposuisse: nostra autem perdura fuit conditio, ut quibus ne Trincavellianam quidem Stobaei editionem in subsidium vocare, primam Gesneri autem perpaucas dumtaxat dieculas consulere licuerit. Plerumque tertia Gesneri usus sum et ea, quam, adjectis

---

*) Fragmentis adde etiam locum Stephani Byz. s. v. *Καππαδοκία* p. 354. Pin. *τὸ ἐθνικὸν Καππάδοξ, καὶ Καππάδοκος καὶ Καππαδόκης. Ἡρόδοτος* (scr. *Ἡρόδωρος*) *δέ φησιν, ὁ κτιστὴς Καππάδοκος εἴρηται ὑπὸ Μενάνδρου.* Nisi historicum potius hoc loco innui statuas. Fragmentis e Colace Menandri servatis fortasse addenda est Hesychii glossa: *ἀψοφητί· ἠρέμα, ἡσύχως, κολακεία.* Ubi Menandri nomen excidisse et *κολακεία* in *Κόλακι* mutandum esse suspiceris. Ceterum non dubitamus, quin nostra quoque fragmentorum collectio, quamvis ingenti, ut diximus, locorum numero aucta, multis tamen accessionibus augeri possit. Quae res me admonet eorum, quae nuperrime de Euphorione disputavimus. In quibus etsi nullum majoris momenti fragmentum desiderari spopondeprim, minutiora tamen quaedam oculos meos subterfugerunt. V. e. quae de columnis Gaditanis narrat Paraphrasis Dionysii Perieg. 64. *αὗται δὲ* (columnas Herculis dicit) *πρότερον Κρόνου ἐλέγοντο στῆλαι, διὰ τὸ μέχρι* [*τῆς*] *τῇδε ὁρίζεσθαι δῆθεν τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ· δεύτερον δὲ ἐλέχθησαν Βριάρεω, ὥς φησιν Εὐφορίων· τρίτον δὲ Ἡρακλέους.* Ad quae confer Eustathii notam in eundem locum p. 15. Steph. Porro Choeroboscus MS. apud Goettlingum ad Theodosii Gramm. p. 243. *σεσημείωται παρ' Εὐφορίωνι ἅπαξ εὑρεθὲν τὸν βότρυα καὶ παρὰ Διονυσίῳ — τὸν δρύα.* In Etymologi loco, quem p. 173. exhibui, post *ἐπιδιώκων* excidisse *σὺν* docet Paraphrasis et Eustath. ad Dionysii Perieg. 422.

**) V. e. in Diatribe de Eurip. Fragm. p. 199. B. „Aeschyli „Sophoclis, Aristophanis, Menandri et aliorum loca suis illinc „fabulis aliquando poterunt restitui."

S. Maximi et Antonii Melissae Locis communibus, plane ad Gesnerianae exemplar curavere Genevenses, Aureliae Allobr. a. MDCIX. Hanc male passim appellavi Gesnerianam, quod turbabit lectorem in iis maxime locis, ubi Maximum et Antonium ad partes vocavimus. Errorem sero animadversum corrigere non licuit; itaque lectores hoc loco ejus rei admonitos esse voluimus.

Haud minorem, immo vero etiam majorem difficultatem et deliberandi curam attulerunt nobis fragmenta, quae servavit incerti auctoris *Σύγκρισις Μενάνδρου καὶ Φιλιστίωνος*. Sic enim inscribitur. Eum primus e Cod. Paris. edidit Nicolaus Rigaltius Parisiis a. 1613., postea anno 1618., longe auctiori, ut ipse professus est, exemplari usus repetiit Janus Rutgersius Variarum Lectt. Libro IV. p. 355 — 367. adjectis Dan. Heinsii adnotationibus. De auctoris nomine et aetate nihil compertum habemus, quamquam non male, opinor, eum Stobaei aetate minorem fuisse conjicias. Ex hujus enim Sermonibus, non ex integris Menandri comoediis Comparationem suam videtur consarcinasse. Stobaei autem codices olim multo, quam hodie, fuisse pleniores, tum aliunde constat, tum luculentissime docent, quos nunc ipsum memoravi, S. Maximus et Antonius Melissa, qui quicquid eclogarum e Menandro Philemone aliisque poetis scenicis in Locos suos retulerunt, id totum e Stobaei fontibus derivatum esse haud temere affirmamus. *Συγκρίσεως* igitur illius fragmenta, quorum haud exiguam partem Clericus pro negligentia sua plane praetermisit, tanta laborant perturbatione, ut multis in locis quo te vertas non habeas. In ipso statim introitu quis tandem est ille, quem titulus libelli profitetur, Philistio? Novimus Philistionem Nicaeensem sive, ut Eusebio placuit in Chronico ad Olymp. 196. 3., Magnesianum, mimorum scriptorem eundemque actorem celeberrimum, quem prae immodico risu obiisse refert Epigramma incerti auctoris in Anthol. Palat. Vol. II. p. 349. Frequens ejus est memoria apud serioris aevi scriptores, Martialem, Sidonium Apollinarem, Antoninum Philosophum, Cassiodorum, alios. V. Fabricii Bibl. Gr. II. p. 431.

Ab hoc alium Philistionem, ipsum quoque actorem et poetam mimicum, distinguit Suidas: Φιλιστίων, Προυσαεύς, ἢ ὡς Φίλων, Σαρδιανός, κωμικός. τελευτᾷ δὲ ἐπὶ Σωκράτους (alii notante Scaligero ἐπ' Ἰσοκράτους, quod Eudociam habere nescio quo errore deceptus tradit Harlesius). ἔγραψε κωμῳδίας βιολογικάς (h. e. mimos). τελευτᾷ δὲ ὑπὸ γέλωτος ἀπείρου. δράματα δὲ αὐτοῦ Μισοψηφισταὶ (Eudocia Μισοψηρισταί). Οὗτός ἐστιν ὁ γράψας τὸν Φιλόγελων, ἤγουν τὸ βιβλίον τὸ φερόμενον εἰς τὸν κουρέα. Atqui hunc minime diversum fuisse a Nicaeensi, tum alia fidem faciunt, tum vero ex eo intelligitur, quod Φιλόγελων, quem Prusiensi Suidas tribuit, diserte Nicaeensi assignat Hesychius Illustrius p. 65. ed. Col. Allobr. a. 1615. Unde conficitur etiam in aetatis indicio Suidam mirum quantum errasse, de qua re admonuit jam Scaliger ad Euseb. Chron. p. 164. Corruptis apud Suidam verbis εἰς τὸν κουρέα quid faciendum sit, dictu difficile est. Reinesius, probante Kustero, corrigit εἰς τὸν Κουριέα, intelligitque Hermeam Curiensem, Choliamborum scriptorem haud ignobilem, de cujus aetate probabilis est conjectura Naekii de Choer. p. 195. At docere debebant hunc tantam nominis celebritatem adeptum fuisse, ut κατ' ἐξοχὴν vocari potuerit ὁ Κουριεύς.

Vidimus igitur Philistionem fuisse mimographum et floruisse Olymp. 196. 3. h. e. extremis Augusti temporibus. Hunc autem Συγκρίσεως auctorem comparasse cum Menandro? Immo vero certissimum est, praeeunte Rutgersio, Philistioni substituendum esse Philemonem, quocum perpetua intercessit Menandro de principatu in scena obtinendo contentio; idque ipsum in causa fuisse, ut auctor noster anonymus iterum nobile illud par in certaminis periculum committeret, verissime monuit Rutgersius. Cujus sententiae ex eo etiam magnus probabilitatis cumulus accedit, quod a nullo usquam antiquo scriptore Philistionis memoria injicitur, et complura fragmenta, quae Philistioni tribuit Anonymus, a Stobaeo aliisque scriptoribus diserte Philemoni adscribuntur. Hinc neminem fore spero, qui me audacius fecisse criminetur, quod p. 415. pluscula fragmenta sub Philistio-

nis nomine allata ab Antonio Melissa, inter Philemonis reliquias recipere non dubitavi, praesertim cum ejusdem permutationis exempla etiam aliis in locis deprenderimus. Causa erroris, ut recte vidit Rutgersius, e palaeographicis rationibus repetenda est. Nam cum omnia haec nomina, Φιλήμων, Φιλιστίων, Φίλων, Φιλητᾶς, Φιλόξενος, Φίλιππος, Φιλιππίδης, Φιλίσκος, alia, eodem ferme a librariis compendio exararentur, quam proclivi lapsu alterum cum altero permutari potuerit, sponte intelligitur. Quam rem, quoniam vel maxime consilio nostro consentanea est, uno alterove exemplo illustrabimus *). Ac Philemoni apud Anton. Mel. CLIV. p. 245. tribuuntur haec: ἐστί που σύνεσις νέων καὶ γερόντων ἀσυνεσία· χρόνος γὰρ οὐ διδάσκει φρόνησιν, ἀλλὰ σύνεσις καὶ ὀρθὴ δίαιτα. Manifestum est scribendum esse Φίλωνος. Contra Philoni Philemonis nomen substituendum esse apud Scholiastam German. Arat. Vol. II. p. 37. ed. Buhl. docuimus ad Philemonis Inc. p. 392. Cave tamen eandem esse nominum horum permutationem apud Etymol. M. p. 683. 24. καὶ Φίλων δὲ μνημονεύει τοῦ πόρκου·

Θᾶττον πλέκειν κέλευε πορκῶν πυκνοτέρους.

ubi recte Suidas III. p. 156. et Zonaras II. p. 1562. habent Δίφιλος, cujus nomen etiam aliis locis cum Φιλήμων permutari docuimus ad Philemonis Siculum p. 383. Philetae et Philemonis nomina inter se permutari intelligitur ex hujus Fragm. inc. 25. 26. 106. Contrarium errorem habemus apud Plutarchum Pericle p. 153. A. οὐδ' Ἀνακρέων ἢ Φιλήμων ἢ Ἀρχίλοχος. Sine corruptelae suspicione hoc loco usus est T. Hemst. ad Lucian. I. p. 14. Atqui Philemoni nullus inter Anacreontem et Archilochum locus est. Recte igitur Ruhnkenius Epist. crit. II. p. 296. corrigit Φιλητᾶς. Ejusdem nomen Ruhnkenius restitui voluit Schol. Apoll. Rh. III. 118. ἑψιόωντο ἀντὶ τοῦ ἔπαιζον. Φίλων δὲ ἀντὶ ὡμίλουν. Fortasse recte; quamquam non minus probabiliter conjicias Φιλήμων, cujus

*) Idem argumentum attigit nuper Frid. Osann ad Philemonem Grammat. p. 319 sq.

Grammaticas glossas laudat Athenaeus. Nisi forte, servata lectione edita, Philonem grammaticum intelligas eum, de quo egit Koenius Praef. Gregorii Cor. p. XVIII. — Hesychius s. v. σκύζης. Παρὰ Φιλητᾷ· παύσω σε τῆς σκύζης, ἀντὶ τοῦ καπρᾶς. Comicum poetam, non elegicum hic laudari, docet senarii hemistichium:

Παύσω σε τῆς σκύζης —

Corrigendum igitur aut παρὰ Φιλήμονι, aut παρὰ Φιλεταίρῳ. Athenaeus Epit. II. p. 43. F. Εὔβουλος εὑρετικούς φησι τὸ ὕδωρ ποιεῖν τοὺς πίνοντας αὐτὸ μόνον·

τὸν δ' οἶνον ἡμῶν τῷ φρονεῖν ἐπισκοτεῖν.

τὰ δ' αὐτὰ ἰαμβεῖα καὶ ὁ Φιλητᾶς φησι. Philetae commemoratio advertit Heynium apud Kayserum Fragm. Phil. p. 69., sed quam proposuit expediendae difficultatis rationem, quis tandem probet? Certissimum est, hic etiam Comici poetae, sive Philemonis sive Philetaeri, nomen latere, qui, ut solebant poetae Graecorum comici sua invicem scrinia compilare, Eubuli versus suos in usus converterat. Philisci et Philemonis nomina confundi vidimus p. 374. et p. 367. cui loco si Grotius Philisci nomen e Codd. auctoritate apposuisset, equidem, quo minus fragmentum illud Philemoni eriperetur, non valde repugnarem: quamquam ne sic quidem e Tragico Philisco sed e Comico versus illos Stobaeum duxisse existimarem. Sed obfuit Grotio, quod non recordaretur Philisci Comici, mediae, ut equidem opinor, Comoediae poetis accensendi. Eidem, non tragico, quae Naekii fuit sententia Schedis critt. p. 27., tribuerim locum a Stobaeo Serm. LXXI., et trimetrum a Dicaearcho in Vita Helladis servatum. Senarius a Salmasio editus, legitur, quod tum scire non poterat Naekius, in Anthologia Palatina. Philemonis nomen in Philoxeni successit apud Etymol. M. p. 753. de quo dixi ad Fragm. e Sardio p. 381. Quod p. 418 e Stobaei fide Philemoni tribuimus fragmentum LXIII. b., idem Stobaeus LX. p. 384. 41. Philippo tribuit, pro quo vide an Philippidis nomen restituendum sit, quod in Philippum depravatum est apud eundem Stobaeum Serm. CXII. p. 584. et apud Pollue. IX. 88. ἐν μέντοι τῷ Φιλίππου Φιλευριπίδῃ,

— οὗτος οἴεται.
περισπάσαι κερμάτιον αὐτοῦ. —

Legendum Φιλιππίδου, cujus fabula Phileuripides ab eodem laudatur Polluce IX, 38. et Antiattic. p. 112. Contra apud Athen. XIII. p. 568. f. καὶ ἐν Νάννιῳ· Εὐβούλου δὲ τὸ δρᾶμα καὶ μὴ Φιλιππίδου. corrigendum Φιλίππου. Philippus enim, Aristophanis filius, τοῖς Εὐβούλου δράμασιν ἠγωνίσατο, ut est apud Schol. Platonis ineditum apud Porsonum in Miscellaneous Criticisms p. 269. Philippides, novae poeta Comoediae, multum vereor ne falso fabularum unam Κόθορνοι inscripsisse dicatur apud Antiatt. p. 100. Θηραμένης, τὴν κλητικήν. Φιλιππίδης Κοθόρνοις. Scribendum videtur Φιλωνίδης, cujus Κόθορνοι laudantur ab Athenaeo, Polluce, Suida et ab ipso adeo Antiattic. p. 83. Philemonis nomen, si quando augeretur articuli accessione, prono errore in Ὠφελίων, et contra Ὠφελίων in ὁ Φιλήμων depravari potuit, quod haud scio an factum sit apud Hesychium s. v. Ἴσις eo loco quem inter Philemonis fragmenta exhibui p. 430. Verba Hesychii sunt haec: ἔνιοι ὀμνύοντες τὴν Ἴσιν ἐξ ἑτοίμου ἐνόσουν. ὅθεν ὁ Φιλήμων διὰ τὸ συνεχὲς τῶν νόσων ἐχρήσατο τῇ λέξει. Ita edidit hunc locum Musurus. At codex a Schowio collatus habet ὅθεν ὠφελίμων κτλ. in quo equidem Ophelionis potius quam Philemonis nomen latere crediderim. Alium fontem, ut hoc addam, habet permutatio nominum Φιλήμων et Χαιρήμων, cujus rei exempla passim vidimus. Fortasse igitur idem factum est apud Stob. Sermon. LXXVII. p. 455. Gesn.

Βεβαιοτάτην ἔχε τὴν φιλίαν πρὸς τοὺς γονεῖς.

et Serm. LXVI. p. 421. Gesn.

Γυναῖκα θάπτειν κρεῖττόν ἐστιν ἢ λαβεῖν.

Quibus locis an non recte Chaeremonis nomen adscriptum sit a librariis, certe dubitari potest. De quo admonui in Comment. Misc. I. p. 30.

Sed satis diu nos tenuit haec disputatio. Itaque deinceps de aliis, quae lectorem scire interest, exponam. Inde a p. 311. exhibui Menandri, quae dicuntur γνῶμαι μονόστιχοι: in quibus etsi aliquam multa inesse sciebam, quae neque ad Menandrum neque ad alium quemquam

veterum poetarum referri queant, nolui tamen committere ut in nostra Menandri editione desiderarentur. Dedi autem duplicem earum collectionem, alteram e Codd. MSS. ductam, alteram ex Aldina editione desumptam. Ac priorem quidem collectionem unice debemus Jo. Gottl. Schneideri industriae, qui in Appendice editionis Fabularum Aesopi, quae Vratislaviae prodiit a. 1812., *Μενάνδρου γνώμας μονοστίχους* e duobus Codd. Vindobonensibus et uno Gudiano edidit. Gudiani Codicis comparationem, quam ab J. Fr. Heusingero factam esse suspicatur Schneiderus, e schedis Lessingianis ab hujus fratre sibi traditis duxerat; Vindd. autem codd. in ejus usum comparaverat B. Kopitarius, Bibliothecae Imperialis Scriptor. Vide quae ipse de hac re dixit Praefatione ad Aesop. p. XIII sqq. Postea ab eodem Kopitario duorum aliorum Codd. Vindd. comparationem accepit, quam petenti mihi, ut erat ad litteras quoquomodo juvandas promptissimus, humanissime transmisit. Sed operae pretium est ab ipso audire, quae de illis, quos dixi, Codicibus in schedulis mecum communicatis perscripsit: „Tertius Codex inter Nesselianos No. CLXVII. Chartaceus a folio 143. b. ad folium 153. b. scriptum habet: „*Εγω Φραγκισκος ὁ Ιταλος ἐν τῇ Βικεντιᾳ ἐγραψα. Μανδρου γνωμαι μονοστιχοι*. Versus continet 215. In plurimis consentit cum Guelferbytano." — „Codex chartaceus Vind. 4tus nondum descriptus nunc inter Codd. „graec. IV. E. 17. continet Diogeniani *παροιμίας δημώδεις* „ordine alphabetico: Orphei Hymnos XVIII. fol. 81. Demetrii Phalerei septem sapientum sententias cum versione latina fol. 97. *Σωδιάδου τῶν ἑπτὰ σοφῶν ὑποθήκας* „c. vers. lat. f. 113. Catonem Planudis f. 121. et Menandri sententias f. 151. In fronte ternionis, qui Menandri incipit, est scriptum: Contenta in hoc libro Sententiae Menandri: dialogus Fortunae: Julius de quotidiana locutione: Isocratis exhortationes: Fabulae Aesopi. „Sed praeter Menandrum nihil horum superest. Sunt „sententiae omnes numero 211. ad latus singulorum apposita versione latina. In fine subscriptum: Georgio „Hermonymo Spartano interprete. Hic esse videtur

„quem Hieronymum appellavit Fabricius, an rectius du-
„bito *). Immo recte Georgius Hermonymus Spartanus „editur in Codice, quem primum Parisiis Graecum grae-„ca docuisse et magistrum Guil. Budaei fuisse constat. „De quo plura Allatius Dissert. de Georgiis inserta Bibl. Gr. Fabr. X. p. 758. unde sua duxerunt Joecherus et „Heeren Geschichte der class. Litter. II. p. 106." Haec Schneiderus. Similes gnomarum collectiones in aliis etiam Bibliothecis latere probabile est. Ita Hasius in Bredowii Epistol. Paris. p. 242. Parisinae bibliothecae codicem commemorat, in quo inter alia etiam *Menandri fragmenta* contineri scribit, quibus verbis non dubitamus quin ipsas illas μονοστίχους gnomas intelligi voluerit. Ceterum qui ex tertio et quarto Vindobonensi Schneiderianae collectioni accesserunt versus, eos asterisco notavimus.

Altera sylloge, quam prioris supplementum esse volui, ex libro petita est, quem a. 1495. hoc titulo edidit Aldus Manutius: *Sententiae monostichi ex variis poetis;* a qua aut parum aut nihil differre videtur collectio Florentina, propter uncialium litterarum elegantiam et nitorem memorabilis: *Gnomae monostichoi ex diversis poetis secundum ordinem Alphabeti* — *Florentiae* — sine anni indicio. Vid. Wolfii Anal. Liter. I. p. 237. Ex alterutra factae sunt collectiones Stephaniana et Morelliana, ex quibus deinceps alii suas syllogas consarcinavere, donec recentissima aetate Brunckius turpissimis eam modis mutilavit, interpolavit, depravavit. Ceterum ex Aldina sylloge eos tantum versus recipiendos duxi, qui in nullo eorum, quos dixi, codicum reperirentur.

Gnomis monostichis noli mirari quod Alciphronis aliquot epistolas subjecimus. Selegimus autem eas, quibus, quum permulta contineant, quae ad Menandri res vitamque faciunt, non carere posse videbatur nostra editio, in qua nollem eorum aliquid, quae cum Menandro conjuncta sunt, desiderari. In margine epistolarum

*) Spectant haec ad ea quae scripsit Fabric. B. G. I. p. 743. Harl. et quae ipse dixit Schneiderus Praefatione Aesopi l. l.

qui adjecti sunt numeri paragraphos significant, quibus epistolas illas dispescendas putavi, quod eam ob causam moneo, quoniam quotiescunque in annotationibus ad Menandrum Alciphronem ad partes vocavi, editione usus sum Wagneri, in qua nulla est paragraphorum distinctio, sed singulae lineae numerantur. Quas his epistolis adjeci annotationes, eas velim lectores aequi bonique consulant: sunt enim extemporali opera fusae, nec justi commentarii laudem affectant. Palatini Codicis lectiones in notis commemoratas debeo ei, cujus incredibilem erga me benivolentiam non satis digne dilaudare possum, Friderico Jacobsio.

In iis, quae ad Suidae locum de Menandri et Philemonis vita rebusque commentatus sum, aegre carui J. G. Hauptmanni dissertatione de Menandro, quam Gerae edidit a. 1734. Erunt fortasse etiam, qui uberiorem de utriusque poetae arte et ingenio quaestionem me instituisse exspectent. Sed ea quaestio tam arctam cum ceterorum Comicorum historia conjunctionis necessitudinem habet, ut nisi reliquorum Comicorum fragmentis in unum corpus collectis cum successu quidem non institui posse videatur. Accedebat, quod in tanta, qua nostro terrarum angulo laboramus, rariorum librorum penuria, subsidiis quibusdam et adjumentis ad eam rem necessariis carebamus, veluti Rochefortii dissertatione, *de arte Menandri in partibus fabulae apte describendis*, quam quadragesimo quarto volumini Commentariorum Academ. Inscript. Parisiensis insertam legi, Boettigeri indicio noveram Excurs. II. ad Terentii Eunuch. p. 64. Itaque de his aliisque rebus similibus *) disputabo uberius, si quando ceterorum Comicorum reliquias uno corpore comprehensas publici juris facere licebit.

Praeter indices, quorum is, qui Graecitatem com-

---

*) E. g. de personarum forma et specie in Menandri Comoediis, qua de re classicus est locus Anonymi *περὶ Κωμ.* p. XII. Non minus quaestionem de dictione Menandri et de metrorum generibus, quibus usus esse dicitur apud Victor. Art. Gramm. I, 11. III, 1. Rufum de metr. Terent. p. 2707. aliosque, in aliud tempus rejiciendum putavimus.

plectitur, tanta est accuratione confectus, ut, si variorum poetarum γνώμας μονοστίχους exceperis, quodlibet fragmentum, quantumvis exiguum et leve, sine multo quaerentium labore investigari queat, ad calcem libri addidi Corrigendorum Addendorumque syllabum satis locupletem. In quo quum non omnia, quae addi et possunt et vero etiam debent, commemorarim, nunc alia quaedam, quae meos mihi commentarios relegenti occurrunt, corollarii loco adnectam. Ita, ut hinc ordiar, magnopere vereor ne injuria Toupio praeeunte Ἁλὰς Ἀραφηνίδας Menandri fabulis annumeraverim. Recte quidem Toupius Stephani verba ita interpretatur: „vox autem Ἁλαὶ cum adspira„tione scribitur, ut in fabula Menandri, quae ita inscri„pta est, quod Halis Araphenidibus res de quibus agit „gestae fuerint." Enimvero Menandrum eam ob causam fabulae titulum fecisse Ἁλαὶ Ἀραφηνίδες, quod istic fabulae scenam esse voluerat, id, si quid video, non minus ineptum esset, quam si Sophocles, ut hoc utar, Oedipum Colonensem inscripsisset Κολωνός. Haec dubitatio jam tum, quum ista commentabar, menti meae obversabatur; nunc paene certum est, fabulae titulum non fuisse Ἁλαὶ Ἀραφηνίδες sed Ἁλαιεῖς sive Ἁλαεῖς. Neque enim dubitari potest, quin eadem Menandri fabula significetur a Manuele Moschopulo in Opusculis grammaticis nuper a Franc. Nicol. Titzio editis p. 33. ἁλεσοῦριον δὲ δασύνεται, τὸ κοχλίδιον· καὶ Ἁλκεῖς (sic), δρᾶμα Μενάνδρου. quae verba Moschopulus eidem fortasse, cui Stephanus sua, grammatico debet. Ac fortasse etiam Stephanus scripsit δασύνεται δὲ τὸ Ἁλαιεῖς καὶ ἐν τῷ Μ. δ. Nam Ἁλαιεῖς scribas an Ἁλαεῖς nihil interest. Postremam formam, Ἁλαεῖς, rariorem illam quam Ἁλαιεῖς, attigerunt Boeckhius Oecon. Att. II. p. 276. et Car. Ottfr. Müller in Erschii Encycl. Vol. VI. p. 222.

Ad Μισογύνου fragmenta p. 113. injuriam feci Donato, cum dicerem eum Simyli nomen derivasse a Σίμων. Immo vero recte deduxit *a Simo* h. e. ἀπὸ τοῦ σιμοῦ. Ab eodem adjectivo derivandum est etiam Simiae nomen, quod nescio an male vulgo duplicato sigma Σιμμίας scribatur. Genuinae, ut mihi quidem videtur, for-

mae exemplum habet Schol. Theocr. XVI. 34. et Dionysius Comicus apud Athen. IX. p. 404. e. ex emendatione Porsoni: *σφόδρα μοι κεχάρισαι, Σιμία, νὴ τοὺς θεούς.* Quamquam Porsonus contra librorum vestigia scripsit *Σιμμία.* Idem nomen in eadem Dionysii ecloga restituendum est p. 405. d., ubi coquus multus est in praedicanda arte coquinaria, de qua quae litteris prodiderit Archestratus, non nauci esse nec digna ad quae animus advertatur: omnino de tantae arte praestantiae ne posse quidem probabiliter scribi:

ὅρον γὰρ οὐκ ἔσχηκεν οὐδὲ κύριον,
αὐτὴ δ' ἑαυτῆς ἐστι δεσπότης· ἐὰν
δ' εὖ μὲν σὺ χρήσῃ τῇ τέχνῃ, τὸν τῆς τέχνης
καιρὸν δ' ἀπολέσῃς, παραπόλωλεν ἡ τέχνη.

Sic enim scribendum videtur. Mox interjectis aliquot verbis, ita pergit:

τουτονὶ δ' ὃν ἀρτίως
ἔφης ἔχοντα πεῖραν ἥκειν πολυτελῶν
πολλῶν τε δείπνων ἐπιλαθέσθαι; α'. Σημεῖα
πάντων ποιήσω, θρῖον ἂν δείξω μόνον,
παραθῶ τε δεῖπνον ὄζον αὔρας Ἀττικῆς,
ἐξ ἀντλίας ἥκοντι καὶ γέμων τε τι
φορτητικῶν μοι βρωμάτων ἀγωνίαις.

Versu tertio neque metrum, neque, quod gravius est, sententia sibi constat. Senserunt id etiam interpretes, quorum conjecturas, si cui volupe est, videas apud Schweighaeuserum. Nec Jacobsii ratio placebit. Sensus loci ni fallor hic est; *Quem tu modo venturum dixisti hospitem lautis conviviis adsuetum, eum ego omnium oblivisci efficiam, ubi solum ego thrium meum ostendero, et Atticae suavitatis coenam apposuero, praesertim quum ex antlia veniat et nauticorum ciborum taedio laboret.* Proinde legendum videtur:

τουτονὶ δ' ὃν ἀρτίως
ἔφης ἔχοντα πεῖραν ἥκειν πολυτελῶν
πολλῶν τε δείπνων, ἐπιλαθέσθαι, Σιμία,
πάντων ποιήσω, θρῖον ἂν δείξω μόνον,
παραθῶ τε δεῖπνον ὄζον αὔρας Ἀττικῆς,
ἐξ ἀντλίας ἥκοντα καὶ γέμοντ' ἔτι

φορ-

φορτητικῶν μοι βρωμάτων ἀγωνίας.

In his, si summam emendationis spectes, ita clara omnia et perspicua sunt, ut nullus dubitationi locus relinquatur. Accusativi ἥκοντα καὶ γέμοντα pendent ab verbis ἐπιλησθέσθαι πριήσω. Verba φορτητικὰ βρώματα an molestos cibos significare possint et alii dubitavere, et ego dubito; μοι an sanum sit non definio; ἀγωνία quin recte de taedio acceperim non dubito. Hesychius: ἀγωγία, ἀηδία. Corrigendum ἀγωνία. Genitivus pendet a γέμοντα, quamquam possis etiam ἀγωνίᾳ. Verbum γέμειν dativo junxit etiam Carcinus apud Diodorum Sic. V. 5. p. 334. Qui sequitur apud Athenaeum versus εἰ μὴ ποιήσω νυστάσαι παροψίδι, eum fortaste alii emendabunt.

Ad Menandri Fragm. inc. p. 281. paucis attigi graecum dicendi usum, quo loca iisdem nuncupantur nominibus, quibus significantur ea, quae locis illis veneunt. Ejus moris si memores fuissent interpretes Athenaei, minus fortasse haesitassent in Diphili loco alioquin inextricabili ap. Athen. VII. p. 292. c. Habemus ibi μαγείρου sermonem ad τραπεζοποιόν, cui ille persuasurus, ut suum sibi ministerium addicat, se nonnisi lautis conviviis operam suam commodare longo sed elegantissimo sermone exponit. *Adolescentem si novi patrias opes strenue dilapidantem:* πορεύομαι·

ἀπὸ συμβολῶν συνάγοντα, νὴ Δί', ἕτερά που
ἐνέβαλον εἰς τὸν κέραμον ἕνι' εὑρημένα,
τὰ κράσπεδ' ἀποθλίβοντα καὶ κεκραγότα·
ὀψάριον ἀγοραῖον ποιεῖν τίς βούλεται;
ἐῶ βοᾶν· πληγὰς γάρ ἐστι προσλαβεῖν.

Mira profecto ad hunc locum commenti sunt interpretes de annulo aliisve rebus pignoris loco in urceum conjectis. Sensus loci hic est: at si qui adolescentes pauperculi et ad summam inopiam redacti in forum, ubi culinaria veneunt, alto clamore sublato irruunt, eos missos facio. Cur autem in forum, inquis, ubi τὰ κεράμια prostant? Quia eodem loco coquorum erat statio, ut perspicue intelligitur e loco Alexidis apud Athen. IV. p. 164. f.

ὅπου γάρ ἐστιν ὁ κέραμος μισθώσιμος

ὁ τοῖς μαγείροις, εὐθέως ἐξ ἑωθινοῦ *)
ἕστηκεν ἐλθών.

Eundem locum τὰ μαγειρεῖα dictum fuisse constat e Polluce IX. 48. Quod vs. 2. legitur ἐνευρημένα sive ἐν εὑρημένα, in eo adolescentulorum epitheton latet, ni fallor, probrosum. Fort. scribendum ἐξυρημένα. Ejusdem eclogae vs. 38. delendum est, quod totius loci sententiae repugnat, signum interlocutoris. Omnia ab uno eodemque μαγείρῳ recitantur.

In annotatione ad Bentleji Emendationes p. 437. attigi Apollodori locum satis eleganterm sed in nostris Stobaei exemplaribus vitiosissime scriptum. Legitur apud Grot. Floril. CXVII. p. 483.:

Μὴ καταφρόνει, Φιλῖν᾽ ἐτῶν γεροντικῶν,
οἷς ἔνοχος εἰς τὸ γῆρας ἂν ἔλθῃς ἔσῃ.
ἀλλὰ μέγα τοῦθ᾽, ᾧ πατέρες ἡλαττώμεθα,
ὑμεῖς μὲν ὠνειδίσατ᾽ ἄν τι μὴ ποιῇ
ὁ πατὴρ πρὸς ὑμῶν, οὐ γέγονας αὐτὸς νέος;
τῷ δὲ πατρὶ πρὸς τὸν υἱόν, ἐὰν ἀγνωμονῇ,
οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, οὐ γέγονας αὐτὸς γέρων;

Ad primi versus sententiam miror non offendisse Grotium. Quale enim hoc est: *noli contemnere annos seniles, ad quos tu ipse aliquando senex factus pervenies.* Quod perinde est ac si dicas: *si senex factus fueris, eris*

*) Jacobsius malit εὐθὺς ἐξ ἑωθινοῦ. Non assentior: eadem synizesis est in ἕως, ἑῶν aliisque. Paullo insolentius est ἑορτή disyllabum apud Ionem Athen. VI. p. 259. f. ἐνιαυσίαν γὰρ δεῖ με τὴν ἑορτὴν ἄγειν. Cfr. Seidler ad Euripid. Iph. Taur. 1425. Cave tamen huc trahas Cratinum Seriphiis apud Polluc. VII. 69. qui locus praeeunte optimo Cod. MS. ita refingendus est: Ἐς Σύρον δ᾽ ἐνθένδ᾽ ἀφικνεῖ μετέωρος ὑπ᾽ αὔρας, Ἱμάτιον μοχθηρόν, ὅταν Βορρᾶς καταπνεύσῃ. Qui versus ex eadem Seriphiorum scena petiti sunt, ex qua alios servavit Steph. Byz. s. v. δούλων πόλις p. 244. Ad eandem fabulam, quam Strabonem quoque respexisse suspicor Lib. X. 5. et Eustath. ad Dionysii Perieg. 526., pertinuisse videtur versus apud Harpocr. s. v. Κισθήνη p. 216. Κἀνθένδ᾽ ἐπὶ τέρματα γῆς ἥξεις καὶ Κισθήνης ὄρος ὄψει. Quae Polydectae verba videntur Perseo, expeditionem contra Gorgonas suscepturo, itineris rationem monstrantis. Ex eadem narratione desumtus est versus apud Photium Lex. s. v. σταθερόν. Ad Cisthenes mentionem compara Aeschyli Prom. 816. cujus fabulae partem eam, quae Ius errores complectitur, Cratinus in Seriphiis parodia videtur lusisse. Eadem fabula obversabatur fortasse Olympiodoro in Platon. Alcib. p. 157. ed. Creuz.

Tum quis unquam graece dixit, ἄγαμος εἶναι ἔσεσθαι?
Quid multa? scripsit Apollodorus:

Μὴ καταφρόνει, Φιλῖν', ἐθῶν γεροντικῶν,
οἷς ἕνεκ' αὐτὸ γῆρας ἂν ἔλθῃς ἔσει.

Noli contemnere mores seniles, quibus tu ipse aliquando, senex factus, teneberis. Vs. 3. legitur ex correctione Salmasii. Nam apud Stobaeum habetur ἀλλὰ μέγα τοῦθ', οἱ πατέρες ἠλ. Atqui necessarius est articulus. Legendum videtur:

ἀλλὰ μέγα τοῦθ', οἱ πατέρες ἠλαττώμεθα.

In hoc autem nos, qui patres sumus, multum vobis inferiores sumus. Nam μέγα pro μάλα dictum cum ἠλαττώμεθα conjungendum. Vs. 5. πρὸς ὑμῶν Grotii est correctio pro edito πρόθ' ἡμῶν. At Ms. Paris. habet πρόσθ' ὑμῶν; unde conjunctis, quae male separatae sunt, syllabis certissima nascitur emendatio haec:

ὑμεῖς μὲν ὀνειδίσαιτ' ἐὰν τι μὴ ποιῇ
ὁ πατὴρ προθύμως, οὐ γέγονας αὐτὸς νέος;

Ita fere Menander Adelphis p. 6. υἱῷ προθύμως τἀξιώματα νοῦν ποιῶν, κηδεμόνα ἕξεις τοῦ βίου. Contrarium in modum, ut hoc addam, erratum est in Machonis loco apud Athen. VIII p. 345. f.

ἐγὼ καὶ γέρων ὤν......
ἄλλας οὐκ ἔχεις; προσένεγκ' εἰ ...
ἑτέρου; πάλιν γενοῦ συμμετρίαν ...
ὥσπερ λύραν ἐπιτείνας γ' ὡς ...

Postremo versu Jacobsius ὥσπερ λ. ἐπιτείνας γ' ἕως ἂν ἡδὺς ᾖ. Scribendum suspicor:

— *πάλιν γενοῦ σὺ, μέχρις ἂν ἁρμόσῃ,*
ὥσπερ λύραν τ' ἐπιτείνειν ἕως ἂν ἡδὺς ᾖ.

Ubi praeterea priori versu malim in fine μέχρις ἂν ἡδὺς ᾖ, et altero ἕως ἂν ἁρμόσῃ. Causa in promptu est. In primo Apollodori versu recte Salmasius Φιλῖνε scripsit, quod nomen legitur etiam apud Strabonem (male corrigunt Stratidem) Athenaei IX. p. 382. D. Ante Salmasium legebatur φιλεῖν, quo erroris genere nihil in veterum libris frequentius. Ita apud Euphronem Athenaei Lib. I. p. 7. d. ubi Soterides, excellens coquinariae artifex, media hieme Nicomedi regi apuam tanto artificio apparasse dicitur, ut

omnes prae summa admiratione alta voce exclamarent. *Νικομήδη*, inquit,

> *ἀφύης ἐπιθυμήσαντι, χειμῶνος μέσου*
> *παρέθηκεν ἡδέως, ὥστε πάντας ἀνακραγεῖν.*

ubi vix littera mutata scribendum conjicio:

> *παρέθηκε, νὴ Δί᾽, ὥστε π. ἀνακραγεῖν* *).

Contra diphthongus *ει* in *υ* abiit in Diphili loco apud Athen. IX. p. 401. a. *καλοῦνται δέ τινες καὶ χελιδόνιοι λαγωοί· μνημονεύει δ᾽ αὐτῶν Δίφιλος ἢ Καλλιάδης Ἀγνοίᾳ· τί τοῦτο; ποδαπὸς οὗτος χελιδόνιος ὁ δασύπους; γλυκεῖα δ᾽ ἡ μίμαρκυς;* Inepta tentant interpretes. Et metrum et sententiam haec emendatio restituet:

> — *τί τοῦτο; ποδαπὸς οὗτος*
> *χελιδόνειος ὁ δασύπους; γλυκεῖα δ᾽ ἡ μίμαρκυς.*

Quae interpretatione non indigent. *Μίμαρκυς* cum peregrinum vocabulum sit recte primam syllabam videtur corripere. Si quis tamen, quod vix futurum puto, ex alio poeta contrarium docuerit, facile versus ad senariorum speciem revocari poterunt, ut *μίμαρκυς* in tertii trimetri initio ponatur.

Sed haec hactenus; valde enim vereor, ne multis extra oleas evagatus esse videar, ut qui praefationis officio ita usus sim, ut haud pauca in medium attulerim, quae nihil ad Menandri Philemonisque reliquias faciant. Itaque finem praefandi faciam, ubi, quod aegre ad hunc usque locum distuli, gratissimi animi sensus Philippo Buttmanno significavero. Hujus enim viri egregiae erga me voluntati et benivolentiae non hoc tantum debeo, ut honestam libelli mei edendi opportunitatem nactus sim, sed idem re et consilio, quotiescunque ferret occasio, strenue me adjuvit, atque eo usque comitatis progressus est, ut operas regere magnamque molestissimi laboris partem ipse exantlare voluerit. *Μεγάλα χάρις αὐτῷ.*

Scribebam Gedani mense Decembri a. MDCCCXXII.

---

*) Similiter fortasse corrigendus est Aristoph. Av. 386. *μᾶλλον εἰρήνην ἄγουσι, νὴ Δί᾽, ὥστε τὴν χύτραν* etc. pro *εἰρήνην ἡμῖν, ὥστε*. Cf. Dindorfius.

DE MENANDRI
ET
PHILEMONIS
VITA ET SCRIPTIS.

DE MENANDRI

ET

PHILEMONIS

VITA ET SCRIPTIS.

DE VITA MENANDRI.

Suidas Tom. II. p. 531. *Μένανδρος, Ἀθηναῖος, κωμικὸς ἀρχαῖος* 1). *Καὶ ἕτερος Ἀθηναῖος* 2), *Διοπείθους καὶ Ἡγησιστράτης* 3), *περὶ οὗ πολὺς παρὰ πᾶσιν ὁ λόγος, κωμικὸς τῆς νέας κωμῳδίας* 4), *στραβὸς τὰς ὄψεις, ὀξὺς δὲ τὸν νοῦν* 5), *καὶ περὶ γυναῖκας ἐκμανέστατος* 6). *Γέγραφε κωμῳδίας ρή* 7), *καὶ ἐπιστολὰς πρὸς Πτολεμαῖον τὸν βασιλέα, καὶ λόγους ἑτέρους πλείστους καταλογάδην* 8). Eadem plane, vix littera mutata, habet Eudocia Viol. p. 302.

NOTAE.

1) De Menandro, antiquae Comoediae poeta, nihil aliunde compertum habemus. Aut obscurus et ignobilis poeta fuit, aut Suidae errori imputandus est, quem centies aut e pluribus scriptoribus unum conflasse aut ex uno fecisse plures nemo ignorat.

2) *Ἀθηναῖος.* Ita veteres scriptores, qui Menandri patriam attigere, ad unum omnes. Quibus tamen nihil fidei tribuisse videtur Laur. Ign. Elingius Hist. linguae graec. Cap. 26. p. 126. qui singulari quodam acumine *Geticam* Menandri originem expiscatus est e fragmento apud Strabon. VII. p. 297. quod infra exhibui p. 195. Et quandoquidem, ut in proverbio est, belli et elegantes homines in eadem cogitandi vestigia incidunt, Jo. Pinkertonus extitit, qui Dissert. de Scythis Praef. p. XII. ejusdem argumenti pondere commotus poetam nostrum Getica civitate donaret, quod didici e Porsoni adnotatione Append. ad Toupii Emend. in Suid. p. 486.

3) *Διοπείθους καὶ Ἡγησιστράτης.* Matris nomen qui praeter Suidam indicarit novi neminem. Contra frequens apud veteres scriptores est Diopithis memoria. Ut ceteros omittam, Apollodorus apud Gellium N. Att. XVII. 4.

Κηφισιεὺς ὢν ἐκ Διοπείθους πατρός.

Ubi Heynius ad Apollod. I. p. 417. edidit *Διοπείθεος*, rectius ille quidem Valckenario, qui Diatr. de Eurip. Fragm. p. 10. C. *ἔκ γε Δ. πατρός* reposuit; sed vereor ut ionicas formas Apollodorus in Chronicis suis admiserit *). Malim igitur *Διοπείθους τοῦ πατρός.* Recte autem Anonymus *περὶ κωμῳδίας* p. XII. Menandrum nobili loco natum tradidit, siquidem pater ejus Diopithes Atheniensium imperator fuit, qui, deducta in Chersonesum colonia, quum Macedoniae oram depopulatus esset, eam ipsam ob caussam in judicium vocatus, a Demosthene defensus est Oratione *περὶ τῶν ἐν Χερσονήσῳ.* Hunc autem Diopithem a Menandri patre minime diversum fuisse docet Scholium MS., quod e Cod. Rehdigerano descriptum mecum communicavit Passovius. *Οὗτος δὲ ὁ Διοπείθης πατὴρ μὲν ἦν Μενάνδρου τοῦ κωμικοῦ.* Quod autem additur continuo: *ὁ δὲ Μένανδρος φίλος ἦν Δημοσθένους, δι' ὃν* (f. *διὸ*) *ὑπὲρ Διοπείθους βουλεύεται,* hoc igitur quomodo cum temporum rationibus conciliari queat non video. Orationem de Chersoneso habitam esse constat Olymp. CIX. 3., eodem igitur tempore, quo natum esse Menandrum infra demonstrabimus, ex quo totam illam de Menandri et Demosthenis amicitia narrationem fictam esse sponte intelligitur. Huic simile est Ulpiani, qui dicitur, commentum ad Demosth. Orat. pro Ctesiph. p. 80. B. ubi quum pervulgatam illam de *μισθωτὸς* in *μίσθωτος* corrupto historiolam narrasset, paucis interjectis ita pergit: *οἱ δέ φασιν ὡς Μένανδρος ὁ κωμικὸς φίλος ὢν αὐτοῦ* (Demosthenis) *καὶ ὢν ἐν τοῖς δικασταῖς ἀπεκρίνατο χαριζόμενος, καὶ τοῦ ἑνὸς τὴν φωνὴν ὡς πάντων ἐδέξατο.* Oratio pro Ctesiphonte, ut constat e Dionysio, habita est Olymp. CXII. 3. h. e. eo tempore, quo Menander vix primum pubertatis gradum attigerat, nedum ut judicis munere fungi posset. Cfr. Petitus de Legg. Att. p. 312. Itaque hoc etiam ad fabulas temere confictas rejiciendum esse intelligitur.

---

*) Quod ibidem Heynius e Diogene Laert. VIII. 52. exhibuit Chronicorum fragmentum vix littera mutata ita modulis suis restitui poterit: *οἱ δ' ἱστοροῦντες, ὡς πεφευγὼς οἴκοθεν — εἰς τὰς Συρακούσας, μετ' ἐκείνων ἐπολέμει πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, τελέως ἀγνοεῖν ἐμοὶ δοκοῦσιν· ἢ γὰρ οὐκέτ' ἦν, ἢ παντελῶς — ὑπεργεγηρακὼς, ὅπερ οὐχὶ φαίνεται. — Ἀριστοτέλης γὰρ αὐτὸν ἑξήκοντ' ἐτῶν — ἔτι δ' Ἡρακλείδης φησὶ τετελευτηκέναι.* Versu tertio *ἀγνοεῖν* prima breviatur in proverbiali versu: *ἀγνοεῖ δ' ὁ ἀρχαῖος παῖδας ὡς παιδεύετε.*

Dixi natales Menandri incidere in Olymp. CIX. 3., magistratum Athenis obtinente Sosigene. Inscriptio apud Gruter. MXXVII. 2. *Μένανδρος Διοπείθους Κηφισιεὺς ἐγεννήθη ἐπὶ ἄρχοντος Σωσιγένους* *). Eodem igitur anno natus est, quo lucem vidit is, quocum arcta postea Menandro fuit amicitia, Epicurus. Diogenes Laert. X. 14. *ἐγεννήθη δὲ Ἐπίκουρος, φησὶν Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς, κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τῆς ἐνάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἐπὶ Σωσιγένους ἄρχοντος.* Ex quo verissimum esse intelligitur quod Strabo dicit Lib. XIV. p. 526. Menandrum atque Epicurum fuisse *συνεφήβους*. Nec minus de annorum quos vixit numero laboramus, siquidem Inscriptionis Gruterianae auctor eum obiisse dicit *ἐτῶν ν' καὶ β' ἐπὶ ἄρχοντος Φιλίππου.* Qua in re plane consentiunt cum Inscriptione, nisi quod Archontis nomen reticent, Anonymus *περὶ Κωμῳδίας* p. XII. et Apollodorus apud Gellium N. Att. XVII. 4. unde conficitur obiisse Menandrum Olymp. CXXII. 3. De Archontis nomine dubitari posse intelligitur ex iis quae disputavit Meursius de Arch. Att. in Thesauro Gron. T. IV. p. 1256. Aliam temporum computationem sequutus est Eusebius, qui obitum Menandri Olymp. CXXII. 1. adsignat, in quo consentientem habet Gellium N. Att. XVII. 21., qui Livium Andronicum secundo et quinquagesimo post Menandri obitum anno primam fabulam docuisse narrat, id quod factum esse constat Olymp. CXXXV. 1. Quo mortis genere obierit Menander, unus quod sciam commemorat Vetus interpres ad Ovidii Ibid. 593.

> Comicus ut mediis periit dum nabat in undis,
> Et tua sic Stygius strangulet ora liquor.

Ubi alii Eupolidem, antiquae Comoediae poetam nobilissimum, alii Terentium intelligunt; rectius illi quidem quam Fabricius Bibl. Gr. II. p. 448. qui depravato Pollucis loco inductus de juniori quodam Eupolide, qui nullus fuit, somniavit. Vetus autem, quem dixi, enarrator haec scribit: *Menander Comicus Atheniensis dum in Piraeeo* **) *nataret submersus est, de quo nobilissimae a Graecis editae traduntur elegiae, et a Callimacho epigramma.* Cui narrationi quo jure fides denegetur idoneam causam non video, quantumvis mirum videri queat, in tanta eorum,

---

*) Asservatur haec inscriptio hodie in monasterio St. Gregorii in monte Coelio: V. Winkelm. Hist. Art. X. 2. 20.

**) In Piraeeo praedium habuisse Menandrum subindicat Alciphro Epist. II. 4. p. 328. ed. Wagn.

qui vitam Menandri attigere, multitudine neminem reperiri, qui violentum poetae obitum commemoraverit. Sepultus jacuit ad viam e Piraeeo Athenas ducentem, teste Pausania Lib. I. p. 6. Sepulcrale carmen, quod ipsi ejus tumulo inscriptum fuisse existimat Meursius Athen. Attic. I. 2., infra in Testimoniis adscripsi.

Ubi de parentibus Menandri agebam, commemorare poteram affinitatem, quae ipsi cum Alexide, nobilissimo mediae Comoediae poeta, intercessit. Suidas s. v. Ἄλεξις, γέγονε δὲ πάτρως Μενάνδρου τοῦ κωμικοῦ. quod Stephanus, Valesius et Fabric. Bibl. Gr. II. p. 406. male vertunt *patronus Menandri*. Recte Menagius ad Diogenem Laert. Vol. II. p. 149. interpretatur *patruus*, quo sensu hanc vocem posuit etiam Teles apud Stobaeum Serm. XCV. p. 535, 46. Ad eandem affinitatem respiciens Anonymus περὶ κωμῳδίας p. XII. Μένανδρος, inquit, συνδιατρίψας τὰ πολλὰ Ἀλέξιδι ὑπὸ τούτου δοκεῖ παιδευθῆναι. Itaque non male conjicias, primum comicae poeseos amorem vel maxime Alexidis consuetudine in Menandrum esse transfusum. Postea inprimis Theophrasti et Epicuri usum et amicitiam videtur appetivisse. V. Alciphronis Epist. Lib. II, 4. Theophrastum adeo Menandri διδάσκαλον extitisse testis est Pamphila apud Diogen. Laert. V, 36. Epicurum autem quam magni fecerit, ipse testatum reliquit Epigrammate in Anthol. Palat. T. I. p. 327., sive infra in Fragmentis p. 299., quod ipsum Epigramma in causa fuit, ut Epicureis adnumeraretur a Fabricio Bibl. Gr. III. p. 606. Utriusque autem viri consuetudinem et disciplinam plurimum valuisse ad excolendam Menandri indolem totamque vitae rationem dirigendam facile intelligitur, Theophrasto quidem, virtutum vitiorumque notatori acutissimo, hoc potissimum acceptum tulisse Menandrum crediderim, ut philosophia duce in intimos animi humani recessus penetraret et varia hominum ingenia et χαρακτῆρας, remotis simulationum involucris, admirabili artificio pingeret atque, quod Manilius de eo cecinit Lib. V. 469., *vitam vitae ostenderet*. Neque in cultus elegantia victusque lautitia Theophrasto (Hermippus apud Athen. I. p. 21. a.) erat dissimilis. Hinc λαμπρὸς τῷ βίῳ vocatur ab Anonymo περὶ Κωμῳδίας p. XII. Eodem spectant verba Alciphronis Epist. Lib. II, 3, 15. Wagn. et Phaedri versus notissimi Lib. VI. 1. quos integros adscribam:

Demetrius, Phalereus qui dictus est,
Athenas occupavit imperio improbo.
Ut mos est vulgi, passim et certatim ruunt:
Feliciter subclamant. Ipsi principes

> Illum adulantur, qui natat oppressa manum(?)
> Quin etiam resides, et sequentes otium,
> Ne defuisse noceat, repunt ultimi.
> In quis Menander, nobilis comoediis,
> Quas ipsum ignorans legerat Demetrius,
> Et admiratus fuerat ingenium viri,
> Unguento delibutus, vestitu adfluens,
> Veniebat gressu delicato et languido.

Quibus versibus ita describitur Menander, ut facile Theophrasti et Epicuri sectatorem agnoscas. Ceterum postea arctior Demetrium inter et Menandrum amicitia contracta fuit; quae tamen res, si Diogeni Laertio fides, poetam nostrum ad vitae periculum adegit. Nam Demetrio Phalereo per Poliorcetam expulso (Olymp. 118, 2) cum sycophantarum artes et calumniae libere per totam civitatem grassarentur, etiam *Μένανδρος ὁ κωμικὸς παρ' ὀλίγον ἦλθε κριθῆναι, δι' οὐδὲν ἄλλο ἢ ὅτι φίλος ἦν αὐτῷ. ἀλλ' αὐτὸν παρῃτήσατο Τελεσφόρος ὁ ἀνεψιὸς τοῦ Δημητρίου.* Lib. V. p. 354. sive apud Suidam Vol. II. p. 492.

4) *Κορυφὸς τῆς νέας Κωμῳδίας.* Splendidissimum novae Comoediae sidus vocatur a Christodoro Ecphr. 362. [illegible] Schol. Dionysii Gramm. p. 749. 13. *Μένανδρος ἀστὴρ ἐστὶ τῆς νέας κωμῳδίας.* Sic etiam Eustath. ad Hom. p. 1776. 48. Rom. In novae Comoediae canonem eum ab Alexandrinis grammaticis receptum fuisse, non dubitaremus, si vel maxime diserto Procli, ut Grammatici Constantini et Anonymi de Com. p. XII. testimonio careremus. V. Ruhnk. Hist. crit. Oratt. Gr. p. XCV.

5) *Στρεβλὸς τὰς ὄψεις, ὀξὺς δὲ τὸν νοῦν.* Prius si verum est, erroris convincitur Anonymus *περὶ Κωμῳδίας* p. XII. *γέγονε δὲ ὡραιότατος νέος.* Nisi hoc etiam de ingenii solertia intelligas, quo sensu passim legi *ὡραῖος* docuit Wyttenb. ad Plut. p. 47 E. Ita bene concinerent Suidae verba *ὀξὺς δὲ τὸν νοῦν*, quod vel sine Suidae testimonio teneremus. In fabularum argumentis inveniendis disponendisque quanta fuerit Menandri solertia et elaborandi facultas, [illegible] Plutarch. Oper. Mor. p. 347. F. *Λέγεται Μενάνδρῳ τῶν συνήθων τις εἰπεῖν· Ἐγγὺς οὖν, Μένανδρε, τὰ Διονύσια, καὶ σὺ τὴν κωμῳδίαν οὐ πεποίηκας; τὸν δὲ ἀποκρίνασθαι· Νὴ τοὺς θεοὺς ἔγωγε πεποίηκα τὴν κωμῳδίαν·*

---

*) Vides non immerito Demetrium dixisse ὡς οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς [illegible] τοῦ [illegible] γεγονότος καὶ ἀβρὸς τὴν φύσιν, ut apud Athen. VI. p. 233. a.

συκονόμηται γὰρ ἡ διάθεσις, δεῖ δὲ αὐτῇ τὰ ὑπήθεια ἐπᾶσαι. Similia narrantur a Scholiaste Horatii Cruquiano ad A. P. p. 633.

6) Περὶ γυναῖκας ἐμμανέστατος. Idem testatur, quamquam minus invidiose, Alciphro Epist. I. 29. Suidae locum qui attigit Gyraldus Dial. VII. p. 857. non veritus est, elegantissimum pulcrarum formarum spectatorem, quem in omnibus vitae actionibus conjunctam cum pari gratia moderationem servasse auctor est Plutarch. Opp. Mor. p. 854. A., tanquam omnis libidinis magistrum acerbissime accusare. Sed Gyraldi rationes diligenter examinavit Vir doctus in Marm. Taurin. I. p. 173 sq. De tenerrimo Menandri in Glyceram amore plura dixi ad Fragm. p. 39., quibus adde Alciphr. Epist. I, 19. ex qua passim nonnihil simultatis et κνισμοῦ ἐρωτικοῦ inter utrumque intercessisse intelligitur, quod docet etiam Athenaei locus Lib. XIII. p. 594. Thaidis quoque amori indulsisse Menandrum, quod ex Athenaeo sibi colligere visus est Vir doctus in Marm. Taur. I. p. 175., non video equidem quibus argumentis probari queat. Majori jure Bacchidis amore captum fuisse poetam nostrum colligas ex ipsa illa, quam laudavimus, Alciphronis epistola: quo ductus argumento si quis elegantissimum incerti Comici fragmentum apud Plutarchum de Garrul. p. 513. F. Menandro tribuat, ego certe non magnopere repugnem. Vide infra p. 303. Aliisne praeterea amoribus irretitus fuerit Menander, incertum est. Quid quod *severam ei vitam* tribuit Ausonius Praef. Cent. Nupt. p. 169. *Quid Eucnum, quem Menander sapientem vocavit? Quid ipsum Menandrum, quid Comicos omnes, quibus severa vita est et laeta materia?* Cujus equidem testimonio multo majorem auctoritatem tribuerim quam Suidae, qui quum Menandrum impotentissimum mulierum amatorem vocat, multum verendum est, ne id ex ipsis poetae fabulis collegerit, quarum nulla fuit, quin amoris lusum commendaret. Qua de re praeclarus est locus Plutarchi apud Stobaeum e deperdito libro *de Amore* apud Stobaeum Serm. LXI. p. 393. τῶν Μενάνδρου δραμάτων ὁμαλῶς ἁπάντων ἓν συνεκτικόν ἐστιν ὁ ἔρως, οἷον πνεῦμα κοινὸν διαπεφυκώς etc. Idem testantur Philostratus Epist. XLII. p. 933., de quo loco dixi ad Fragm. p. 59., Ovidius Trist. II. 370. *Fabula jucundi nulla est sine amore Menandri, Et solet hic pueris virginibusque legi*, et Christodorus Ecphr. 363. qui Menandri fabulas, utpote virginum ante legitimas nuptias vitiatarum amores complexas, arguta brevitate ἰάμβους ἀνδραί-

σεῖο κορυφῆς ἀρτίγυας vocat. Nullam tamen ex tanta fabularum multitudine turpibus et illicitis amoribus inquinaverat, sed ita omnes instituerat, ut ipsae illae virginum stuprationes in legitima connubia verterentur, cujus rei testem habemus locupletissimum Plutarchum Sympos. VII. p. 712. C., quo loco usus est etiam Valcken. ad Callim. Eleg. p. 222. Idem testatur auctor epigrammatis Termino insculpti apud Brunck. Anal. III. p. 269.

Φαιδρὸν ἑταῖρον Ἔρωτος ὁρᾷς, Σειρῆνα θεάτρων,
τόνδε Μένανδρον, ἀεὶ κρᾶτα πυκαζόμενον,
οὕνεκ' ἄρ' ἀνθρώπους ἱλαρὸν βίον ἐξεδίδαξεν,
ἡδύνας σκηνὴν δράμασι πᾶσι γάμων *).

Hinc non mirum est Menandri fabulas, quum nihil haberent quod castas aures offenderet, non modo in conviviis liberalium virorum ad oblectandos epulantium animos frequenter ab histrionibus actitatas esse, vid. Plutarch. de Falso Pud. p. 531. B. Sympos. VIII. p. 712. B. Comp. Arist. et Men. p. 853. B., sed etiam a pueris atque virginibus summo cum studio lectitatas, ut diserte testatur Ovidius l. l. Ita enim intelligenda videntur Sulmonensis poetae verba, non vero, ut voluit Valesius Emend. II. 6. concinente Harlesio ad Fabric. B. G. II. p. 455., qui ex ipso illo Ovidii loco colligunt, veteres Romanorum rhetores et eloquentiae magistros Menandri carmina *in scholis praelegisse.*

7) *Ἔγραψε κωμῳδίας ρή.* De numero fabularum, quas docuit Menander, ne apud veteres quidem unam eandemque omnium sententiam fuisse docet Gellius N. A. XVII. 4. alios centum et octo, alios centum et novem fabulas ei tribuisse dicens. Illos cum Suida sequuti sunt Anonymus περὶ Κωμῳδίας p. XII. et Auctor Vitae Terentii p. 753. Cas. Apollodorus denique, docente Gellio, centum et quinque fabulas ei tribuerat:

πρὸς τοῖσιν ἑκατὸν πέντε γράψας δράματα
ἐξέλιπε.

Quarum utinam vel uni temporis invidia vel impia Byzantinorum imperatorum pietas **) pepercisset! Nam quod

---

*) Fort. legendum *γάμῳ, omnibus in fabulis scenam nuptiarum celebritate exhilarans.* Certe edita lectio ferri non potest.

**) Petrus Alcyonius de Exilio Lib. I. p. 69. se puerum ex Demetrio Chalcondyla audivisse narrat, sacerdotes Graecos hoc a Caesaribus Byzantinis impetrasse, ut Menandri, Philemonis, Sapphus, Mimnermi, Alcaei aliorumque poetarum carmina com-

Leo Allatius de Psellis apud Fabric. Bibl. Gr. Vol. X. p. 69. Harl. narrat, tres et viginti Menandri comoedias a Michaele Psello explicatas adhuc suo tempore servatas fuisse in bibliothecis CPolitanis, ut incompertum in medio relinquamus. Leoni Allatio fucum factum esse haud injuria suspicatur Vossius de P. Gr. p. 57.

Quo anno primam Menander fabulam docuerit, memoriae prodidit Eusebius, qui ad Olymp. CXIV. 4. haec habet: *Μένανδρος ὁ Κωμικὸς πρῶτον δρᾶμα διδάξας Ὀργὴν ἐνίκησε*, quo anno, si Diodorum audias, Apollodorus, si Dionysium, Archippus magistratum obtinuit. Cui rei manifesto repugnat Anonymus *περὶ Κωμῳδίας* p. XII. *ἐδίδαξε δὲ πρῶτος ἔφηβος ὢν ἐπὶ Διοκλέους ἄρχοντος* *) h. e. Olymp. CXIV. 3. Idque verum esse docet ipsum illud additamentum *ἔφηβος ὤν*. Ephebiae tempus ordiebatur ineunte anno octavo decimo, absolvebatur autem ineunte anno vicesimo. Vid. Teles apud Stobaeum Serm. XCVI. p. 535. cujus locus admodum memorabilis est et neglectus, si recte memini, a Boeckhio Ind. Lectt. sem. aest. 1819. Jam si Menandrum exeunte anno tertio Olymp. CIX. natum ponimus, apertum est, si quarto anno Olymp. CXIV. primam fabulam docuisset, temporum rationes aliquantulum perturbari. Nisi forte in Eusebii verbis *πρῶτον* cum *ἐνίκησε* quam cum *δρᾶμα* conjungere malis, ut Menander quarto anno Olymp. CXIV. primum *vicisse* dicatur. Ita nihil inesset Eusebii verbis, quod cum Anonymo scriptore pugnaret. Neque enim negaretur Menandrum jam tertio ejusdem Olympiadis anno fabulam docere potuisse. Sed praestat suum Eusebio errorem relinquere, in quem eo facilius incidere potuit, cum res unius anni discrimine

---

burerentur, eorumque in locum Gregorii Nazianzeni carmina substituerentur. Ipsa Alcyonii verba vide apud Fabric. B. G. II. p. 460.

*) In Archontis nomine variatur. Qui Diocles vocatur Anonymo et Pseudo-Plutarcho, is Philocles dicitur Diodoro, Dionysio et Diogeni Laertio. V. Meursius de Arch. Att. in Gronovii Thes. Vol. IV p. 1251 sq. Ceterum reliqui, quam Kusteri habet editio, lectionem *ἐδίδαξε δὲ πρῶτος ὢν ἔφηβος* h. e. Menandro hoc omnium primo contigisse ut quum nondum ex ephebis excessisset fabulae docendae veniam impetraret. Quae si vera est lectio, conjicere licet legem fuisse apud Athenienses, ne quis nisi absoluto ephebiae tempore fabulam doceret. Sed scrupulum injiciunt Petitus de Legg. Att. p. 312. et Meursius de Arch. Att. p. 1251. [illegible] qui non *πρῶτος* exhibent sed *πρῶτον*, quod casu [illegible]

agatur. Quicquid est, certe admodum juvenem Menandrum ad fabulas docendas animum appulisse, testantur etiam Plutarchus Compar. M. et A. p. 853. et Theodorus Priscianus ad Euseb. de phys. scient. IV. p. 310. Ald. cujus verba infra adscripsi *).

Suas ipsum fabulas in scena docuisse Alciphronis constat indicio Lib. II. ep. 4. De numero victoriarum, quas e scenicis fabularum certaminibus reportavit, unus veterum tradidit Gellius N. A. XVII. 4., qui octies Menandrum vicisse ex Apollodoro docuit. Quod confirmat quodammodo Martialis Lib. V. ep. 10. *rara Menandro theatra plausisse* referens. Saepius ne vinceret obstitit imprimis Philemonis invidia, quem ambitu et gratia spectatorum judicia corrupisse, Gellius auctor est h. l. Sed istam suae aetatis judiciorum iniquitatem tanta animi aequitate tulit Menander, ut quum forte obviam habuisset aemulum suum, placide eum interrogaret: *Quaeso, inquit, Philemo, quum me vincis, non erubescis?* Gellius l. l. Tetigit illam Philemonis obtrectationem et perversa aequalium de Menandro judicia Valcken. ad Phoen. p. 249. b. Plura vide apud Athen. XIII. p. 594. d. Alciphron. Lib. II. epist. 3, 20 sqq. Apulejum Flor. T. II. p. 21. Alt. et Theodorum Prisc. l. l. Nec tamen adeo Athenienses invidiae indulserunt ut statuae honore in theatro ponendae eum indignum judicarent **). Testes sunt Pausanias Att. I.

---

*) *Scribenti mihi — sufficere arbitror Menandri Comici insigne argumentum. Apud cives suos cum studiorum annis magnae scientiae laboraret invidia, produxisse in theatrum fertur suem partu plenam — ibique ejus exsectum uterum in euripo fuisse projectum: quumque interfecti pene ductu tamen naturae agerentur, Athenienses, inquit, viri, si in parvis annis scientiam meam miramini, istos natare quis docuit?* Ineptissima de hoc loco scripsit Petitus Legg. Att. p. 312. qui adeo nova Menandri fabula *Suis* titulo inscripta nos beavit. Meliora dedit Salvinus Observ. Misc. V. 1. pag. 182. qui tamen verba *studiorum annis*, quae etiam Lil. Gyraldo Opp. II. p. 399. suspecta fuere, quippe qui tacite *puerilibus annis* exhibeat, attentare non debuit. Studiorum annos dicit eos, quos alii adolescentuli studiis impendunt.

**) Inter veteris artis monumenta, quae hodie extant, tria vel quattuor habemus, quae Menandri imaginem referunt. 1.) Anaglyphum exigui operis cum protome et nomine Menandri. Vid. Museum Pio-Clement. III. 15. p. 16 — 19. 2.) Statua sedens, quae vulgo Marii putatur. Aliquoties eam commemorat Winckelmannus, quem vide inprimis in Tratt. prelim. IV. §. 166. Menandri esse statuam primus docuit Visconti Mus. Pio-Clem. l. c., argumento e similitudine ducto, quae huic statuae cum alia

p. 48. et Dio Chrysost. XXXI. p. 628. 13. Quamquam ne nimium tali honori Athenienses tribuisse putemus, idem ille Pausanias monet, qui multas etiam mediocrium poetarum statuas in Attico theatro se vidisse memorat; quod confirmat etiam Dio, graviter indignatus, quod juxta Menandri statuam ignobilis cujusdam poetae imaginem Athenienses erexerint *). Multo aequiora Menander posterorum judicia expertus est, quorum unanimi sententia summis omnium aetatum poetis eum adnumeratum esse, permulta loquuntur veterum scriptorum testimonia. Quo tempore ejus fabulae in theatris doceri desierint, incompertum habeo. Plutarchi quidem aetate nondum eas a scenis exulasse intelligitur e Comp. M. et A. p. 854. B.

8) Quod praeterea epistolas ad Ptolemaeum Lagiden et alia multa pedestri sermone perscripta edidisse dicitur Menander, id qui praeter Suidam tradiderit scio neminem. Cum Ptolemaeo ei litterarum fuisse commercium certissimum est. Regem enim talium virorum, qualis Menander fuit, amantissimum, hunc ut Alexandriam veniret litteris ad eum datis invitasse, Menandrum autem oblatam conditionem, quamvis honorificam, repudiasse constat e Plinii Hist. N. VII. 29. et Alciphr. II. ep. 3. et 4.; nec negaverim, postea quoque litterarum commercium inter eos intercedere potuisse. Quas epistolas an publici juris fecerit Menander, id vero est quod dubites: ac magnopere vereor, ne quas Suidas commemorat epistolas sophisticis insequentium saeculorum studiis debeantur, ex quo genere sunt epistolae Aesopi, Socratis, Euripidis et aliae alio-

---

glypho illo intercedit. 3.) Terminus cum capite Menandri tribusque tetrastichis graecis, quae data occasione exhibui. Caput delineavit Fulv. Ursinus Imag. Nro. 90. cfr. Gronovii Thes. Ant. Gr. II. p. 98. et Marmora Taurin. I. p. 169. Denique 4.) Pictura Hercul. Tom. IV. tab. 39. „Adsidet ibi in solio poeta, „vultu meditabundo, manu sinistra ad mentum sublata E re„gione sedet mulier personam senis comici gremio sustinens, vo„lumen exigui moduli protendens, sinistro pede scabillum con„crepans." Sunt verba Boettigeri Prolus. II. Quid sit docere fab. p. 6., qui primus hac pictura Menandri et Glycerae imaginem repraesentari conjecit.

*) Locum quaerenti, quo poetarum statuae in theatris positae fuerint, indicat Pollux IV. 124. *τὸ δὲ ὑποσκήνιον, κίοσι καὶ ἀγαλματίοις ἐκεκόσμητο, πρὸς τὸ θέατρον* (spectatorum sedilia) *τετραμμένοις.* Sed hyposcenio qui locus assignandus sit ambigitur: qua de re docte et subtiliter disputavit Groddeckius in Wolfii An. Litt. III. p. 125 sqq.

aliorum. Similem ceterorum, quos Suidas commemorat, λόγων καταλογάδην scriptorum rationem fuisse suspicor. Scilicet Quintilianus Inst. X. 1. 70. nos docet, fuisse, qui Charisii orationes Menandro tribuerent.

Commentatores Menandri fabulis obtigisse, vel sine disertis scriptorum testimoniis probabile esset. Fuit autem primus eorum, qui in Menandro illustrando versarentur, Lynceus Samius, grammaticus idemque poeta comicus, Duridis, nobilissimi historici frater. V. Athen. VIII. p. 337. D. Fuit igitur aequalis Menandri, quem in fabularum commissionibus ab eo victum esse docet Suidas s. v. *Λυγκεύς* et Eudocia p. 283. *Λυγκεὺς σύγχρονος Μενάνδρου τοῦ κωμικοῦ, καὶ ἀντεπεδείξατο κωμῳδίας, καὶ ἐνίκησεν.* Ex ejus Centauro fabula longiusculam eclogam servavit Athen. IV. p. 131. F. Inter cetera viri scripta, de quibus vide Schweigh. Indicem Athenaei p. 140., fuit etiam opusculum *περὶ Μενάνδρου*, cujus librum II. laudat Athen. VI. p. 242. b. ex quo suspicari licet, quae fuerit hujus scripti indoles. Ceterum Lynceus antiquissimum, ni fallor, exemplum praebet Grammatices cum poesios studio conjunctae. Sequitur Aristophanes Grammaticus *), cujus *παραλλήλους Μενάνδρου τε καὶ ἀφ᾽ ὧν ἔκλεψεν ἐκλογὰς* commemorat Eusebius Praep. Ev. Lib. X. c. 3. Similem librum ab eodem Eusebio commemoratum scripserat Latinus, sive ut Gyraldus Dial. Poet. legit, Cratinus, *περὶ τῶν οὐκ ἰδίων Μενάνδρου.* Qui num vere evicerint, quod tituli librorum profitentur, ut nunc res est, dijudicari non licet. Euripidi, cujus summus admirator extitit **), totos

---

*) Aristophanes quam magni fecerit Menandrum, docet epigramma termino insculptum ap. Brunck. Anal. III. p. 269. ubi proximus ei post Homerum locus tribuitur:

> Ἀλλά σε δεύτερ᾽ ἔταξε σοφὸς κρίνειν μετ᾽ ἐκεῖνον
> γραμματικὸς κλεινὸς πρόσθεν Ἀριστοφάνης.

ubi vide Jacobsium. Ejusdem Aristophanis dictum extat celeberrimum apud Schol. Hermog. p. 38. Ὦ Μένανδρε καὶ βίε, Πότερος ἄρ᾽ ὑμῶν πρότερον ἐμιμήσατο; Ita citat Fabric. B. G. II. p. 455. At J. Scaliger ad Manil. p. 407. scripsit πότερον ἀπεμιμήσατο. Ἀπεμιμήσατο voluit etiam Hermannus apud Erfurdtium ad Ammian. Marcell. Vol. III. p. 333.

**) Quint. Inst. Or. X. 1. *hunc* (Euripidem) *et admiratus maxime est, ut saepe testatur, et sequutus, quamquam in opere diverso, Menander.* Hinc etiam est, quod Cicero scribit Fragm.

passim senarios Menandrum surripuisse, alii monuerunt, tum nos ipsi docuimus in Fragmentis. Ac si reputamus, quam fortiter veteres poetae comici sua invicem scrinia expilaverint (quod luculentis exemplis docuit Athenaeus), non est profecto quod Menandrum quoque haud pauca protulisse dubitemus, quae ab aliis poetis accepta in suos usus converterat. Quamquam vel sic verendum est, ne Latini et Aristophanis libelli de furtis Menandri poeticis ex eodem genere fuerint, ex quo v. c. Philostrati scriptum fuisse constat *περὶ τῆς τοῦ Σοφοκλέους κλοπῆς*, et alia aliorum, de quibus dixit Jo. Taylor. Lectt. Lys. Cap. 2. p. 230. Quanta fuerit in ejusmodi accusationibus veterum scriptorum levitas et *ἀκρισία*, norunt omnes, qui Eusebium et Clementem vel fugitivis oculis inspexerint. Quartus eorum, qui de Menandro scripserunt, est Plutarchus Chaeronensis, cujus adhuc superest Fragmentum Comparationis Menandri et Aristophanis, in quo libello potiora eorum, quae ad Menandrum spectant, in Testimoniis apposui. Sequitur Soteridas Epidaurius, qui *ὑπομνήματος εἰς Μένανδρον* auctor proditur ab Eudocia p. 387. et Suida T. III. p. 356 sq. male duos Soteridas distinguente. Quo tempore vixerit e Photio colligi potest, qui Soteridam Pamphilae, eruditissimae matronae, patrem fuisse refert. V. Wolfii Mulieres Graec. p. 423. Male igitur apud Suidam et Eudociam legitur *ἀνὴρ Παμφίλης* pro *πατήρ*. Denique commemorandus est Homerus, poeta idemque grammaticus haud ignobilis, cognomine Sellius, qui Suida T. II. p. 690. teste scripsit *περιοχὰς τῶν Μενάνδρου δραμάτων*. Unde idem Suidas corrigendus est T. III. p. 297. *Σέλλιος ἢ Σίλλιος ὁ καὶ Ὅμηρος, γραμματικὸς πρὸ Μενάνδρου.* Male Kusterus *πατρὸς Μενάνδρου*. Legendum videtur: *γραμματικός· ἔγραψε περὶ Μενάνδρου* vel *περιοχὰς Μενάνδρου.*

Quemadmodum supra Menandrum aliorum poetarum maximeque Euripidis vestigia sequutum esse vidimus, ita in tanta Menandricorum dramatum praestantia et celebritate fieri non potuit, quin alii rursus poetae ad Menandri imitationem sese componerent. Et inter graecos quidem Comicos num fuerint post Menandrum, qui hujus exemplum sequerentur, e paucis eorum quae supersunt fragmentis demonstrari quidem non potest, probabile ta-

---

Vol. XVI. 2. p. 34. ed. Sch., fuisse hominem quendam perlitteratum, qui Euripidem et Menandrum inter se disserentes fecerit.

men esse, nemo negaverit. Macrobius enim ad Somn. Scip. I. p. 7. quum de fabulis dicit, *quas Menander ejusve imitatores egerint*, dubitari potest, Graecosne an Latinos poetas significaverit. Seriore aetate Sidonium Apollinarem, elegantis virum ingenii, Menandri comoedias suis in fabulis imitatum esse testatur Sozomenus Lib. V. 18. *ἐπραγματεύσατο δὲ καὶ τοῖς Μενάνδρου δράμασιν εἰκασμένας κωμῳδίας.* Amatorii autem Graecorum scriptores, Alciphron inprimis et Lucianus, qui dicitur, in dialogis meretriciis, quantum Menandro acceptum referant, tum alii passim monuerunt, e. c. Boettigerus Exc. II. ad Terentii Eun. p. 38. et Huschkius Anal. p. 171 sqq., tum nos plurimis exemplis demonstravimus. Neque dubium est, quin plura etiam et certiora teneremus imitationum vestigia, si vel una aliqua fabula ad nostram aetatem pervenisset. Sequuntur Romani, apud quos quanta fuerit Menandri auctoritas, multis doceri posset testimoniis. Mitto Naevium, Trabeam, Lavinium, alios. At Caecilius, poeta gravitate eximius (Horat. Epist. II. 1. et Charisius Inst. Gramm. II. in fine) sed idem ab elegantia minus commendatus (Gellius N. A. II. 23.) quanto studio Menandri exemplum sequutus sit, tum aliunde constat, tum fabularum tituli docent, quorum paucissimi sunt, quos non a Menandro assumsisse videatur. Non recte igitur D. Hieronymus ad Pammach. C. 101. Terentium quidem Menandri, Caecilium vero Plautumque ad veterum Comicorum imitationem se composuisse scribit. Afranius quoque, licet togatarum fabularum auctor, multa ex Menandro suas in fabulas transtulit, proximeque omnium, si Terentium excipias, ad ejus elegantiam videtur accessisse. Horatius Epist. II. 1.

Dicitur Afrani toga convenisse Menandro,

ubi non obloquar Wielandio, minus imitatione quam indolis et ingenii quadam affinitate Afranium Menandro similem fuisse statuenti: idem tamen cum Afranium graecarum litterarum rudem fuisse scribit, non Ciceronis meminerat de Finib. I, 3, 7. ita se Graecorum philosophorum locos quosdam translaturum dicentis, *ut ab Homero Ennium, Afranium a Menandro*, quae verba optime docent, quatenus Romanus poeta Graecum imitatus sit. Ceterum Afranii elegantiam laudat etiam Apulejus Apol. p. 420. Plautus, quantum hodie judicare possumus, rarius sequutus est Menandrum, cujus lene jocandi genus Sarsinati poetae placere vix potuit, quo factum est ut is aliorum potius, maxime Epicharmi, vestigia presserit, cujus rei testem habemus Horatium Epist. II. 1.

Plautus ad exemplum Siculi properare Epicharmi
Dicitur.

Idem indicat Hieronymus l. l. Plautum *veteres Comicos* sequutum dicens. Vel sic tamen pauca quidem et rara sed tamen vestigia Menandricae imitationis in Plautinis fabulis deprendimus, cujus rei memorabile exemplum praebet Fragm. Incert. XXXII. p. 208.

Terentium, Latinorum Comicorum cultissimum, totum a Menandro pependisse notissimum est. Falluntur tamen, qui tam presse eum Graeci poetae vestigia legisse sibi persuasere, ut ad verbum eum expressisse statuant, quae Casauboni ad Pers. IV. p. 65. aliorumque fuit sententia. Certe in partibus fabularum disponendis totaque actionis ratione constituenda saepenumero ab exemplo suo discessit, ut docui ad Fragm. Adelphorum. Vel sic tamen unus omnium optime Menandri ingenium assequutus est, nisi quod *vim* ei deesse queritur Jul. Caesar in nobilissimo Epigr. ap. Donat. Vita Terent. p. 754.

Tu quoque, tu in summis, o dimidiate Menander *),
Poneris, et merito, puri sermonis amator.
Lenibus atque utinam scriptis adjuncta foret vis,
Comica ut aequato virtus polleret honore
Cum Graecis, neque in hac despectus parte jaceres,
Unum hoc maceror et doleo tibi deesse, Terenti.

Ubi tertio et quarto versu male vulgo conjungunt *vis comica*, qua eam recentiores technici ludicrae poesios virtutem significari volunt, quae risum spectantibus extorqueat etiam invitis. At verissime monuit F. A. Wolfius in Miscell. p. 454. ita locum interpungendum esse, ut nos fecimus. Eandem rationem jam dudum sequuti sunt Bentlejus ad Horatii A. P. 26. et Westerhovius ad Terentii Heaut. Prol. 45. p. 464. Vim igitur qui in Terentii fabulis se desiderare queritur Jul. Caesar, intellexit sine dubio quod Graeci technici vocant τὸ παθητικόν, quod Menander admirabili artificio cum τῷ ἠθικῷ conjunxerat. Hinc Plutarcho Comp. M. et A. p. 853. D. Menandri poe-

---

*) *Dimidiati Menandri* nomine appellavit Terentium non aliam opinor ob causam, quam quod is nonnihil suo ipsius judicio tribueret neque ubique Graeci poetae vestigiis serviliter inhaereret. Similis est Boettigeri explicatio Praefat. Specim. Terent. p. VI. nisi quod male huc trahit invidorum Terentii obtrectatorum dicterium: *contaminari non decere fabulas*. Quibus verbis malevoli isti nihil voluerunt nisi hoc: non decere ex compluribus Menandri fabulis conflare unam; quod fecerat Terentius in Andria et alibi.

sis dicitur διὰ πολλῶν ἀγομένη παθῶν καὶ ἠθῶν. Qua de re vide egregiam Valckenarii disputationem ad Theocriti Adon. p. 329 sq. Τὸ πάθος autem quum praeter argumenti tractationem morumque delineationem etiam dictionis formam complectatur, non alienum fuerit Demetrii meminisse, qui in libello de Elocut. §. 193 sq. Menandri dictionem vel inprimis παθητικὴν fuisse subindicat, utpote particularum et conjunctionum vinculis solutam, ideoque gestu et actione juvandam. Talis enim est λέξις λελυμένη καὶ ὑποκριτική, quod indicat etiam Grammaticus apud Bekkerum An. Gr. II. p. 745. Menandri et Aristophanis exemplo usus. Philemoni contra Demetrius dictionem συνηρτημένην καὶ οἷον ἠσφαλισμένην τοῖς συνδέσμοις, ideoque recitationi quam actioni accommodatiorem tribuit. Cum Demetrii loco egregie convenit Dio Chrysost. Orat. XVIII. p. 255. comparatus etiam a Valesio Emend. II. 6. cujus, disputationis qui summam reddidit Harlesius ad Fabric. B. G. II. p. 455. non meminisse videtur, fuisse inter eruditos, qui Demetrii libellum περὶ ἑρμηνείας Dionysio Halicarnassensi tribuerent. Ad Caesaris epigramma ut redeam, non inepte cum eo incerti poetae versus compares ibidem a Donato servatos, unde recepit Burmannus Anth. Lat. I. p. 140.

Tu quoque, qui solus tecto sermone, Terenti,
Conversum expressumque Latina voce Menandrum
In medio populi sedatis vocibus effers.

Quorum versuum auctor quid significari voluerit, quum *sedatas voces* Terentio tribuit, jam obscurum esse non potest. — Qui post Terentium Menandri fabulas imitandas sibi proposuerit, unum novi Verginium, de quo illustris est Plinii locus Lib. VI. epist. 21.

His explicatis superest ut corollarii loco de aliis Menandris breviter exponam. Eorum recensum dederunt Fabricius et Harlesius B. G. II. p. 454. quorum collectanea si omnibus, quae in promptu sunt, additamentis augere vellem, merito chartam perdidisse diceres. Itaque eos tantum Menandros recensebo, qui aut scriptis inclaruere, aut ob alias quascunque causas digni memoratu extitere.

Menander Satrapa, unus ex Alexandri ducibus, postea Lydiae imperium sortitus, de quo vide Dexippum apud Phot. Bibl. LXXXII. p. 201 sq. et quos laudat Schweigh. ad Athen. VI. p. 245. a. ubi verba *Μενάνδρου*

ἄξια γνάθος in causa fuerunt, ut Fabricius Ἀξιόγναθον in Menandri fabularum indicem referret.

Menander Rhetor, Laodicensis. Suida teste, auctor commentarii in Hermogenis Artem rhetoricam et Minuciani Progymnasmata. Idem fortasse, cujus perutilis extat libellus de Encomiis. V. Heeren de Men. Rhet. p. 21.

Menander Ephesius, historicus. Josepho teste c. Apion. I. p. 448. litteris consignavit τὰς ἐφ' ἑκάστου τῶν βασιλέων παρὰ τοῖς Ἕλλησι καὶ τοῖς βαρβάροις γενομένας. V. Vossium de Hist. Gr. p. 304. Saepenumero laudatur a Suida, quem integram ejus historiam manibus trivisse suspicatur Kusterus ad Vol. I. p. 6. Idem ad partes vocatur apud Suidam s. v. σαθρωθῆναι T. III. p. 274., s. v. σπαλίωνες ib. p. 361. et s. v. Φᾶσις ib. p. 583. quae ad Comicum male retulit Index Kusteri. Ab hoc non diversum fuisse *Menandrum Pergamenum*, qui scripsit de rebus Phoenicum, praeter Meziriacum ad Ovidii Heroid. II. p. 147—149. ab Harlesio laudatum, suspicatur Jo. Jensius ad Gyraldi Opp. T. II. p. 401.

Menander Protector. Floruit imperante Mauricio, scripsitque historiam inde ab Agathia. Vide Eudoc. p. 299. et Suid. s. v. Μένανδρος, qui bene longam prooemii ejus historiae praemissi partem servavit. Cfr. Vossius de Hist. Gr. p. 275.

Menander Samaritanus, magus et haereticus, Simonis magi successor, de quo vide Justini Apol. I. p. 59. c. Eusebii P. E. III. 23. Tertull. p. 349. Rig. aliisque locis. Male apud Isidorum Origg. VIII. p. 104. Godofr. editur *Menandriani a Menandro magno Simonis discipulo nuncupati*. Lege *a Menandro mago*.

Menander, auctor scripti de insula Cypro laudati ab Etymol. M. p. 738. 40. ἐκαλεῖτο (Cyprus) καὶ Κεραστεία, ὡς Μένανδρος ἐν τῷ περὶ Κύπρου, διὰ τὸ ἐνοικῆσαι αὐτῇ ἄνδρας, οἳ εἶχον κέρατα, ὡς δὲ Ξεναγόρας ἐν τῷ περὶ νήσων, διὰ τὸ πολλὰς ἔχειν ἐξοχάς etc. ubi tamen Bastius ad Gregor. Cor. p. 839. legit ὡς μὲν Ἀνδροκλῆς ἐν τῷ περὶ Κύπρου, ut habet Tzetzes ad Lycophr. 447. ubi eadem leguntur, quae habet Etymologus. Müllerus autem, quem vide in Add. et Corr. T. III. p. 302. e Codd. etiam apud Tzetzem ὡς Μένανδρος reposuit. Et recte quidem, ut opinor. Particula μὲν propter sequens δὲ in tali quidem scriptore non necessaria. Accedit Stephanus Byz. p. 724. s. v. Χυτροί, Κύπρου πόλις, ἥν ὠνομάσθαι μέν φησι Ξεναγόρας ἀπὸ Χύτρου. — ὁ πολίτης Χύτριος. Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Κύπρου. ubi itidem corrigam Μένανδρος. Certe Ἀλέξανδρος facilius

quam *Ἀνδροκλῆς* e *Μέανδρος* oriri potuit. Laudari autem a Stephano eundem, quem Etym. et Tzetzes ad partes vocarunt, scriptorem, haud scio an inde etiam colligi queat, quod ipse etiam Xenagoram cum Alexandro conjungit. Quis fuerit Menander ille, qui de Cypro scripsit, difficile dictu est, cum plures ejus nominis commemorentur, quorum industria in tali argumento versari potuit.

Ut de Lucilio taceam, qui Menandrum nescio quem, grammaticam professum acerbo dicterio perstringit Epigr. IV. apud Brunck. Anal. II. p. 317., Menandrum novimus Istri historici patrem apud Suid. II. p. 155. Alius, sed ipse quoque aut historicus aut grammaticus, significari videtur in Brunck. An. Gr. II. p. 782. *Φοινίκεια δὲ τὰ γράμματα ἐλέγοντο, ὥς φησιν — Ἐτεωνεὺς καὶ Μένανδρος, ἐπειδὴ ἐν πετάλοις φοινικοῖς ἐγράφοντο.* Ab hoc fortasse non diversus est is, qui cum Mnasea et Aristide Eratosthenis discipulis adnumeratur a Suida T. I. p. 850. His adjicerem eum, qui de mysteriis scripsisse perhibetur in Scholio ad Aristoph. Av. 1073. nisi lectionem incertam faceret aliud Scholium, quod eadem narrat, sed pro Menandro Melanthem commemorat. Utrobique corrigam aut *Νεάνθης*, de quo vide Harpocr. p. 54., aut quod malim *Μελάνθιος*, quem *περὶ τῶν ἐν Ἐλευσῖνι μυστηρίων* scripsisse constat ex Athen. VII. p. 325. c. et Schol. Arist. Plut. 289. ubi falli puto Hemsterhusium. Nam in Schol. Apoll. Rhod. 1, 1126. nihil impedit quo minus alium Menandrum laudari existimemus.

TESTIMONIA VETERUM DE MENANDRO *).

QUINTIL. INST. ORAT. X. 1.

Menander vel unus, meo quidem judicio, diligenter lectus, ad cuncta quae praecipimus efficienda sufficiat [v. quae dixi ad Fragm. p. 61.]: ita omnem vitae imaginem expressit; tanta in eo inveniendi copia et eloquendi facultas; ita est omnibus rebus, personis, adfectibus accommodatus. Nec nihil profecto viderunt, qui orationes, quae Charisii nomine eduntur, a Menandro scriptas putant. Sed mihi longe magis orator probari in opere suo videtur; nisi forte aut illa mala judicia, quae Epitrepontes, Epicleros, Locri habent, aut meditationes in Psophodee et Nomotheta et Hypobolimaeo non omnibus oratoris numeris sunt absolutae. Ego tamen plus adhuc quiddam collaturum eum declamatoribus puto, quoniam his necesse est, secundum conditionem controversiarum, plures subire personas, patrum, filiorum, maritorum, militum, rusticorum, divitum, pauperum, irascentium, deprecantium, mitium, asperorum, in quibus omnibus mire custoditur ab hoc poeta decorum. Atque ille quidem omnibus ejusdem operis auctoribus abstulit nomen et fulgore quodam suae claritatis tenebras obduxit.

PLUTARCHUS COMP. M. et A. p. 853. sq. ed. Steph. **)

Ἡ δὲ Μενάνδρου φράσις οὕτω συνέξεσται καὶ συμπέπνευκε κεκραμένη πρὸς ἑαυτήν, ὥστε διὰ πολλῶν ἀγομένη παθῶν καὶ

---

*) His de Menandro testimoniis facili opera multo plura addere potuissem. Sed quum majorem eorum partem jam aliis locis, sicubi occasio daretur, tetigerim, nolui ea hoc loco denuo inculcare. Alia quum nihil magnopere habeant, quod ad illustrandam poetae sive vitam sive indolem faciat, consulto omisi. Recentiores ne plane neglexisse videar, prae ceteris nominandus est magnus Lessingius, quem vide in Dramat. Hamburg. II. p. 274. Ingeniosam Menandri cum Lysippo, nobilissimo artifice, comparationem instituit Winckelmann Opp. T. VII. p. 181.

**) Plutarchum Menandri studiosissimum fuisse, ejusque co-

ἠθῶν, καὶ προσώποις ἐφαρμόττουσα παντοδαποῖς, μία τε φαίνεσθαι καὶ τὴν ὁμοιότητα τηρεῖν ἐν τοῖς κοινοῖς καὶ συνήθεσι καὶ ὑπὸ τὴν χρείαν ὀνόμασιν, ἐὰν δέ τινος ἄρα τερατείας εἰς τὸ πρᾶγμα καὶ ψόφου δεήσῃ, καθάπερ αὐλοῦ πάντρητον ἀνασπάσας, ταχὺ πάλιν καὶ πιθανῶς ἐπέβαλε καὶ καθίστησι τὴν φωνὴν εἰς τὸ οἰκεῖον. Πολλῶν δὲ γεγονότων εὐδοκίμων τεχνικῶν, οὔτε ὑπόδημα δημιουργός, οὔτε προσωπεῖον σκευοποιός, οὔτε τις ἱμάτιον ταὐτὸν ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ καὶ μειρακίῳ καὶ γέροντι καὶ οἰκότριβι πρέπον ἐποίησεν· ἀλλὰ Μένανδρος οὕτως ἔδειξε τὴν λέξιν, ὥστε πάσῃ τῇ φύσει καὶ διαθέσει καὶ ἡλικίᾳ σύμμετρον εἶναι καὶ ταῦτα νέος μὲν ἔτι τῶ πράγματος ἀψάμενος, ἐν ἀκμῇ δὲ τῶ ποιεῖν καὶ διδάσκειν τελευτήσας, ὅτε μάλιστα καὶ πλείστην ἐπίδοσιν, ὡς Ἀριστοτέλης φησί, λαμβάνει τὰ περὶ τὴν λέξιν τοῖς γράφουσιν. Εἰ οὖν πρὸς τὰ πρῶτα τῶν Μενάνδρου δραμάτων τὰ μέσα καὶ τὰ τελευταῖα παραβάλοι τις, ἐξ αὐτῶν ἐπιγνώσεται, ὅσα ἔμελλεν, εἰ ἐπεβίω, καὶ τούτοις ἕτερα προσθήσειν. — Ὁ Μένανδρος μετὰ χαρίτων μάλιστα ἑαυτὸν αὐτάρκη παρέσχηκεν ἐν θεάτροις, ἐν διατριβαῖς, ἐν συμποσίοις, ἀνάγνωσμα καὶ μάθημα καὶ ἀγώνισμα κοινότατον, ὧν ἡ Ἑλλὰς ἐνήνοχε καλῶν παρέχων τὴν ποίησιν, δεικνύς, ὅ,τι δὴ καὶ ὁποῖον ἦν ἄρα δεξιότης λόγου, ἐπιὼν ἁπανταχόσε μετὰ πάθους ἀφύκτου, καὶ χειρούμενος ἅπασαν ἀκοὴν καὶ διάνοιαν Ἑλληνικῆς φωνῆς. Τίνος γὰρ ἄξιον ἀληθῶς εἰς θέατρον ἐλθεῖν ἄνδρα πεπαιδευμένον ἢ Μενάνδρου ἕνεκα; πότε δὲ θέατρα πίμπλαται ἀνδρῶν φιλολόγων (ἢ) κωμικοῦ προσώπου δειχθέντος; ἐν δὲ συμποσίοις τίνι δικαιότερον ἡ τράπεζα παραχωρεῖ, καὶ τόπον ὁ Διόνυσος δίδωσι; φιλοσόφοις δὲ καὶ φιλοπόνοις *), ὥσπερ ὅταν οἱ γραφεῖς ἐκπονηθῶσι τὰς ὄψεις, ἐπὶ τὰ ἀνθηρὰ καὶ ποώδη χρώματα τρέπουσιν, ἀνάπαυλα τῶν ἀκράτων καὶ συντόνων ἐκείνων, Μένανδρός ἐστιν, οἷον εὐανθεῖ λειμῶνι καὶ σκιερῷ καὶ πνευμάτων μεστῷ δεχόμενος τὴν διάνοιαν. — Κωμῳδίας ὑποκριτὰς **) τοῦ χρόνου τούτου πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς τῆς πόλεως ἐνεγκούσης, αἱ Μενάνδρου κωμῳδίαι ἀφθόνων ἁλῶν καὶ ἱερῶν μετέχουσιν, ὥσπερ ἐξ ἐκείνης γεγονότων τῆς θαλάττης ἐξ ὧν Ἀφροδίτη γέγονεν.

---

moedias Aristophani ceterisque antiquae Comoediae auctoribus longe praetulisse, ex his quae apposui locis abunde intelligitur. Hinc non mirum est, a Chaeronensi philosopho plura quam a quoquam alio scriptore, si Athenaeum et Stobaeum excipias, nostri poetae fragmenta servata esse. Nec dubitari potest quin multi versus a Plutarcho tacito auctoris nomine allati ad Menandrum referri debeant; qua de re admonuit etiam Valcken. ad Phoen. p. 186. a.

*) Wyttenbachius malit φιλολόγοις.

**) Sententia requirit ποιητάς.

IDEM SYMP. VIII. 3. p. 712. B.

Οὕτω γὰρ ἐγκέκραται (nova Comoedia) τοῖς συμποσίοις ὡς μᾶλλον ἂν οἴνου χωρὶς ἢ Μενάνδρου διακυβερνῆσαι *) τὸν πότον. Ἥ τε γὰρ λέξις ἡδεῖα καὶ πεζὴ κατέσπαρται τῶν πραγμάτων, ὡς μήτε ὑπὸ νηφόντων καταφρονεῖσθαι, μήτε οἰνωμένους ἀνιᾶν· γνωμολογίαι τε χρησταὶ καὶ ἀφελεῖς ὑποῤῥέουσαι καὶ τὰ σκληρότατα τῶν ἠθῶν ὥσπερ ἐν πυρὶ τῷ οἴνῳ μαλάττουσι **) καὶ κάμπτουσι πρὸς τὸ ἐπιεικέστατον· ἥ τε τῆς σπουδῆς πρὸς τὴν παιδιὰν ἀνάκρασις ἐπ' οὐδὲν ἂν πεποιῆσθαι δόξειεν, ἀλλ' ἢ πεπωκότων καὶ διακεχυμένων ἡδονὴν ὁμοῦ καὶ ὠφέλειαν. Ἔχει δὲ καὶ τὰ ἐρωτικὰ παρ' αὐτῷ καιρὸν πεπωκόσιν ἀνθρώποις καὶ ἀναπαυσαμένοις μετὰ μικρὸν ἀπιοῦσι παρὰ τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας· οὔτε παιδὸς ἔρως ἄῤῥενός ἐστιν ἐν τοσούτοις δράμασιν· αἵτε φθοραὶ τῶν παρθένων εἰς γάμον ἐπιεικῶς καταστρέφουσι· τὰ δὲ πρὸς ἑταίρας, ἂν μὲν ὦσιν ἰταμαὶ καὶ θρασεῖαι, διακόπτονται σωφρονισμοῖς τισιν ἢ μετανοίαις τῶν νέων, ταῖς δὲ χρησταῖς καὶ ἀντερώσαις ἢ πατήρ τις ἀνευρίσκεται γνήσιος, ἢ χρόνος τις ἐπιμετρεῖται τῷ ἔρωτι, συμπεριφορὰν αἰδοῦς ἔχων φιλάνθρωπον.

DIODORUS ANTHOL. PAL. I. p. 413.

Βάκχῳ καὶ Μούσῃσι μεμηλότα τὸν Διοπείθους
 Κεκροπίδην ὑπ' ἐμοί, ξεῖνε, Μένανδρον, ἔχω,
ἐν πυρὶ τὴν ὀλίγην ὃς ἔχει κόνιν· εἰ δὲ Μένανδρον
 δίζηαι, δήεις ἐν Διὸς ἢ μακάρων.

EPIGR. ADESP. ANTH. PAL. II. p. 63.

Αὐταί σοι στομάτεσσιν ἀνηρείψαντο μέλισσαι
 ποικίλα Μουσάων ἄνθεα δρειψάμεναι.
αὐταὶ καὶ Χάριτές σοι ἐδωρήσαντο, Μένανδρε,
 στωμύλον εὐτυχίην δράμασιν ἐνθέμεναι.
ζώεις εἰς αἰῶνα· τὸ δὲ κλέος ἐστὶν Ἀθήναις
 ἔκ σεθεν οὐρανίων ἁπτόμενον νεφέων ***).

---

*) Wyttenbachius conjicit διακυβερνᾶσθαι. Fort. διακυβερνῆσαι ut τις ex iis, quae proxime praecedunt, subintelligatur.

**) Ὥσπερ ἐν πυρὶ τῷ οἴνῳ. Sic etiam Conviv. Sept. Sap. p. 156. d. ὁ Διόνυσος ὥσπερ ἐν πυρὶ τῷ οἴνῳ μαλάσσων τὰ ἤθη.

***) Scripsi cum Planude ἐστὶν Ἀθήναις pro ἔστ' ἐν Ἀθήναις. Sed ἔκ σεθεν non mutandum in τοὔκ σεθεν: neque conjungenda haec verba cum τὸ κλέος. Tum sane articulus deesse non posset. Sensus verborum hic est: *Athenarum gloria per te ad caeli nubes assurgit.* Igitur ἁπτόμενόν ἐστι pro ἅπτεται.

DE VITA PHILEMONIS.

Suidas Tom. III. p. 599. *Φιλήμων, Συρακούσιος* 1), *υἱὸς Δάμωνος, καὶ αὐτὸς Κωμικὸς τῆς νέας κωμῳδίας* 2), *ἤκμαζεν ἐπὶ τῆς Ἀλεξάνδρου βασιλείας, βραχὺ Μενάνδρου πρότερος. ἔγραψε δὲ κωμῳδίας πρὸς ἐννενήκοντα* 3) *καὶ ἐβίωσεν ἔτη ἐννενήκοντα ἕξ* 4). *εἰσὶ δὲ οἳ λέγουσιν α' καὶ ρ'. ἐτελεύτησε δὲ ὑπὸ σφοδροῦ γέλωτος* 5). Et interjecta, quam in Testimoniis exhibui, Aeliani narratione: *Φιλήμων ὁ νεώτερος, καὶ αὐτὸς Κωμικός, υἱὸς Φιλήμονος τοῦ Κωμικοῦ. ἐδίδαξε δὲ δράματα νδ'*. 6).

Compendifecit haec Eudocia Viol. p. 427. *Φιλήμων Συρακούσιος, υἱὸς Δάμωνος, καὶ αὐτὸς κωμικὸς τῆς νέας κωμῳδίας ἐπ' Ἀλεξάνδρου βραχὺ Μενάνδρου πρότερον. ἔγραψε κωμῳδίας ἐννενήκοντα. Καὶ ἕτερος, νεώτερος, κωμικὸς καὶ αὐτός, καὶ υἱὸς τούτου. ἐδίδαξε δράματα νδ'.*

N O T A E.

1) In patria Philemonis perhibenda non consentiunt veteres scriptores. Syracusanus dicitur Suidae, Eudociae, Hesychio Illustr. p. 65. ed. Col. Allobr. et Anonymo *περὶ κωμῳδίας* p. XII., qui eum Attica civitate donatum fuisse memorat. Solensem contra diserte Philemonem nuncupat gravissimus auctor Strabo Lib. XIV. p. 671. *γεγόνασι δ' ἄνδρες ἐνθένδε* (Solis) *τῶν ὀνομαστῶν, Χρύσιππός τε — καὶ Φιλήμων ὁ κωμικὸς ποιητής.* Quam controversiam ita fortasse dirimere licebit, ut Philemonem Athenis nescio quibus de causis expulsum bonam vitae partem in Cilicia apud Solenses transegisse dicamus. Etenim exilio multatam fuisse poetam nostram docet Teles apud Stobaeum Serm. XXXVIII. p. 232. *οὐκ ἀηδῶς Φιλήμων ἥσσων ἴσμεν* (Gesnerus in margine *Φιλήμονι σύνισμεν*)· *καὶ γάρ ποτε αὐτοῦ καὶ ἀπηλλαχότος ἀστείως συναντῶντές τινες, Ὡς εὐημέρηκας, ἔφασαν, Φίλημον. Ὑμεῖς μὲν οὖν, φησίν, οἴεσθε οὕτω τε-*

θεαμένοι. ἐγὼ μὲν γὰρ ἀεὶ ἀγαθὸς ὢν διατελῶ· τί οὖν; ὑπὸ χειρόνων φυγαδεύεσθαι οὐ παροινία. Quibus rationibus Mongitorius Bibl. Sic. II. p. 164. aliique ab Harlesio Bibl. Gr. II. p. 476. commemorati Philemonem Syracusanis vindicaverint, ignoro. Si vera est nostra conjectura, haud temere opinor suspiceris, in ipso illo Solensi itinere accidisse, quod narrat de poeta nostro Plutarchus. Nam quum Philemo Magam *), Cyrenensium tyrannum, propter litterarum inscitiam in publico Atheniensium theatro acri convicio proscidisset, *Μάγας λαβὼν αὐτὸν ὑπὸ χειμῶνος εἰς Παραιτόνιον* (Aegypti oppidum) *ἐξενεχθέντα στρατιώτῃ μὲν ἐκέλευσε γυμνῇ τῇ μαχαίρᾳ θιγεῖν τοῦ τραχήλου μόνον, εἶτα κοσμίως ἀπελθεῖν. ἀστραγάλους δὲ καὶ σφαῖραν ὡς παιδαρίῳ νοῦν οὐκ ἔχοντι προσπέμψας ἀφῆκε.* Plutarchus de Cohib. Ira p. 458. A. et de Virt. mor. p. 449. E.

2) *Κωμικὸς τῆς νέας κωμῳδίας.* In novae Comoediae poetarum canonem receptum fuisse Philemonem a Grammaticis Alexandrinis, constat disertis testimoniis Proculi et Grammatici Coisliniani. V. Ruhnk. Hist. crit. Orat. Gr. p. XCV. Adde Anonymum *περὶ Κωμῳδίας* p. XII. Unum, qui Philemonem mediae poetis Comoediae annumerarit, novi Apulejum Flor. §. 16., quod nisi casu potius quam consilio fecit, videndum est ne hoc ideo dixerit Apulejus, quod priora Philemonis tempora in extremam mediae Comoediae aetatem inciderant. Teste enim Anonymo *περὶ κωμῳδίας* l. c. fabulas docere coepit Olymp. CXII. ad finem vergente, ex quo intelligitur, novae Comoediae poetarum Philemonem fuisse antiquissimum. In fabularum autem fragmentis et nominibus nihil reperias, quo mediae eum Comoediae vindicare liceat; omnia contra novae Comoediae indolem referunt, id quod nemo melius intellexit eodem illo Apulejo, cujus elegantissimum de hac re locum infra in Testimoniis exhibebo.

Recte opinor Philemonem *τῶν νεωτέρων* antiquissimum diximus. Qui enim a Meursio aliisque ad priorem Philemone aetatem refertur Philippides, ejus florem certissimis indiciis incidere colligitur in aetatem Lysimachi. Suidas igitur s. v. *Φιλιππίδης* aut scripsit aut certe scribere debuit *ἦν δὲ ἐπὶ τῆς ρκδ' Ὀλυμπ.* pro *ριά.* Antiquissi-

---

*) Fuit Ptolemaei Philadelphi frater ex Berenice. Male pater Berenices dicitur Steph. Byz. s. v. *Βερενικίδαι* p. 161. Pin., nisi pro *θυγατρὸς* legendum *μητρός.* Cfr. Pausan. 1. p. 6. Plutarch. Cleom. Tom. V. p. 150. Cor. et Polyaen. II. p. 69. Commemoratur etiam Diogeni Laert. II. 103. ubi v. Menagius.

mus autem si fuit τῶν νεωτέρων, sequitur eundem primum extitisse, qui suam novae Comoediae indolem et naturam tamquam legis auctoritate sanciret. Quod haud scio an etiam historiae testimoniis confirmari queat. Ac nisi magno fallimur, etiam fabula designari potest, qua omnium prima novae Comoediae rationem monstraret. Fuit ea Hypobolimaeus. Clemens Alex. Strom. VI. p. 267. Sylb. *τὸν μέντοι Κώκαλον τὸν ποιηθέντα Ἀραρότι τῷ Ἀριστοφάνους υἱεῖ Φιλήμων ὁ κωμικὸς ὑπαλλάξας ἐν Ὑποβολιμαίῳ ἐκωμῴδησεν* *). Quorum verborum non sane eum sensum esse dicemus, ut Philemo ipsum Cocali argumentum Aristophani sive Araroti suffuratus esse dicatur. Aliam viam monstrant veteres Grammatici, docentes illi, Ararotem sive Aristophanem in Cocalo eorum, quibus novae Comoediae indolem et ingenium censemus, prima quasi stamina, postea a Philemone et Menandro pertexta duxisse eo, quod *φθορὰν καὶ ἀναγνωρισμὸν*, Anonymus de Vita Aristoph. p. XIV., in fabulam illam reciperet, eoque ipso fabulae actionem multo artificiosiorem et implicatiorem efficeret, quam in antiquae et mediae Comoediae fabulis fuerat. Anonymus de Vita Aristoph. p. XIII. *πρῶτος δὲ καὶ τῆς νέας κωμῳδίας τὸν τρόπον ἐδίδαξεν ἐν τῷ Κωκάλῳ, ἐξ οὗ τὴν ἀρχὴν λαβόμενοι Μένανδρός τε καὶ Φιλήμων ἐδραματούργησαν.* Cujus loci non alius esse potest quam Clementis verborum sensus, nisi quod hic ipsam illam Philemonis fabulam significat, quae Cocali vestigiis insistens sequentibus poetis novam Comoediae rationem praeiret. Qua re hoc assequutus est Philemon, ut jure suo novae Comoediae auctor et conditor haberi possit: quamquam eandem laudem a minus accuratis scriptoribus Menandro tribui, in tanta hujus poetae celebritate non est quod magnopere miremur. V. Abulpharagii locum apud Fabricium Bibl. Gr. II. p. 455. Alii contra inventi honorem aequaliter inter Menandrum et Philemonem dispertiuntur, velut Diomedes Lib. III. p. 486. *tertia aetas fuit Menandri et Philemonis, qui omnem acerbitatem Comoediae mitigarunt, atque multiplicia Graecis auctoribus sequuti sunt.* Ubi quae *multiplicia* dicantur jam obscurum esse non potest; intelligit artificiosiorem fabularum compositionem. *Graecis auctoribus* i. e. quemadmodum Graeci grammatici tradiderunt.

---

*) Ita emendavit h. l. Casaubonus, ut didici e Brunckii annotatione ad Aristoph. Fragm. p. 252. Apud Sylburgium legitur *ἀραρότως τῷ Ἀριστοφάνει ποιεῖ Φιλήμων.*

3) Ἔγραψε δὲ κωμῳδίας πρὸς ἐνενήκοντα, *scripsit fabulas ad nonaginta.* Praepositionem πρὸς Eudocia omittit. Fortasse excidit numerus ἑπτά. Sic enim Diodorus Sic. XXIII. 7. Φιλήμων — ἔγραψε δράματα ἑπτὰ καὶ ἐννενήκοντα, et Anonymus περὶ Κωμῳδίας p. XII. σώζεται δὲ αὐτοῦ δράματα ἑπτὰ πρὸς τοῖς ἐννενήκοντα. Ex tanto numero vix trium et quinquaginta fabularum titulos superstites habemus, quem numerum haud dubitari potest quin magis etiam imminutum videremus, si scriptoribus iis, quorum industriae fragmenta poetae nostri debemus, saepius addere placuisset, utrumne ea e majoris an junioris Philemonis fabulis duxissent.

4) De annorum quos vixit numero aliquantum dissentiunt veteres. Suidas sex et nonaginta annos ei tribuit, Lucianus Macrob. §. 25. nonaginta septem, Diodorus Sicul. XXIII. 7. nonaginta novem, alii denique apud Suidam unum supra centum. De natali anno nemo diserte tradidit. Obiit autem, teste Diodoro, Olymp. CXXIX. 3. Ad hanc enim Olympiadem omnia, quae illic narrat Diodorus, referenda esse vere monuit Wesselingius. Nec repugnat Aelianus apud Suidam T. III. p. 600. Philemonem obiisse referens πολεμούντων Ἀθηναίων καὶ Ἀντιγόνου. Jam si recte Diodorus nonaginta novem annos Philemonem complesse tradidit, conficitur ut natales ejus in Olymp. CV. 1. incidarit.

5) De mortis genere magna est inter scriptores dissensio. Prae nimio eum risu obiisse praeter Suidam tradunt Hesych. Illustr. p. 65. et Lucianus Macr. 25., sed hic quidem ita, ut quod illi simpliciter tradiderunt additamentis quibusdam ornaverit. Κατέκειτο μὲν, inquit, ἐπὶ κλίνης ἠρεμῶν· θεασάμενος δὲ ὄνον τὰ παρεσκευασμένα αὐτῷ σῦκα κατεσθίοντα, ὥρμησε μὲν εἰς γέλωτα, καλέσας δὲ τὸν οἰκέτην καὶ ἀθρόῳ γέλωτι εἰπὼν προσδοῦναι τῷ ὄνῳ ἀκράτου ῥοφεῖν, ἀποπνιγεὶς ὑπὸ τοῦ γέλωτος ἀπέθανεν. Ex Luciano eandem narratiunculam mutuatus est Valerius Maxim. IX. ext. 12. Plutarchus autem An Seni sit resp. ger. p. 785. B. Alexin et Philemonem in theatro coronatos mortem abstulisse tradidit, cui simile est quod de Philippide Comico scribit Gellius N. A. III. 15. Ab his omnibus magnopere Aeliani discrepat narratio apud Suidam III. p. 600. quam una cum Apuleji loco Florid. Cap. 16., ubi similis vitae exitus narratur, in Testimoniis exhibui.

6) Juniori Philemoni quae diserte ab antiquis scriptoribus tribuuntur fragmenta supersunt paucissima. Στρα-

τιώτην probabili conjectura ad eum retulit Schweighaeuserus. Vid. p. 386.

De aliis rebus ad Philemonem spectantibus, veluti de simultate, quae ipsi cum Menandro intercessisse dicitur, supra disputavimus. A Ptolemaeo eum ut Alexandriam veniret invitatum esse conjicias ex Alciphronis Epist. Lib. II. 3.

Imaginem viri ex antiquo lapide ductam exhibuerunt Fulvius Ursinus, Gronovius Antiq. Thes. II. tab. 99. et alii, quos commemorat Harlesius l. c. p. 478. Marmoream ejus statuam validae senectutis, altera manu complicatum librum tenentis, alteram ad mercedem accipiendam porrigentis, Pierium Valerianum Romae apud Raphaelem Urbinatem vidisse idem refert e Mongitorii Bibl. Sic. II. p. 165.

De aliis scriptoribus, quibus Philemonis nomen inditum fuit, egerunt Kusterus ad Suidae locum s. v. Φιλήμων et Harlesius ad Fabric. Bibl. Gr. l. c.

TESTIMONIA VETERUM DE PHILEMONE.

AELIANUS DE PROVIDENTIA

APUD SUIDAM

SUB VOCE *ΦΙΛΗΜΩΝ*.

Οὗτος ὁ Φιλήμων ἄπηρος ἦν τὸ σῶμα, καὶ μέντοι καὶ τὰς αἰσθήσεις πάσας ἀσινεῖς εὐμοιρίᾳ τινὶ διεσώσατο. Ὁμολογοῦσι δήπου καὶ τοῦτο. *Πολεμούντων Ἀθηναίων καὶ Ἀντιγόνου, Πειραιεῖ* (leg. *Πειραιοῖ*) διαιτώμενος ὁ Φιλήμων ὄναρ ὁρᾷ, κόρας ἐξιούσας ἐννέα τῆς οἰκίας αὐτοῦ. Ἐδόκει δὲ ἐρέσθαι αὐτὰς τί βουλόμεναι καταλείπουσιν αὐτόν. αὐτῶν δὲ ᾤετο ἀκοῦσαι λεγουσῶν, ἔξω θυρῶν ἰέναι· μὴ γὰρ εἶναι θεμιτὸν ἀκοῦσαι αὐτάς. καὶ τὸν μὲν ὄνειρον ἐνταῦθα παύσασθαι, αὐτὸς δὲ διυπνισθεὶς τῷ παιδὶ περιηγεῖται ἅ τε εἶδε καὶ ὅσα ἤκουσε καὶ ἅτινα εἶπεν. *Εἶτα* μέντοι ἔγραψε τὰ λοιπὰ τοῦ δράματος, ὅπερ οὖν ἔτυχε διὰ τῆς παρούσης ἄγων φροντίδος. καὶ ἐπειλυσάμενος ἡσυχῇ ἔκειτο, κᾆτα ὑπεξέσχεν (e Valckenarii conj. ad Hippol. p. 320. pro ὑπερέσχεν). *Καὶ* οἵγε ἔνδον ᾤοντο καθεύδειν αὐτόν· ἐπεὶ δὲ μακρὸν τοῦτο ἦν, ἐκκαλύψαντες τεθνεῶτα ἐθεάσαντο. *Οὐκοῦν*, ὦ *Ἐπίκουρε*, παρῆσαν δὴ καὶ Φιλήμονι ἐννέα *Μοῦσαι*, καὶ ὅτε ἔμελλε τὴν ἐπινησθεῖσάν οἱ καὶ τελευταίαν ὁδὸν ἰέναι, ᾤχοντο ἀπιοῦσαι. Θεοῖς γὰρ οὐδαμῇ θεμιτὸν ὁρᾶν ἔτι νεκρούς, καὶ ἐὰν ὦσι πάνυ φίλοι,

οὐδ᾽ ὄμμα χραίνειν θανασίμοισιν ἐκπνοαῖς *).

Σὺ δὲ λέγεις αὐτοὺς μὴ ἡμῖν προσέχειν, ὦ μῶρε;

APU-

*) Ex Euripidis Hippol. 1437.

APULEJUS FLOR. 16.

Poeta fuit hic Philemon, mediae Comoediae scriptor, Fabulas cum Menandro in scena dictavit, certavitque cum eo: fortasse impar, certe aemulus. Nam quod eum etiam vicit saepenumero, pudet dicere. Reperias tamen apud ipsum multos sales, argumenta lepide inflexa, agnatos lucide explicatos, personas rebus competentes, sententias vitae congruentes: joca non infra soccum, seria non usque ad cothurnum. Rarae apud illum corruptelae: et, uti errores, concessi amores. Nec eo minus et leno perjurus, et amator fervidus, et servulus callidus, et amica illudens, et uxor inhibens, et mater indulgens, et patruus objurgator, et sodalis opitulator, et miles proeliator (fort. gloriator): sed et parasiti edaces, et parentes tenaces, et meretrices procaces *). Hisce laudibus diu in arte comoedica nobilis, forte recitabat partem fabulae, quam recens fecerat. Cumque jam in tertio actu, quod genus in comoedia fieri amat, jucundiores affectus moveret, imber repentino coortus differri auditorii coetum, et auditionis coeptum coegit: reliquum autem variis postulantibus; sine intermissione deincipiti die perrecturum. Postridie igitur maximo studio ingens hominum frequentia convenere. Sese quisque ex adversum quam proxime collocat. Serus adveniens amicis suis annuit, locum sessui impertiant: extimus quisque excuneati queruntur. Farto toto theatro ingens stipatio. Occipiunt inter se queri. Qui non affuerant, percontari ante dicta: qui affuerant, recordari audita, cunctisque jam prioribus gnaris, sequentia expectare. Interim dies ire, neque Philemon ad condictum venire; quidam tarditatem poetae murmurari, plures defendere. Sed ubi diutius aequo sedetur, nec Philemon uspiam apparet; missi ex promptioribus qui accirent. atque eum in suo sibi lectulo mortuum offendunt. Commodum ille anima edita obriguerat, jacebatque incumbens toro, similis cogitanti; adhuc manus volumini implexa, adhuc os recto libro impressum, sedenim jam animae vacuus, libri oblitus et auditorii securus. Stetere paulisper qui introierant, perculsi tam inopinatae rei,

---

*) Totum hunc locum inde a verbis *leno perjurus* tacite in usum suum convertit Calphurnius ad Terentii Heaut. Prol. 37.

tam formosae mortis miraculo. Deinde regressi ad populum renuntiavere, Philemonem poetam, qui expectaretur, quo in theatro fictum argumentum finiret, jam domi veram fabulam consummasse. Enimvero jam dixisse rebus humanis valere et plaudere, suis vero familiaribus dolere et plangere. hesternum illi imbrem lacrimas auspicasse: comoediam ejus prius ad funebrem facem, quam ad nuptialem venisse. Proin quoniam poeta optimus personam vitae deposuerit; recta de auditorio ejus exequias eundum. legenda ejus esse nunc ossa, mox carmina.

MENANDRI

FRAGMENTA.

MENANDRI
FRAGMENTA.

ΑΔΕΛΦΟΙ.

Quamquam Adelphos Menandri una cum reliquis ingeniosissimi poetae fabulis intercidisse jure doleas, minuit tamen jacturae magnitudinem superstes Terentii fabula eodem nomine inscripta, quam expressam esse ad Menandri exemplum, praeter veterem Didascaliam Terentianae fabulae praefixam, diserte testatur Donatus Prolegg. p. 327. et Argum. p. 330. ed. Steph. Neque tamen Terentius ita se graeco exemplari quasi in servitutem addixit, ut nihil usquam mutandum vel aliunde in fabulam suam transferendum putarit. Bonam partem eum e Diphili Commorientibus petiisse, constat e Prol. 6. sqq.

Synapothnescontes Diphili comoedia est;
Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.
In Graeca adulescens est, qui lenoni eripit
Meretricem in prima fabula: eum Plautus locum
Reliquit integrum; eum hic locum sumpsit sibi
In Adelphos; verbum de verbo expressum extulit.

Hoc nisi ipse testatum reliquisset Terentius, ego quidem, si quis alius affirmaret, vix crederem. Nam ipsum illud Aeschini factum tam necessario cum tota actione conjunctum est vinculo, ut nisi cum magno fabulae detrimento ab ea divelli non posse videatur. Restat igitur ut Menandrum similem locum Adelphis suis inseruisse statuamus, Terentium autem, scilicet ne uni omnia Menandro debere videretur, consulto hanc fabulae partem e Diphilo assumsisse. Ac simile fuisse Menandreae fabulae episodium ei, quod e Diphilo recepit Terentius, cum per se satis probabile sit, tum aliis quoque indiciis colligitur.

Leno, cujus e manibus Aeschinus psaltriam istam eripuit, ingenti clamore sublato (II, 1, 45.) inter alia haec dicit:

Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi!

ad quem locum Donatus: *secundum illud Menandri: Αιγος ποιων τοιγοεϱπα το των γϱωνον οικετην λαβων.* Quae verba licet misere corrupta nec sine meliorum librorum ope sananda, satis tamen quod volui declarant. Accedit alius locus, non minus ad comprobandam nostram sententiam idoneus. Leno psaltriam trans mare avecturus est; quod quum rescivisset Ctesipho, ingenti puellae amore percussus, statim relicta patria eodem tendere constituit. Aeschinus igitur, improbans fratris consilium, II, 3, 10. *tam ob parvolam rem*, inquit, *e patria? turpe dictu.* ad quem locum Donatus haec scripsit: *Menander mori illum voluisse fingit, Terentius fugere.* Ubi Lessingius Hamb. Dramat. II. p. 373., praeeunte Petro Nannio Miscell. cap. 10., pro Menandro Diphili nomen reposuit, non facturus opinor, si diserte Terentium fateri meminisset, se hunc locum verbum de verbo e Diphilo reddidisse. Unum, quod aliquam veritatis speciem Lessingii conjecturae conciliare possit, hoc est, quod expressit hunc locum Terentius e Diphili *Commorientibus*; quamquam hoc istius fabulae elogium alio spectasse haud temere colligas ex Anonymi libello de Trag. et Comoed. Stephanianae Terentii editioni praemisso p. 19.

Vidimus Terentium ita Menandri exemplar sequutum esse, ut nonnihil aliunde petitum fabulae suae adjiceret. Quaeritur num in reliquis fabulae partibus eundem rerum ordinem, eandem oeconomiae rationem servaverit. Servavit vero; nec tamen ita servavit, ut nihil suo ipse judicio tribueret. In ipso fabulae exordio aliam eum rationem sequutum esse docet Varronis judicium apud Suetonium Vit. Terent. p. 753. ed. Graev., proditum illud, ni fallor, in *Libris theatralibus*, quos commemorat Servius ad Virgilii Aen. X. 601.; nisi forte e libro *de actionibus scenicis* petitum statuas, quem laudant Priscianus Lib. VII. p. 681. et Sosipater Lib. I. p. 25. Varro igitur, Suetonio teste, Terentianae fabulae principium Menandreo exordio praetulit. Quod quo jure fecerit, ut nunc res est, dijudicari non potest; hoc scio, non semper optime consuluisse sibi Terentium, si quando suis ipse pedibus incedere tentaverit. Documento sit fabulae finis, in quo Aeschinus et Demea Micionem oppugnant precibus, et, ut facilis est homo lepidissimus, ab eo impetrant, ut Sostra-

tae, vetulae illi et decrepitae mulieri, nuptias polliceatur. In quo quam parum Terentius τὸ πρέπον servaverit, facile intelliget, quicunque ad totius fabulae rationem singularumque personarum indolem attendat. Cfr. Lessing. Hamb. Dramat. II. p. 382. Quid vero Menander? *Apud Menandrum*, Donatus inquit, *senex de nuptiis non gravatur. Terentius* εὑρητικῶς. Quae verba recte interpretatus est Lessing. l. l. p. 384. Sed redeo, unde digressa est oratio. E Menandri Adelphis hunc locum servavit Stobaeus Serm. LIV. p. 366. Gesn. LVI. p. 215. Grot.:

Χαῖρ', ὦ φίλη γῆ, διὰ χρόνου πολλοῦ σ' ἰδὼν
ἀσπάζομαι. τουτὶ γὰρ οὐ πᾶσαν ποιῶ
τὴν γῆν, ὅταν δὲ τοὐμὸν ἐσίδω χωρίον.
τὸ γὰρ τρέφον με τοῦτ' ἐγὼ κρίνω θεόν.

Ex hoc loco, cujus ultimum versum e Menandri Piscatoribus affert Iustinus de Monarch. p. 41. c., haud temere conjicias, Menandrum, contra quam Terentius fecit, actionem non totam per fabulam intra urbis fines continuisse, sed fuisse etiam, ubi eam in agrum transferret. Nam haec Demeae verba esse ex urbe in villulam reversi et Ctesiphonem quaeritantis, maxima est suspicio. Vides igitur in arctius contraxisse actionem Terentium. Apud hunc enim velle quidem videmus Demeam in agrum reverti, sed non revertitur. Neque actionem tantum contraxit Terentius sed etiam dialogi rationem. Servavit Stobaeus fragmentum Serm. XLII. p. 274. Gesn., cui cum nihil simile apud Terentium reperiatur, non male tamen, opinor, Demeae verba esse suspiceris, eaque e colloquio petita inter Micionem et Demeam habito, II, 2. En ipsa poetae verba:

Οὐ παντελῶς δεῖ τοῖς πονηροῖς ἐπιτρέπειν,
ἀλλ' ἀντιτάττεσθ'. εἰ δὲ μή, τἄνω κάτω
ἡμῶν ὁ βίος λήσει μεταστραφεὶς ὅλος.

Quem locum toto senario auctum Grotius Tit. XLIV. p. 171. ita exhibuit:

α'. σέβειν δὲ τοὺς κρατοῦντας ἀρχαῖος νόμος.
β'. οὐ παντελῶς δεῖ κτλ.

Neque aliter Clericus; sed male. Est tragici poetae versus, recte inter Euripidea relatus a Musgravio p. 441. Lips. Eundem Menandri locum servavit Auctor Compar. Men. et Philist. apud Rutgers. V. L. p. 360. ubi secundus et tertius versus adeo depravati sunt, vix ut genuinae lecti-

onis vestigium appareat: ἀλλ᾽ ἀντιτάσσου, μὴ τἄνω κάτω γένηται. Ex eadem vel simili scena hunc etiam versum petitum arbitror ap. Stobaeum. VIII. p. 97. Gesn.:

Τί πολλὰ τηρεῖν πολλὰ δεῖ δεδοικότα;

quae a Micionis ingenio non abhorrent. Inepte Pauwius αἱ πολλὰ — scripsit. Cfr. D'Orville Vann. crit. p. 224. Male etiam Heringa Observ. crit. p. 238. τὸν πολλὰ τηρεῖν π. δ. δεδοικότα. Quo modo nemo unquam loquutus est. Expressit poeta vulgarem sententiam: τί δεῖ θησαυρίζειν λῃσταῖς καὶ κλέπταις καὶ καιρῶν μεταβολαῖς Gregorius Nazianz. Epist. p. 340., Euripid. Phoen. 562. ἢ πολλὰ μοχθεῖν πόλλ᾽ ἔχων ἐν δώμασιν βούλει; ubi Menandri locum adscripsit Schaeferus. — Aeschino factum excusanti Menander tribuisse videtur, quae servavit Stobaeus X. p. 127. Gesn.:

Ἔργον εὑρεῖν συγγενῆ
πένητός ἐστιν· οὐδὲ εἷς γὰρ ὁμολογεῖ
αὑτῷ προσήκειν τὸν βοηθείας τινός
δεόμενον· αἰτεῖσθαι γὰρ ἅμα τι προσδοκᾷ.

Recepit hunc locum Stephanus Com. Gr. p. 124., latinis versibus, praeter Grotium, eleganter reddidit Muretus Var. Lect. II, 6. et Terentii Phorm. II, 3, 10. non male admovit Lindenbrog. Schowium quid moverit ut hunc locum in duo fragmenta, quorum alterum a verbis οὐδὲ εἷς γὰρ orditur, divelleret, non exputo.

Sed cavendum, ne nimium conjecturis indulgeamus. Nam quum duae extiterint Menandreae fabulae recensiones — vide Schol. Platon. Ruhnk. p. 69. — videndum est, ne haec, quae attulimus, fragmenta ex ea editione petita sint, qua non usus est Terentius, id quod etiam de aliis quibusdam locis dictum velim, quorum unum servavit Athenaeus Lib. X. p. 431. C. κατασείειν δὲ ἔλεγον ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς πότοις ὑποπιπτόντων, τὴν μεταφορὰν λαμβάνοντες ἀπὸ τῶν τοὺς καρποὺς κατασειόντων. Μένανδρος Ἀδελφοῖς·

Ὀκτώ τις ὑποχεῖν ἀνεβόα καὶ δώδεκα
κυάθους, ἕως κατέσεισε φιλοτιμούμενος.

Ad quae Sophili locum compares apud Athen. XIV. p. 640. d. δύο κυάθους ἀνεβόησέν τις ὑπόχει. Sed Athenaei verba mira laborant obscuritate. Ac Casaubonus κατασείειν explicat de iis, *qui alios cogunt bibere ad ebrietatem usque, et donec caput declinent et pulvino fulciant, mensae accumbant.* Quae si vera est explicatio, Athenaeus erroris convincitur, cum dicit κατασείειν ἔλεγον ἐπὶ

τῶν ἐν τοῖς πότοις ὑποπιπτόντων, quibus ea rursus repugnant, quae statim addit: τὴν μεταφορὰν λαμβάνοντες ἀπὸ τῶν τοὺς καρποὺς κατασειόντων. Casauboni rationem praeter alios sequitur Burmannus Praef. ad Philel. Lips. p. 12. ubi haud inepte comparat Plautinum *vino deponere*, quod illustravit Turnebus Advers. p. 835.; ἀκράτῳ κρούειν eodem sensu posuit Eubulus Athenaei p. 553. quem locum emendatum dedi in Curis crit. p. 62. Aliam Clericus rationem iniit, cui subaudiendum videtur κεφαλήν, quam nimis poti vini vaporibus agitatum demittant. Ac sane similis ellipsis est in noto illo παρασείσαντα φεύγειν *demissis manibus aufugere*, de quo Casaub. ad Theophr. Char. III. p. 46. Nec repugnat, quod statim addit, φιλοτιμούμενος, quod, si Casauboni rationem sequaris, aut cum Schweighaeusero in φιλοτιμούμενον, aut cum Iacobsio et Pauwio in φιλοτιμουμένους mutandum est.

Alterum locum servavit Iustinus de Monarch. p. 41. E. ὁ αὐτὸς Μένανδρος ἐν Ἀδελφοῖς·

Θεός ἐστι τοῖς χρηστοῖς ἀεὶ
ὁ νοῦς γάρ, ὡς ἔοικεν, οἱ σοφώτατοι.

Jacobsius Not. Mscr.: Θεός ἐστι τοῖς χρηστοῖς ἀεὶ Ὁ νοῦς· ὁ νοῦς γάρ, ὡς ἔοικε, σοφώτατον. Grotius Excerpt. p. 709. ὁ νοῦς ἄρ', ὡς ἔοικε τοῖς σοφωτάτοις. At Bentl. p. 2. ὁ νοῦς ἄρ', ὡς ἔοικεν, ὦ σοφώτατοι. *Nam* ἔοικεν, inquit, *sequente dativo nihil aliud notare potest quam simile est, decet, par est.* Δοκεῖ σοφοῖς *dicerent Graeci, non* ἔοικεν, *ubi exprimere vellent, videtur, placet, sententia est.* Eadem praecipit Heindorfius ad Plat. Soph. p. 306. Menander tamen apud Suidam II. p. 411. et Euripides Androm. 552. (citatus a Porsono Advers. p. 292.) non dicere dubitaverunt ὡς ἔοικέ μοι. Item Philostr. Epist. XLV. p. 935. πρόσταξον, ὥς ἔοικέ σοι, καὶ πείθομαι, quamquam sic Olearius demum edidit pro vulgato ὡς ἔοικε γῇ. Ad sententiam Jacobsius laudat Plutarch. Vol. II. p. 999. d. Adde Senecam Epist. XLI. *in uno quoque bonorum virorum habitat deus*, et Anonymum apud Stobaeum Ecl. Phys. I. p. 48.

Restat ut reliqua Adelphorum fragmenta apponam, in quo sequar ordinem fabulae Terentianae. Apud Terentium igitur I, 1, 18. Micio haec dicit: *quod fortunatum isti putant, uxorem nunquam habui.* Ubi Donatus: *dicit autem Romanis ita videri, quos spectatores habet. Menander:*

Ὢ μακάριόν με γυναῖκα οὐ λαμβάνω.

Bentl. p. 3. conjecit: ὦ μακάριόν μ', ὅτι ἡ γυναῖκ' οὐ λαμβάνω. Clericus Praef. ad Philarg. Cantabr. p. 37. ὦ μακάριόν μ', ὥσπερ γυναῖκ' οὐ λαμβάνω. Jacobs. Not. Mscr. ὦ μακάριόν με, γυναῖχ' ὅτι οὐκ ἐλάμβανον vel ὅτι οὐχὶ λαμβάνω. Possis etiam ὦ τρίς με μακάριον, γυναῖκ' οὐ λαμβάνω. Sed his conjecturis nihil incertius. — Mox sequitur apud Terentium versu 31.

Pudore et liberalitate liberos
Retinere satius esse credo quam metu

et versu 47.:

Ille quem beneficio adjungas ex animo facit,
Studet par referre; praesens absensque idem erit.
Hoc patrium est, potius consuefacere filium
Sua sponte recte facere, quam alieno metu.

Graeca Menandri, ni fallor, servavit Stobaeus Serm. LXXXI. p. 472. Gesn. LXXXIII. p. 347. Grot. et Serm. LXXX. p. 475. Gesn. LXXXIII. p. 347. Grot.

Οὐ λυποῦντα δεῖ
παιδάριον ὀρθοῦν, ἀλλὰ καὶ πείθοντά τι. —
Υἱῷ προθύμως ταξιούμενον ποιῶν
κηδεμόν' ἀληθῶς, οὐκ ἔφεδρον ἕξεις βίου.

Neutro loco apud Stobaeum fabulae nomen additum est. Priorem locum recepit Stephanus Com. Gr. p. 152. quem nescio quid moverit, ut sanissima verba malis conjecturis vexaret; μόνον in tali orationis conformatione recte abesse, pervulgatum est. Cfr. Valcken. ad Eurip. Phoen. 1489.

Ad Demeae verba I, 2, 1. *Ehem, opportune! te ipsum quaerito*, haec est Donati animadversio: *Melius quam Menander, quum hic illum ad jurgium promptiorem quam ad resalutandum faciat.* — Quae apud Eustathium ad Iliad. β. p. 191. med. leguntur: παραφέρουσι καὶ χρῆσιν ὁμοίαν ἐκ Μενάνδρου·

Εἰ δ' ἔστιν οὗτος τὴν κόρην διεφθορώς,

et apud Ammonium p. 58. (unde petiit Moschopulus Collect. Voc. Att. s. v. διεφθορώς) Μένανδρος Ἀδελφοῖς· εἰ δ' ἔστιν (inser. οὗτος) τὴν κόρην διεφθορώς, ex his igitur expressa videntur haec Terentii III, 1, 9.

E re natae melius fieri haud potuit, quam factum est, hera,
Quando vitium oblatum est.

Quem locum comparavit Valckenarius. Quamquam non minus recte compares III, 2, 10.:

Cui miserae indigne per vim vitium obtulerat.

Micioni apud Menandrum Lampriae nomen fuisse colligas e fragmento apud Stobaeum Serm. XCIV. p. 515. Gesn.

Πρὸς ἅπαντα δειλόν ἐστιν ὁ πένης πράγματα,
καὶ πάντας αὑτοῦ καταφρονεῖν ὑπολαμβάνει·
ὁ γὰρ μετρίως πράττων περισκελέστερον
ἅπαντα τἀνιαρὰ, Λαμπρία, φέρει.

Deest fabulae nomen apud Stobaeum. Ad Adelphos referendos esse hos versus viderunt ante Clericum intpp. Terentii IV, 3, 14. ubi Hegio ad Micionem haec dicit:

Omnes, quibus res sunt minus secundae, magis sunt nescio quomodo
Suspiciosi: ad contumeliam omnia accipiunt magis,
Propter suam impotentiam se semper credunt ludier.

Primo versu apud Stobaeum vulgatur πρὸς ἅπαντα δειλὸν ὁ πένης ἐστὶ γάρ. Grotius Flor. XCVI. p. 385. pro γὰρ scripsit πράγματα, sic enim alio loco hunc versum laudari. Vellem addidisset ubi hic locus legeretur, quamquam vera narrasse virum eximium, vix dubitare licet, quum eandem lectionem Stephanus sequutus sit Com. Graec. p. 171. Itaque sic edidi; ita tamen, ut praeeunte Bentl. p. 4. ἐστιν ὁ πένης scriberem. Non damnanda tamen vulgata lectio, modo aliquid excidisse initio statuas, quod etiam Jacobs. animadvertit, qui in Not. Mscr. ita hunc versum constituit:

ὦ 'τάν, πρὸς ἅπαντα δειλὸν ὁ πένης ἐστ' ἀεί.

In particula γάρ post quintam vocem illata non erat quod haereret vir praestantissimus. Comici quidem poetae saepissime ita loquuti sunt. Antiphanes ap. Porphyr. de Abstin. II. p. 129. ταῖς εὐτελείαις οἱ θεοὶ χαίρουσι γάρ. Idem apud Athen. p. 339. b. ἐπὶ τὸ τάριχός ἐστιν ὡρμηκυῖα γάρ. Alexis ibid. p. 544. c. ὁ δεσπότης οὑμὸς περὶ λόγους γάρ ποτε. Sophilus ib. p. 640. d. κωμάσαι πρὸς τὴν Ταναγρικὴν δεῖ γάρ. Athenio ibid. p. 660. e. τοῦ θηριώδους καὶ παρασπόνδου βίου Ἡμᾶς γὰρ ἀπολύσασα. Diphilus apud Stobaeum Serm. LXXXII. p. 426.

ἀνδρὸς φίλου γὰρ καὶ συγγενοῦς οἰκίαν
αὐτοῦ νομίζειν δεῖ τὸν ὀρθῶς συγγενῆ,

ubi legendum ἀνδρὸς φίλου καὶ συγγενοῦς γὰρ οἰκίαν. Eadem res fraudi fuit Schweigh. in Dionysii loco apud Athen. p. 405. b. ubi recte olim legebatur: πάντα μὲν λήψει σχεδὸν ἀεὶ γάρ. Similiter particulam δέ post quintam vocem

intulit Epigenes apud Pollue. VII. 29. Cfr. Erfurdt. Observatt. in Athen. p. 23.

Micio apud Terent. V, 3, 17. *nam vetus verbum hoc est*, inquit, *communia esse amicorum inter se omnia.* Schol. Platonis Ruhnk. p. 69. *κοινὰ τὰ τῶν φίλων, ἐπὶ τῶν εὐμεταδότων — καὶ Μένανδρος Ἀδελφοῖς β'.* Idem scholion a Siebenkeesio acceptum edidit Harles. ad Fabric. Bibl. Graec. II. p. 462. ubi legitur *Μένανδρος ἐν Ἁλιέαις δευτέραις*, quod negotia facessit Harlesio. Suidas II. p. 385. *κοινὰ τὰ τῶν φίλων — κέχρηται τῇ παροιμίᾳ Μένανδρος Ἀδελφοῖς.* Quae sequuntur apud Suidam, monente Toupio, Juliani verba sunt, male a Grotio Exc. p. 709. ad senariorum numeros conformata. Cfr. Bentl. p. 3. E Terentii loco conjicit Jacobsius Nott. Mscr. senarium Menandri fuisse: *αἶνος παλαιός ἐστι· κοινὰ τὰ τῶν φίλων.* Malim *λόγος παλαιός.* De proverbio illo, quod ex Pythagoreorum disciplina, quos in amicitia commendanda prae ceteris studiosos fuisse constat (vid. Damascen. apud Suid. III. p. 181. et Wyttenb. Epist. crit. p. 34.), fluxisse docuerunt Lindenbrog. ad Terent. T. II. p. 131. et Heindorf. ad Plat. Phaedr. p. 356. cll. Valcken. ad Eurip. Phoen. 542., Jacobsius laudat Schott. ad Zenob. IV. 79. p. 104. et Cratinum apud Athen. I. p. 8. a. De Cratino non consentio. Locus Athenaei hic est:

α'. Πῶς ἂν Ἰσχομάχου γεγονὼς Μυκονίου
φιλόδωρος ἂν εἴης; β'. ἀγαθὸς ὢν πρὸς ἀγαθοὺς ἄνδρας
ἑστιασάμενος ἧκον· κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων.

Priora, quae Cratini sunt verba, ita scribam: *καὶ πῶς ἂν Ἰσχομάχου σὺ γεγονὼς —.* De ceterorum metro restituendo multa molitur Schweighaeuserus. Frustra; non enim Cratini verba sunt, sed Athenaei, qui unum e convivis haec dicentem facit. Inspice ipsum Athenaeum.

Demea apud Terent. V, 4, 12. haec dicit:

Ego ille agrestis, saevus, tristis, parcus, truculentus, tenax,
Duxi uxorem!

Apprime convenit Menandri illud apud Photium Lex. p. 387. *σκυθρός, αὐθέκαστος, αὐστηρός. Μένανδρος·*

Ἐγὼ δ' ἀγροῖκος, ἐργάτης, σκυθρός, πικρός,
φειδωλός.

Sic enim legendum esse ex apographo Dresdensi pro *φειδωλόγος* monui Curis crit. p. 22. Monuit postea etiam editor Porsoni Tracts p. 253. qui comparavit etiam Terentii locum.

Possim his alia adjungere fragmenta, quae non sine aliqua probabilitatis specie ad Adelphos retuleris. Sed horum ratio quum non adeo certa sit, ut nihil dubitationis relinquatur, ea inter Incerta exhibere malui. Quo auctore Clericus longiusculum locum apud Stob. XC. p. 239. 50. Gesn. ad eandem hanc fabulam retulerit, non intelligo. Nec magis aliud fragmentum huc trahendum arbitror, quod e Lindenbrogii commentariis ad Terent. I, 2, 18. petitum et misere truncatum exhibuit Clericus p. 6.

Οὐκ ἔστ᾽ ἀνοίας οὐδέν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ,
τολμηρότερον.

Sic enim legendum e Stobaeo Serm. IV. p. 54. Gesn. Fallitur Bentl. p. 3. sq. Male autem haec verba comparant cum Terentianis: *homine imperito nunquam quidquam injustius*, quorum longe alia est sententia quam ut e Menandri loco expressa esse videantur. Speciosius hunc versum, qui legitur inter gnomas monost. 477. Br. *οἴμοι· τὸ γὰρ ἄφνω δυστυχεῖν μανίαν ποιεῖ*, compararunt cum Terent. II, 1, 43. *Minime miror qui insanire occipiunt ex injuria.* Nec magis de alio fragmento assentior, ex iisdem Lindenbrogii commentariis petito:

Ὅς δ᾽ οὔτ᾽ ἐρυθριᾶν οἶδεν οὔτε δεδιέναι
τὰ πρῶτα πάσης τῆς ἀναιδείας ἔχει.

Legitur apud Stob. XXII. p. 212. et in plerisque editt. Diphilo tribuitur. Cfr. Bentl. p. 3. Sed manifesto errore lapsus est Clericus, qui etiam hunc locum apud Eustath. ad Hom. p. 1647. 58. *ἐξακεῖσθαί μοι δοκῶ τὸ δίκτυον*, ad Adelphos retulit. — Ceterum Adelphos praeter Menandrum docuerunt Alexis et Euphro, v. Athen. p. 223. F. et p. 379. c., ad quorum imitationem num Pomponius et Afranius apud Festum p. 526. Non. Marc. IV. p. 700. aliosque, *Fratres* suos composuerint, pro certo non affirmaverim.

ΑΛΑΙ ΑΡΑΦΗΝΙΔΕΣ.

Stephanus Byz. s. v. *Ἁλαὶ Ἀραφηνίδες, καὶ Ἁλαὶ Αἰξωνίδες, δῆμοι, ὁ μὲν τῆς Αἰγηΐδος, ὁ δ᾽ Αἰξωνεὺς τῆς Κεκροπίας φυλῆς. — δασύνεται δὲ τὸ Ἁλαί, ὡς καὶ ἐν τῷ δράματι Μενάνδρου, ἀπὸ τοῦ ἐν Ἀραφηνίσιν Ἁλαῖς διακεῖσθαι τὰ πράγματα.* Postrema verba, a quorum sensu interpres latinus longissime aberravit, quomodo intelligenda sint, primus docuit Toupius Epist. crit. p. 36. Lips. Qui praeterea hujus fabulae mentionem fecerit, reperio neminem. De

pago isto multi multa dixerunt, ex quibus laudasse sufficiat Intpp. Euripidis Iphig. Taur. 1419.

ΑΛΙΕΙΣ.

Fabulam hanc ab aliis singulari numero *Ἁλιεύς*, ab aliis plurali *Ἁλιεῖς* efferri, docuerunt jam Casaubonus ad Athen. p. 484. c. et Intpp. Polluc. X, 132. Utra genuina sit scriptura, non dixerim. Praetuli tamen pluralem, utpote plurimorum scriptorum auctoritate munitum. Gravius etiam est, quod perpetuus Menandri imitator, Pomponius, cognominem fabulam, e Menandrea haud dubie adumbratam, *Piscatores* inscripsit non *Piscator*. Vid. Nonius p. 344. 13. et aliis locis. De Meursii opinione Biblioth. Att. p. 1546., duas fuisse fabulas, alteram *Ἁλιεῖς*, *Ἁλιεύς* alteram inscriptam, quid statuendum sit, vix est ut moneam. Alciphronem ex hac similibusque fabulis epistolas piscatorias duxisse suspicatur Jacobsius Nott. Mscr. Luculentum fragmentum servavit Athenaeus XII. p. 549. c. *μνημονεύει δ' αὐτοῦ* (Dionysii Heracl.) *καὶ Μένανδρος, ἥκιστά γ' ὢν λοίδορος, ἐν τοῖς Ἁλιεῦσι, τὸν μῦθον ὑποστησάμενος ὑπὲρ τινων φυγάδων ἐξ Ἡρακλείας·*

— *Παχὺς γὰρ ὗς ἔκειτ' ἐπὶ στόμα.*

καὶ πάλιν·

Ἐτρύφησεν ὥστε μὴ πολὺν τρυφᾶν χρόνον.

καὶ ἔτι·

Ἴδιον ἐπιθυμῶν μόνος μοι θάνατος οὗτος φαίνεται
εὐθάνατος, ἔχοντα πολλὰς χολάδας κεῖσθαι παχύν,
ὕπτιον, μόλις λαλοῦντα, καὶ τὸ πνεῦμ' ἔχοντ' ἄνω,
ἐσθίοντα καὶ λέγοντα· σήπομ' ὑπὸ τῆς ἡδονῆς.

Induxerat igitur Menander exules Heracleotas de incredibili Dionysii tyranni edacitate querentes. Similia de isto homine tradiderunt Aelianus V. H. IX. 13. Palladas Alex. in Br. Anal. II. p. 434. Cicero Tusc. Quaest. II. 24. alii. Priorem versum tetigit Erasmus Adag. III, 6, 18. qui mirifice loci sententiam perturbavit vertens: *obesus etenim sus premebat os viri.* Nec Casaubonum

perspicio, allusum his verbis statuentem ad proverbium *βοῦς ἐπὶ γλώττῃ*. Cfr. Scaliger ad Varr. de L. Lat. IV. p. 21. Bip. Qui sequuntur versus trochaici (ad senarios iamb. male revocavit Salmas. de Usur. XIX. p. 566.) sunt ipsa Dionysii verba ab uno exulum prolata. — Vs. 1. *ἴδιον θάνατον* dicere videtur mortis genus peculiare, quale vix aliis obtingat. Revocavi autem cum Schweigh. vulgatam lectionem, temere a Grotio Exc. p. 708. et Jacobsio Observatt. ad Anthol. II. 3. p. 261. sollicitatam, quorum conjecturas ne metri quidem ratio admittit. Heringa Observ. crit. p. 239. scripsit: *ἴδιον ἐπιθυμῶν μόνον μοι θάνατον οὗτος* —. At ne hoc quidem necessarium. Eadem constructionis ratio in Sophoclis Oed. T. 161. *πρῶτά σε κεκλόμενος — μοι*, ubi vide Erfurdt. Similiter Plato Phaedro p. 241. d. ubi consule Heind. Plura dederunt Davis. ad Cic. Tusc. III. 8. Valcken. ad Phoen. 292. et Boeckh. in Platonis Min. p. 102. — Vs. 4. vulgo *πολλὰ* pro *πολλάς*. Nostram lectionem dederunt edd. Venett. et membr. Schweighaeuseri. Grotii conjecturam *πολλὴν τὴν χολάδα* probavit Heringa. Salmasius *πολλὰς χολάδας εὖ κεῖσθαι*, ubi quid *εὖ* sibi velit, non video. Numeros laedit Jacobsii ratio *ἔδοντα πολλὰ καὶ χολάδας κεῖσθαι π.* Schweigh. duas proposuit conjecturas, quarum alteram utpote versui inimicam omitto, altera haec est ut *χολλάδας* scribatur; idque ipse etiam conjeceram motus loco Phrynichi App. Soph. p. 72. *Χολλάδες διὰ δυοῖν λλ, αἱ τῆς γαστρὸς διὰ πυκνότητα ἐπιπτύξεις, ventris plicae ex nimia obesitate ortae.* Videtur ad hunc ipsum Menandri locum respexisse. Fateor tamen istam litterae duplicationem non minus miram mihi accidisse, quam in *κυνοκέφαλος*, de quo idem grammaticus p. 49. *κυνοκέφαλλος, διὰ τῶν δυοῖν λλ οἱ Ἀττικοί.* Respicit Arist. Equ. 415. de quo dixi in Curis crit. p. 54. Fortasse lusit poeta in voce ista *τὸν φαλλὸν* innuens. At quid Eubulo facias ap. Athen. p. 450. a. ubi habes: *ἀμφικέφαλος*, sive ut Schw. edidit *ἀμφικέφαλλος*? quid Epigrammati apud Eustath. Vol. III. p. 1353. 5. *Ἑρμῆ τετρακέφαλε*? quid denique Harpocrat. p. 191., qui vocem *μακροκέφαλος* ex Hesiodo affert? Sed is quidem vix dubitari potest quin *μακροκάρηνος* dixerit, quae forma fortasse etiam aliis locis reddenda. Ibycus ap. Athen. p. 58. a. scripsisse videtur:

Ἅλικας, ἰσοπάλους, ἐνιγυίους
ἀμφοτέρους γεγαῶτας ἐν ὠέῳ —

pro *ἰσοκεφάλους*. — Vs. 5. *ὕπτιον* e codd. adjecit Schweighaeuserus. Ibid. *καὶ τὸ πνεῦμ' ἔχοντ' ἄνω.* „Intelligit,

quam medici vocant ὀρθόπνοιαν." Casaubonus. Ὀρθόπνοιαν quam dixerint medici optime docet Galenus Vol. XIII. p. 608. ubi in Philonis carmine ἀνιγρήν legendum pro ἀνιηρήν. Eandem formam repone in Gregorio Naz. T. II. p. 53. d., ubi vulgo editur:

ἄλγεα, μικρὸν ἄκεσμα παροίτερον ἐσθλὸν ἀνιηροῦ.

Jacobs. App. Anthol. Palat. p. LIV. ἀτηροῦ. Sed haec obiter. Τὸ πνεῦμα ἄνω ἔχειν quid sit nemo melius docuit Foesio Oecon. Hipp. p. 518. a. Apposite comparat Clericus Horatianum illud Carm. I, 15, 25. *sublimi fugies mollis anhelitu* h. e. μετεώρῳ πνεύματι, ut est apud Hippocrat. Epid. T. I. p. 696. Lind. Eadem dicendi forma in re simili usus est Epicrates apud Polluc. IX. 57.:

ὅταν γάρ, οἴμοι, λευκὸς ἄνθρωπος παχὺς
ἀργὸς λάβῃ δίκελλαν, εἰωθὼς τρυφᾶν,
πεντεστάτηρον, γίγνεται τὸ πνεῦμ᾽ ἄνω.

ubi Bentl. Epist. ad Hemst. p. 41. eundem Horatii locum comparavit. Ad Menandrea denique comp. Nymphis Heracl. ap. Athen. p. 549. B. ubi idem Dionysius διὰ τὸ πάχος ἐν δυσπνοίᾳ καὶ πνιγμῷ συσχεθῆναι dicitur. Postrema fragm. nostri verba σήπομ᾽ ὑπὸ τῆς ἡδονῆς tetigit Casaub. ad Persii Sat. V. p. 391.

Militi gloriatori Menandrum in Piscatoribus partes tribuisse suspiceris ex hoc loco ab eodem Athen. XI. p. 484. c. servato: λαβρώνια, ἐκπώματος Περσικοῦ εἶδος, ἀπὸ τῆς ἐν τῷ πίνειν λαβρότητος ὠνομασμένον. πλατὺ δ᾽ ἐστὶ τῇ κατασκευῇ καὶ μέγα, ἔχει δὲ καὶ ὦτα μεγάλα. Μένανδρος Ἁλιεῖ·

Εὐποροῦμεν οὐδὲ μετρίως ἐκ κυλίκων χρυσίον,
Περσικαὶ στολαὶ δ᾽ ἐκεῖναι, πορφυραῖ, τορεύματα
ἔνδον ἔστ᾽, ἄνδρες, ποτηρίδια, τορεύματα,
κἀκτυπωμάτων πρόσωπα, τραγέλαφοι, λαβρώνια.

Versu 1. ante Bentl. legebatur εὐπορουμένου δέ. Idem reliqua verba sic sanari posse existimavit:

εὐποροῦμεν, οὐδὲ μετρίως, ἐκ Κιλικίας χρυσίου —

quae certe ingeniosa est conjectura. Minus placet Heringae ratio Observ. crit. p. 240. μετρίως· ἐκκυκλῶ τὸ χρυσίον: loquentem enim hic induci piscatorem, sodalibus exponentem pretiosas res, quas vel e mari piscatus esset vel ex naufragio in litore ejectas reperisset. Non magis Schweigh. conjectura probanda videtur: ἐκ κυλίχνων χρυ-

σίων, quod, ut alia mittam, vel propter χρυσίων displicet, qua forma tragico poetae uti licuit, comico non licuit. Mihi quidem hic etiam Bentl. proxime a vero abfuisse videtur. Vix enim dubitari potest, quin in corrupto κυλίκων vel κυλίνδων (sic enim Ms.) regionis vel populi alicujus nomen lateat. Scripsisse videtur Menander:

εὐποροῦμεν, οὐδὲ μετρίως· ἐκ Κυΐνδων χρυσίον —

Quinda sive Κυΐνδα Ciliciae fuere castellum, ubi Macedones thesauros ad belli sumptus necessarios deponebant. Plutarchus Demetr. XXXII. Δημήτριος ὥρμησεν ἀπὸ θαλάσσης ἐπὶ Κυΐνδων, καὶ τῶν χρημάτων εὑρὼν ἔτι λοιπὰ χίλια διακόσια τάλαντα — ταῦτα συσκευασάμενος ἀνήχθη. Cfr. Diodorus Sic. XVIII. p. 303. XIX. p. 361. 484. Eumenem, cum ab Antigono defecisset, opes illic asservatas sustulisse auctor est Strabo XIV. p. 695. Lips. ὑπέρκειται δὲ τὰ Κύϊνδα τῆς Ἀγχιάλης, ἔρυμα, ᾧ ἐχρήσαντό ποτε οἱ Μακεδόνες γαζοφυλακίῳ· ἦρε δὲ τὰ χρήματα Εὐμένης, ἀποστὰς Ἀντιγόνου: add. Plutarch. Eumen. XIII. ubi Κουΐνδα appellantur. Si vere conjecimus, suspicari licet, dici haec a milite quodam gloriatore, qui jactabundus enumerat, quascunque opes in illa expeditione direptas asportaverit. Egregie huc facit Theophrasti locus Charact. XX. p. 144. ubi ἀλαζόνος ingenium moresque adumbrans, ὁ δὲ ἀλαζὼν, inquit, τοιοῦτός τις οἷος ἐν τῷ διαζεύγματι ἑστηκὼς διηγεῖσθαι ξένοις, ὡς πολλὰ χρήματα αὐτῷ ἐστιν ἐν τῇ θαλάττῃ· — καὶ συνοδοιπόρου ἀπολαύσας ἐν τῇ ὁδῷ, λέγειν ὡς μετ' Εὐάνδρου ἐστρατεύσατο, καὶ ὅσα λιθοκόλλητα ποτήρια ἐκόμισε, καὶ περὶ τῶν τεχνιτῶν τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ ὡς βελτίους εἰσὶ τῶν ἐν Εὐρώπῃ. — Vss. 2. et 3. Bentl. ita constituit:

περσικαὶ στολαὶ δ' ἐκεῖναι, πορφυρᾶ τε στρώματα,
ἔνδον ἔστ', ἄνδρες, ποτηρίδιά τε καὶ τορεύματα.

Heringa sec. versu nihil mutans, tertio scripsit: ποτηρίδιά τε κἀργυρώματα. Alterutro versu vocem τορεύματα alius vocabuli locum occupasse certum est. In ejusmodi locis audaciorem conjecturam nemo reprehendet. Itaque vide an scripserit poeta:

Περσικαὶ στολαὶ δ' ἐκεῖναι, πορφυροῖ τε καυνάκαι.

Nititur haec conjectura Pollucis auctoritate VII, 11. καυνάκας δέ τινας πορφυροῦς ἐπὶ στρωμάτων ὠνόμασε Μένανδρος. Idem X, 23. καὶ οἱ παρὰ Μενάνδρῳ καυνάκαι. Qui quam apte cum περσικαῖς στολαῖς conjungantur docet Aristoph. Vesp. 1137. οἱ μὲν λέγουσι περσίδ' οἱ δὲ καυνάκην. Add. Clemens Alex. Paed. II. p. 79. Sylb. et Scaliger ad

Varron. de L. L. IV. p. 113. Bip. Tertio versu dubito utrum Bentleji praeferam rationem an Jacobsii Addit. Athen. p. 261. ποτήρι' ἰνδικά τε τορεύματα. — Versu 4. τραγέλαφοι, λαβρώνια. Athen. XI. p. 500. e. τραγέλαφος· Μένανδρος δ' ἐν Ἁλιεῖ· τραγέλαφοι, λαβρώνιοι. Utrum λαβρώνια an λαβρώνιοι scribas, nihil interest. Suidas s. v. λαβρώνιον, εἶδος ἐκπωμάτων· καὶ λαβρώνιος. Cfr. Clemens Alex. Paed. II. p. 69. Prius tamen hic praefero propter Phot. p. 145. λαβρώνιον (sic scr.) εἶδος ποτηρίου πλατὺ τῇ κατασκευῇ, καὶ μεγάλα ὦτα ἔχον. οὕτω Μένανδρος. De τραγελάφῳ dixit nuper Boeckhius Oecon. Att. II. p. 304.

Stobaeus Serm. LIX. p. 382. Gesn. LXI. p. 230. Grot. ubi in margine: *Menandri in Piscatore.*

Ὁ πρῶτος εὑρὼν διατροφὴν πτωχῷ τέχνην
πολλοὺς ἐποίησεν ἀθλίους· ἁπλοῦν γὰρ ἦν
τὸν μὴ δυνάμενον ζῆν ἀλύπως ἀποθανεῖν.

Priore versu usus est T. Hemst. ad Thom. Mag. p. 94. illustrans rariorem vocem διατροφή, de qua Schaeferus in Julian. p. X. — Praeterea duobus locis Stobaeus nostrae fabulae fragm. servavit, Serm. LXXV. p. 452. Gesn. LXXVII. p. 332. Grot. ubi *Menander Piscatoribus* in margine legitur:

Χαλεπόν γε θυγάτηρ κτῆμα καὶ δυσδιάθετον.

et Serm. LXXXIX. p. 501. Gesn. XC. p. 366. Grot. ubi margo habet: *Menander Piscatore.*

Δύναται τὸ πλουτεῖν καὶ φιλανθρώπους ποιεῖν.

Quem versum habes etiam in Gnomis monost. 120. Quod priori versu legitur κτῆμα δυσδιάθετον, illustrat Hesychius: οὐκ εὐδιάθετος, οὐ δυναμένη εὐχερῶς γήμασθαι. Cfr. D'Orville ad Charit. p. 362. qui calami errore χρῆμα pro κτῆμα exhibuit.

Justinus de Monarch. p. 40. B. ἐν Μισουμένῳ δὲ πάλιν ἀποφαίνων τῶν εἰς θεοὺς παραλαμβανομένων τὰς γνώμας, μᾶλλον δὲ ἐλέγχων ὡς οὐκ ὄντας ὁ αὐτὸς Μένανδρος — ἐν Ἁλιεῦσι·

Τὸ γὰρ τρέφον με τοῦτ' ἐγὼ κρίνω θεόν.

Quae sequuntur non Menandri verba sunt, cui inscite tribuuntur in edit. Hag., sed Justini. Eundem versum ex Adelphis laudat Stob. Serm. p. 215., et cum Terent. Phorm. II, 2, 30., monente Clerico, comparavit P. Victorius V. L. V, 20. Neque video quid impediat, quo minus bis poetam eodem versu usum esse statuamus. Forsitan piscatoris verba sunt, mare sibi dei loco habendum profitentis.

Grammat. Seguer. I. p. 402. ἀνηγάγοντο, ἀνήχθησαν. — Μένανδρος Ἁλιεῦσιν·

Ὡς δὲ τὴν ἄκραν
κάμπτοντες ἡμᾶς εἶδον, ἐμβάντες ταχὺ
ἀνηγάγοντο.

Legendum videtur κάμπτοντας.

Suidas I. p. 218. ἀντάλλαγον καλοῦσι τὸν ἀντὶ ἄλλου ἠλλαγμένον. Μένανδρος Ἁλιεῖ·

Ἐκλελάκτικεν
ὁ χρηστὸς ἡμῖν μοιχός, ἀλλ' ἀντάλλαγος.

Respexit ad h. l., monente Bentl. p. 6., Suidas: ἐκλελάκτικεν· ἀποβέβληκεν, ἀπέφυγεν; ubi ἀποβέβηκεν legendum videtur. v. H. Steph. Thes. II. p. 597. a. Quod in Gramm. Segu. I. p. 410. legitur ἀνταλλαῖος, ἀντὶ τοῦ ἄνταλλος, nemo non in ἀντάλλαγος mutandum videat.

Suidas II. p. 596. φηλοῦν, ἀπατᾶν. Μένανδρος Ἁλιεῖ·

Δύ' οἰκίας
φηλοῦν γερόντων, ὡς λέγεις, ἀβελτέρων.

Photius p. 471. φηλοῦν, ἀπατᾶν. Μένανδρος Ἁλιεῖ· δύ' οἰκίας φίλων (sic) γερόντων etc. Schol. Aristoph. Pac. 1165: φῆλος, ὁ ἀπατεών. Μένανδρος Ἁλιεῖ· δύ' οἰκίας φηλῶν γερόντων· καὶ φηλώματα, ἐξαπάτας, παρ' Ἀντιφῶντι. Similia, sed omisso Menandri loco, apud Tzetzen habes ad Lycophr. 785. cfr. Hesychii intpp. s. h. v. In Menandri χρήσει utrum φηλοῦν, an, quod etiam Photius legisse videtur, φήλων reponendum sit, in tam mutila sententia quis definiat? Posterius praefert Hemsterh. ad Polluc. IX. p. 1120. In verbis δύ' οἰκίας vitium latere suspicatur Jacobsius Nott. Mscr.

Athen. VII. p. 303. c. μνημονεύει δὲ τοῦ θύννου καὶ Μένανδρος Ἁλιεῦσιν·

Καὶ θάλασσα βορβορώδης, ἣ τρέφει θύννον
μέγαν.

Menandri nomen, in scriptis editisque libris omissum, adjecit post Dalecampium Schweighaeuserus; καὶ ante θάλασσα vel θάλαττα supplevit Bentlejus.

Pollux X. 145. Εὐριπίδης μὲν ἐν Παλαμήδει λέγει κώπην χρυσόκολλον, Μένανδρος δὲ ἐν Ἁλιεῦσι·

Καὶ χρυσολαβὲς πάνυ καλὸν ἐγχειρίδιον.

Legitur vulgo καλὸν πάνυ. Emendarunt Jacobs. Nott. Mscr. et Porsonus Advers. p. 292. Possis tamen versuum reli-

quiam etiam ita constituere, ut ἐγχειρίδιον secundum versum ordiatur.

Praeterea haec afferuntur e Piscatoribus: Pollux X. 132. piscatorum instrumenta enumerans: *Μένανδρος ἔφη ἐν Ἁλιεῖ· ἀμφιβλήστρῳ περιβάλλεται.* Photius p. 51. ἡδυλισμός, εἶδός τι κολακείας. *καὶ Μένανδρος ἐν Ἁλιεῖ κέχρηται τῷ ἡδυλίζειν.* Eustath. ad Hom. p. 1417. 21. *ἡδυλισμός — ἀφ' οὗ καὶ τὸ ἡδυλίζειν παρὰ Μενάνδρῳ.* Idem Photius p. 151. *λαμπήνη, εἶδος ἅρματος, ἁμάξης. οὕτω Μένανδρος.* Pollux X, 12. *ἡ λαμπήνη. — καὶ ἐν τοῖς Μενάνδρου Ἁλιεῦσιν.* — Duo alia fragm. temere ad hanc fabulam a Clerico relata (e Suida s. v. ἀναπετῶ et Eustathio ad Hom. p. 742. 59.) inter Incerta exhibui.

ΑΝΑΤΙΘΕΜΕΝΗ Η ΜΕΣΣΗΝΙΑ.

Haec genuina est hujus fabulae inscriptio, servata illa apud Suid. I. p. 307. et Apost. IV, 2., aliis eam simpliciter *Ἀνατιθεμένην*, aliis *Μεσσηνίαν* vocantibus. *Μεσσανίαν* praeterea scribi voluit T. H. ad Polluc. X. p. 1277., argumentis usus parum idoneis. In Photio quidem, ad quem provocat, nusquam *Μεσσανία* scriptum reperio: cui scripturae si auctoritatem aliquam conciliare voluisset, Suidae uti debebat loco Vol. I. p. 148. Quod autem Epicharmus fabularum aliquam *Προμαθεύς* inscripsit, non *Προμηθεύς*, hoc ab Hemsterhusio huc trahi potuisse miror. Denique non credibile est, Menandrum eam ob caussam *Μεσσανίαν* fabulam suam inscripsisse, quod una vel altera persona dorica dialecto loquens inducta fuerit. Vel sic tamen non negaverim, Menandrum recte dorica vocis forma uti potuisse. Non rara in vulgari Graecorum sermone dorici idiomatis extant vestigia, praesertim in locorum nominibus et jurandi formulis. Ita *Μαλιεύς* dixerunt et *Μηλιεύς*, de quo erudita prostat disputatio Sylburgii ad Paus. X. p. 815. et Santenii ad Catulli Manl. p. 17 sqq. cll. Wessel. ad Diod. Sic. II. p. 69. et intpp. Alciphr. II. p. 60. ed. Wagn. De jurandi formulis quod dicebam, satis confirmat Epicrates ap. Aelian. H. A. XII. 10. *ἐπομνύουσα τὰν κόραν, τὰν Ἄρτεμιν, τὰν Φεῤῥέφατταν.* Cfr. Plaut. Capt. III, 2, 101. Sed video otium nobis fecisse Lobeckium ad Phryn. p. 639 sq. De argumento fabulae ita judicat Hemsterhusius, ut poetam Messenios quocunque modo tetigisse arbitretur. Quod ut fieri potuisse non negaverim, ita non video quid obstet, quominus Messeniae cuidam primarias fabu-

fabulae partes tributas statuamus, quae cum amatori nuptiarum spem fecisset, postea nescio quibus commota rationibus sententiam mutarit. Vides ἀνατιθεμένην, de qua voce vide infra ad Aphrodisiorum fragmenta. Praeter scriptores, qui pauca fabulae fragmenta servarunt, meminit ejus Demetrius de Elocut. §. 153. p. 64. ἡ δὲ τοιαύτη ἀνακολουθία καλεῖται γρῖφος, ὥσπερ ὁ παρὰ Σώφρονι ῥητορεύων Βουλίας. οὐδὲν γὰρ αὐτῷ ἀκόλουθον λέγει· καὶ παρὰ Μενάνδρῳ δὲ ὁ πρόλογος τῆς Μεσσηνίας.

Grammat. Seguer. I. p. 411. ἀντλιαντλητῆρα. Μένανδρος Μεσσηνίᾳ·

Οἱ δ' ἁρπάσαντες τοὺς κάδους τοὺς στρογγύλους
ὕδρευον ἀνδρειότατα κηπ... πάλιν.
ἤντλουν λέγειν δεῖ, καὶ κάδους οὐ δεῖ λέγειν,
ἀλλ' ἀντλιαντλητῆρας.

Ita edidit hunc locum Bekkerus. Sed, si quid video, postrema illa Grammatici verba sunt, non ὑδρεύειν sed ἀντλεῖν, neque κάδος sed ἀντλιαντλητὴρ dicendum praecipientis. Secundo versu legendum κηπουροὶ πάλιν.

Aelianus H. A. XIII. 4. καὶ ὁ Μένανδρος ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ οἶμαι λέγων·

Τίθημ' ἔχειν χολήν σε καλλιωνύμου
πλείω.

Menandri testimonio eadem in re utitur Plinius H. N. XXXII, 24. *callionymi fel cicatrices sanat, et carnes oculorum supervacuas consumit. Nulli hoc piscium copiosius, ut existimavit Menander quoque in Comoediis.*

Pollux X. 101. τράπεζα μαγειρική, ἣν οἱ νεώτεροι ἐπικόπανον. ἔστι δὲ τοὔνομα παρὰ Μενάνδρῳ ἐν Μεσσηνίᾳ· Ἡγεῖταί μ' ὅλως Ἐπικόπανόν τι. Ita Hemst. ad Luc. I, p. 371. et Bentl. Epist. ad Hemst. p. 62. recte vertens: *me quidem plane mensam coquinariam quandam existimat; adeo scilicet me verberibus lacerat.* Editur vulgo ἡγεῖται μὲν ὅλως ἐπικόπανόν τι.

Suidas: ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ, παροιμία ἐπὶ τῶν ἀληθῶν μέν, οὐ πιστευομένων δέ. Μέμνηται τῆς παροιμίας Μένανδρος ἐν Ἀνατιθεμένῃ. E Menandro idem proverbium commemorant Zenob. II. 17. et Apostol. II. 42. cfr. Terent. Andr. IV, 2, 15.

Idem: Ἀράβιος ἄγγελος. Μένανδρος Ἀνατιθεμένῃ ἢ Μεσσηνίᾳ· παρὰ τὴν παροιμίαν, Ἀράβιος αὐλητής. Hesychius: Ἀράβιος ἄγγελος, παρὰ τὸ Ἀράβιος αὐλητὴς παραλαμβανομένη

(sc. *παροιμία*, quod passim omittitur, ut in Append. Vatic. I, 64. cfr. Schaefer. ad Greg. Cor. p. 14.) *ἐπὶ τῶν ἀπαύστως διαλεγομένων·* ubi v. intpp. cll. Stephano Byz. p. 96. ed. Pin. Fortasse Menandri versus est qui continuo sequitur apud Suidam:

Ἀράβιον ἄρ' ἐγὼ κεκίνηκ' ἄγγελον.

Ita enim legendum est pro *κεκίνηκ' αὐλόν*. His scriptis video diserte Apostolium. IV. 22. ex Menandri Messenia laudare haec verba: *Ἀράβιον ἄρ' ἐγὼ κεκίνηκ' αὐλόν*, quem locum indicavit Jacobsius Nott. Mscr. Qui praeterea apud Suidam legitur Canthari versus, e Medea petitus, eum Jacobs. ita refingit: *κιθαρῳδὸν ἐξηγείρατ' Ἀράβιον χορὸν Τοῦτον*, *excitastis nobis hunc chorum tanquam citharoedum quendam Arabium, nunquam desinentem.*

Idem: *Ἴσσα, ἐπίφθεγμα ἐπὶ τῶν ζ λαχόντων, καὶ ὅλως δυστυχούντων. ἔστι δὲ ἐν Μεσσανίᾳ Μενάνδρου καὶ ἑτέρωθι.* Eadem Photius tradit Lex. p. 87. nisi quod pro obscuro isto, *τῶν ζ λαχόντων*, quod aliquando in *ζημίαν λαχόντων* mutabam, *ἐπὶ τῶν ἀπολαχόντων* praebet. Vulgatam lectionem frustra explicare conatus est Erasmus Adag. III, 6, 60. Non omittendus hoc loco Antiatt. p. 100. *ἴσσα, τὸ ἐπιχαρτικὸν ἐπιφώνημα· μέμφεται. Πλάτων Λαΐῳ·* quae quid sibi velint, ab aliis me doceri cupio.

Idem: *μετοίκιον. Μένανδρος δέ φησι πρὸς ταῖς ιβ' δραχμαῖς καὶ τριώβολον τούτους (τοὺς μετοίκους) τελεῖν, ἴσως τῷ τελώνῃ.* Harpocrat. p. 119. *Μένανδρος ἐν Ἀνατιθεμένῃ καὶ ἐν Διδύμαις πρὸς ταῖς δώδεκα δραχμαῖς* etc. Eadem Photius Lex. p. 194. De *μετοικίῳ* nota omnia e Wolfio Proleg. ad Demosth. Lept. p. LXVIII. aliisque.

Idem: *ψύλλα καὶ ψύλλαι, θηλυκῶς. παρὰ δὲ Ἡροδότῳ Ψύλλος, ἔθνος Λιβύης, καὶ τὸ ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ τοῦ Μενάνδρου ὄνομα κύριον.* Eadem Photius habet p. 477. nisi quod ibi *Μεσηνίᾳ* editur, quam formam alteri, numorum auctoritate confirmatae (v. Coray ad Isocr. Paneg. 16. et Raschii Lex. rei num. III, 2. p. 578.), immerito praefert Sylburg. ad Pausaniam p. 568.

Α Ν Δ Ρ Ι Α.

Dignus est, quem integrum apponam, Terentii locus Prol. Andr. 9 sqq.:

Menander fecit Andriam et Perinthiam:
Qui utramvis recte norit, ambas noverit;

Non ita dissimili argumento sunt, sed tamen
Dissimili oratione sunt factae et stilo.
Quae convenere in Andriam ex Perinthia hic
Fatetur transtulisse et usum pro suis.

Afranii Andria a Cicerone de Finib. I, 2. et Brut. 45. aliisque commemorata num cognatum Menandreae Andriae argumentum tractaverit, in tanta fragmentorum paucitate judicari non potest. Menandreae fabulae reliquias praeter Donatum servavere Stobaeus et Photius. Ac Stobaeus quidem Serm. LXII. p. 400. Gesn. LXIV. p. 265. Grot. hunc inde locum protulit:

Τὸ δ' ἐρᾶν ἐπισκοτεῖ
ἅπασιν, ὡς ἔοικε, καὶ τοῖς εὐλόγως
καὶ τοῖς κακῶς ἔχουσι.

Apud Terentium nihil, quod hinc expressum videri possit, reperio. At convenit fere Caecilii illud apud Cicer. Tusc. IV, 32. *cui* (Amori) *in manu sit, quem esse dementem velit, quem sapere.* Scripsi autem *κακῶς* cum Clerico pro *καλῶς.* Grotius vertit: *qui rectam sectantur viam, multumque sapiunt.* Sed obstat articulus ante *καλῶς ἔχουσι.* Fuit cum *ἀλόγως ἔχουσι* conjectarem. — Photii locus est p. 216. *νεοττός· ἡ τοῦ ᾠοῦ λέκιθος καὶ τὸ πυῤῥόν. Μένανδρος Ἀνδρίᾳ·*

Καὶ τεττάρων ᾠῶν μετὰ τοῦτο, φιλτάτη,
τὸν νεοττόν.

Eadem Suidas Kusteri habet s. v. *νεοττός.* Bentl. p. 8. ex edit. Mediol. praefert *τὸ νεοττόν,* quod vellem auctoritate muniisset. Lobeck. ad Phryn. p. 207. *ν ε ο τ τ ό ς,* inquit, *disyllabum est in Men. versu ap. Suid.* Idque teneo: nisi forte *τὸν νοττὸν* scribendum, de quo praeter ea, quae Lobeck. attulit, vide Schol. Dion. Thrac. p. 794. Hesych. s. h. v. et Polluc. I, 79. Possis etiam *τὸ νεοττίον.* Hesych. *νεοττίον, οἱ Ἀττικοὶ τοῦ ᾠοῦ τὸν λέκυθον* leg. *τὴν λέκιθον.* Cfr. Diphili locum ap. Suidam l. l. Si recte *νεοττίον* scribendum conjeci, nescio an senariorum reliquiae elegantius ita constituantur, ut *τὸ νεοττίον* in fine versus ponatur. Ceterum recte, opinor, Jacobsius Nott. Mscr. hunc versum e descriptione apparatus convivalis ductum existimat.

Quae Donatus ex Andria servavit fragmenta, haec sunt: Ad I, 2, 33. *nihil me fallis, νινῦ* (sic) *καὶ οὐδὲν λέληθάς με ἄν.* Ita ed. Westerh.; at Stephaniana *οὐδέν με λανθάνοις ἄν.* Alii *οὐδέν με λέληθας.* — Ad II, 4, 4. *venit*

meditatus alicunde ex solo loco, Orationem sperat invenisse se. Menander:

Εὑρετικὸν εἶναί φασι τὴν ἐρημίαν
οἱ τὰς ὀφρῦς αἴροντες.

Recte ita Bentl. p. 9. et Brunck. ad Arist. Ran. 1482. pro εὑρετικήν. Apposite Eudocia p. 295. εἰς τὴν ἐρημίαν ἀναχωρεῖν (φασὶν) οἱ φιλόσοφοῦντες, ἧς χωρὶς οὐδὲν σεμνὸν εὑρίσκεται, κατὰ τὸν κωμικόν. Lege: ἐξευρίσκεται. Synesius Epist. C. p. 239. c. φιλοσοφοῦμεν, τὴν ἐρημίαν ἀγαθὴν ἔχοντες συνεργόν. cfr. Plin. Epist. I, 6. Τὰς ὀφρῦς αἴρειν plus semel Menander de philosophico fastu. — Ad III, 2, 3. *nunc primum fac isthaec ut lavet*, λούσατ' αὐτὴν ὅδιστα. Casaub. τάχιστα, Bentl. p. 9. αὐτίκα. — Ad III, 3, 12. *ne me obsecra*, ubi Donatus: τῷ ἐληνισμὸν μηλιτανευε mnimacor. Jacobs. Nott. Mscr. τῷ ἑλληνισμῷ· μὴ λιπάνευε. Menander. Nec male Clericus: μὴ λιτάνευε, μὴ μάχου. — Ad III, 4, 3. *quidnam audio*, ubi Donatus etiam *audiam* legi narrat; sic enim Menandrum: τί δῆποτ' ἀκούσω. ubi ne de futuro cogites, prohibent observata Schaeferi Melet. p. 128. ad Greg. Cor. p. 1063. et Jacobsii Praef. Anthol. Palat. p. L. — Schol. Theocriti II, 66. ἐκανηφόρουν δὲ τῇ Ἀρτέμιδι, αἱ ὥραν ἔχουσαι γάμου, ὥσπερ ἀπολογούμεναι περὶ τῆς παρθενίας τῇ θεῷ, ἵνα μὴ ὀργισθῇ αὐταῖς μελλούσαις τὸ λοιπὸν φθείρεσθαι· καὶ παρὰ Μενάνδρῳ. Αἱ κυΐσκουσαι ἐπικαλεῖσθε τὴν Ἄρτεμιν, ἀξιοῦσθαι συγγνώμης, ὅτι διεκορήθητε. In his, quae ad incerti loci fragm. retulit Clericus p. 266., cum nullum metri vestigium appareat, Bentl. p. 103. eo delatus est ut falso hunc locum Menandro tribui existimaret. Toupius contra ad Theocriti Schol. p. 211. hunc nobis propinat versiculum:

αἱ κυΐσκουσαι γυναῖκες ἐπικαλεῖσθε τὴν θεόν.

Frustra; sunt scholiastae verba, qui respexit ad eum locum Menandri, quem expressit Terentius III, 4, 41., ubi Pamphila partus doloribus conflictans Junonis opem implorat:

Juno Lucina, fer opem, serva me obsecro.

Deleta igitur interpunctione post Μενάνδρῳ posita, locus ita interpretandus est: *et apud Menandrum vos parturientes Dianae opem imploratis, scilicet ut prostratae virginitatis veniam impetretis.* Comparandus Theopompus apud Harpocrat. p. 208.

ἀλλ' ἡ μὲν Εἰλείθυια συγγνώμην ἔχοι,
ὑπὸ τῶν γυναικῶν οὖσα καταπλὴξ τὴν τέχνην.

Schol. Arist. Eccl. 369. αἱ ὠδίνουσαι ἐπικαλοῦνται τὴν Εἰλείθυιαν. Rem conficit Donatus ad Terent. l. l.: *hoc extra etiam hanc potestatem Junoni attribuitur, quamquam illam Menander Dianam appellat.* Eugraphius T. II. p. 14. ed. West. *Hanc* (Lucinam) *quidam tamen potius Dianam esse dixerunt; nam ita Menander ipsam vocat, cum dicit* Ἄρτεμιν. Ad hunc vel similem Menandri locum respexerit Libanius Orat. XIX. p. 497. B. ubi scribit κεκλεῖσθαι τοῖς ὑποκριταῖς τὸ θέατρον, ἵνα μὴ τραγῳδὸς εἰσελθὼν Πασιφάην μιμήσηται τὴν ἐξοκείλασαν εἰς ἀλλοκότον ἔρωτα (Euripidem innuit, v. Schol. Aristoph. Ran. 873.) μηδ' αὖ κωμῳδὸς τὰς παρὰ Μενάνδρῳ τικούσας. Cfr. Gellius Noct. Att. II. 23. ubi servus in Menandri fabula gemitum et ploratum puellae in puerperio enitentis audire dicitur. De Diana obstetricis partibus fungente egregia adnotaverunt T. Hemst. ad Lucian. I. p. 287. Wesseling. ad Diod. Sic. I. p. 389. et Wyttenbach. ad Plutarch. p. 170. B. Adde Hegesiae dictum, de quo Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 26. — Ad III, 5, 5. *posthac incolumem sat scio fore me, nunc si hoc devito malum*, Donatus e Menandro affert: ἂν θεὸς φεύγει οὐκ ἂν απολυμπτε (sic), quorum verborum sensum esse: *tam difficile est hinc evadere, ut qui hinc evaserit, videatur immortalis futurus.* Male Casaub. ἔνθεν ἀποφεύγων οὐκ ἂν ἀπολοίμην ποτέ. „In Donati lectione latere dicas: φεύγοι .... οὐκ ἂν ἀπ' Ὀλύμπου θεός.“ Jacobs. Nott. Mscr. Equidem non expedio. — Ad IV, 3, 11. *ex ara hinc sume verbenas tibi*, κοκεξεας σὺ μυῤῥίνας χχςδιετεινε. Respexit ad hunc Menandri locum Servius ad Virg. Aen. XII. 120. *abusive verbenas jam vocamus omnes herbas sacratas, ut est laurus, oliva et myrtus. Terentius: ex ara hinc sume verbenas tibi; nam myrtum fuisse Menander testatur, de quo Terentius transvertit.* Plura vide ap. Hellad. Chrest. p. 983. et Nic. Loens. Epiph. IX, 7. Menandri verba ineptis conjecturis praeter Clericum et Pauwium vexavit Trillerus Observ. III. p. 80. Melius Bentl. p. 9. ἀπὸ δεξιᾶς σὺ μυῤῥίνης κλάδους λάβε. Praefero tamen Jacobsii rationem, qui in Nott. Mscr. corrigit: ἀφ' ἑστίας σὺ μυῤῥίνας δέχου, Δυστηνέ. — Ad V, 4, 16. *sic, Crito, hic est.* Menander: οὕτως αὐτός ἐστιν.

Apponam hic alium locum, quem probabile est ad Menandri Andriam pertinuisse. Inter Gnomas monost. 50. Br. legitur hic versus:

ζῶμεν γὰρ οὐχ ὡς θέλομεν, ἀλλ' ὡς δυνάμεθα.

Constat hunc versum in proverbii consuetudine fuisse, cujus vestigia apparent in loco Platonico Hipp. maj. p. 301. e. ταῦτα τὰ ἡμέτερά ἐστιν οὐχ οἷα βούλεταί τις, φασὶν ἄνθρωποι ἑκάστοτε παροιμιαζόμενοι, ἀλλ' οἷα δύναται. Sine auctoris nomine legitur etiam apud Suidam II. p. 13. Eum tamen in Menandri Andria locum habuisse, conjicias e Terent. IV, 6, 10. *ut quimus, ajunt, quando ut volumus non licet.* — Graviorem de alio versu dubitationem moveas. Simo senex apud Terent. I, 1, 10. Sosiae liberto haec dicit: *feci e servo ut esses libertus mihi,* ubi intpp. tanquam Menandri senarium laudant hunc versum:

ἐγώ σε δοῦλον ὄντ' ἔθηκ' ἐλεύθερον.

Hinc eum ad Andriam retulit Clericus, qui non magis quam Terentii intpp., ubi servatum invenerit hunc versum, docuit. Menandri esse non posse vel inde apparet, quod laudavit eum jam Aristoteles Elench. III, 7. Obiit enim Aristoteles Olymp. 114. 3. Menandrum autem primam fabulam docuisse constat ejusdem Olymp. anno 4. Adde, quod Donato teste ad Prol. 13. in prima Andriae Menandreae scena non agebatur inter libertum et senem, sed senex solus loquebatur, in Perinthia autem, ex qua primam scenam in suam fabulam Terentius transtulit, senex cum conjuge. Ex Aristotele illum senarium petiit Theo Progymn. p. 27. ed. Cam. Utrobique scribitur ἐγώ σ' ἔθηκα δοῦλον ὄντ' ἐλεύθερον. — Qui praeterea ad hanc fabulam relati sunt versus e Stobaeo, eos ego inter Incerta exhibere malui. Nec magis huc alius senarius a Clerico trahendus fuit ex Muret. Var. Lect. I, 9. ὑγιὴς νοσοῦντα ῥᾷστα πᾶς τις νουθετεῖ, qui Mureti est non Menandri versus.

De tribus aliis Andriae Terentianae locis probabiliter ad Menandri exemplum factis dixi Quaest. Menandr. p. 42. sq. Nam cum Menander acerrimus fuerit Euripidis imitator, non mirandum est in Terentii, dimidiati Menandri, fabulis passim reperiri quae miro quodam consensu cum Euripideis conspirant. His ex Andria adnumeraverim II, 5, 16. ad quae compares Eurip. Med. 84. cll. Wyttenb. B. C. II. 1. p. 45. Tum IV, 1, 16. collato Hippolyti loco 1297. ubi vide Valcken. Denique V, 4, 17. quae congruunt cum Alcest. 720.

ΑΝΔΡΟΓΥΝΟΣ Η ΚΡΗΣ.

Hanc fabulae inscriptionem unus servavit Athen. VI. p. 243. b. μνημονεύει δ' αὐτοῦ (Chaerephontem dicit) Μένανδρος καὶ ἐν Ἀνδρογύνῳ ἢ Κρητί. Eadem fabula significatur apud Schol. Aristoph. Lys. 378. περὶ γαμηλίων λουτρῶν Μένανδρος ἐν Κρήτῃ φησί, καὶ ἐν Ὑποβολιμαίῳ, ubi Κρητί legendum. A ceteris, qui fragmenta inde protulerunt, scriptoribus simpliciter vocatur Ἀνδρόγυνος, Stob. Serm. XLII. p. 276. Gesn. XLIV. p. 168. Grot. *Menandri in Androgyno:*

Τὸ γὰρ σύνηθες οὐδαμοῦ παροπτέον.

Idem versus, non addito fabulae titulo, est apud Anton. Meliss. CII. p. 168. ubi quae proxime antecedunt: ἀμήχανον μακρὰν συνήθειαν βραχεῖ λῦσαι χρόνῳ, male cum nostro versu in unum fragm. conjunxit Gataker Posth. X. p. 204. γάρ mutans in γοῦν.

Ex eadem fabula hunc locum affert Stobaeus Serm. CVI. p. 568. Gesn. CVIII. p. 455. Grot.:

Τὰ προσπεσόντα προςδοκᾶν ἅπαντα δεῖ
ἄνθρωπον ὄντα· παραμένει γὰρ οὐδὲ ἕν.

quae comparat Clericus cum Syri versu ap. Senec. Cons. Marc. 9. et de Tranqu. 11. *cuivis potest accidere quod cuiquam potest.*

Suidas s. v. Λαμία. Μένανδρος Ἀνδρογύνῳ·

Πλήξας γὰρ ἔφθειρ' ἐκ παρατάξεώς ποθεν
τὰς ἐν Λαμίᾳ πάσας.

Eadem apud Photium p. 150. ubi male πλήσας γὰρ ἔφερεν. Versuum reliquias digessit Bentl. p. 10.

Idem s. v. Φίλιος Ζεύς, ὁ τὰ περὶ τὰς φιλίας ἐπισκοπῶν. Μένανδρος Ἀνδρογύνῳ·

Μαρτύρομαι τὸν φίλιον, ὦ Κράτων, Δία.

Recepit Grotius Exc. p. 711. Male apud Phot. p. 472. μαρτύρομαι τὸν φίλον —. Lucian. rhet. praec. III. p. 4. ἀλλὰ πρὸς φιλίου Διός, μὴ ἀπιστήσῃς. Cfr. Gaisford ad Androm. 601.

Schol. Platon. Ruhnk. p. 33. Μυσῶν ἔσχατος ἐπὶ τῶν εὐτελεστάτων. Μάγνης Ποαστρίᾳ (adde hanc fab. indici Fabric.). Οὐκ ἔστιν οὐδείς, οὐδ' ὁ Μυσῶν ἔσχατος. Μένανδρος Ἀνδρογύνῳ· Μυσῶν ἔσχατος πολέμιος. Append. Vat. I, 64. ἔσχατος Μυσῶν· μέμνηται ταύτης Μένανδρος. Φησὶ γὰρ (immo φασὶ) ὅτι Τήλεφος κτείνας τοὺς τῆς μητρὸς ἀδελφούς,

ἐπύθετο τῆς Πυθίας, ποῖ δεῖ σταλῆναι· τὴν δὲ εἰπεῖν, πρὸς ἐσχάτην Μυσῶν. Ἐλθὼν οὖν εἰς Τευθρανίαν τῆς Μυσίας ἐσχάτην ἐβασίλευεν, ἀφ' οὗ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν δυσχερῶς ἐπιτασσομένων. Diversa confundit proverbia, Μυσῶν ἔσχατος et πρὸς ἐσχάτην Μυσῶν. Nostro usus est Cicero pro Flacc. 27. *quid in graeco sermone tam tritum et celebratum est, quam, si quis despicatui ducitur, ut Mysorum ultimus esse dicatur?* — Ceterum cognominem Caecilii fabulam commemorat Festus p. 556.

ΑΝΕΨΙΟΙ.

Stobaeus Serm. LXII. p. 398. Gesn. LXIV. p. 265. Grot., qui in margine posuit: *Menander Patruelibus.* Malim cum Clerico *Consobrinis;* sic enim imitator Menandri, Afranius, fabulam inscripserat, testibus Gellio XV. 13. Festo p. 564. Nonio 19. p. 800. Menandri locus hic est:

Φύσει γάρ ἐστ' Ἔρως
τοῦ νουθετοῦντος κωφόν· ἅμα δ' οὐ ῥᾴδιον
νεότητα νικᾶν ἐστι καὶ θεὸν λόγῳ.

quae minus apposite Propertio II, 13, 16. admovit Burmannus; rectius compares Terent. I, 1, 12. ubi v. intpp. Ceterum in Gesneriani Stobaei margine ex Antiope hoc Menandri fragm. desumtum dicitur, quod post Meurs. Bibl. Att. p. 1547. F. arripuit Fabricius Bibl. Gr. II. p. 461. qui Antiopen inter Menandri fabb. referre non dubitaverunt. Atqui illud Ἀντιόπη ex Ἀνεψιοί corruptum esse quis non videt?

Stobaeus Serm. LXXX. p. 450. Gesn. LXXVII. p. 331. Grot.:

Εὐδαιμονία τοῦτ' ἔστιν υἱὸς νοῦν ἔχων·
ἀλλὰ θυγάτηρ κτῆμ' ἐστὶν ἐργῶδες πατρί.

Editur vulgo εὐδαιμονίας, quod servat etiam D'Orville ad Char. p. 227. Nostrum tacite reposuit Steph. Com. Gr. p. 131.; vidit etiam Philarg. Cantabr. p. 12.

Athen. XV. p. 700. b. ἄλλοι δ' ἔφασκον, φανὸν λέγεσθαι τὴν λαμπάδα· οἱ δέ, τὴν ἔκ τινων ξύλων τετμημένην δέσμην. Μένανδρος Ἀνεψιοῖς·

Ὁ φανός ἐστι μεστὸς ὕδατος οὑτοσί·
δεῖ τ' οὐχὶ σείειν ἀλλ' ἀποσείειν αὐτόθεν.

et mox: πανὸς δ' ὀνομάζεταί τὸ διακεκομμένον ξύλον, καὶ συνδεδεμένον· τούτῳ δ' ἐχρῶντο λαμπάδι· Μένανδρος Ἀνεψιοῖς·

Εἰσιὼν

πανόν, λύχνον, λυχνοῦχον, ὅ,τι πάρεστι φῶς
μόνον, πολὺ ποιεῖ.

Ad prioris fr. vers. 1. respexit Phot. p. 466. φανός, λαμπὰς ἐκ κλημάτων. οὕτως Μένανδρος. et Eustath. p. 1571. 3. τὸ φανίον ἐκ τοῦ φανοῦ παράγωγον, οὗ ἡ χρῆσις παρὰ Μενάνδρῳ. Versu 2. ante Bentlejum, quem vide p. 10., legebatur ἀλλὰ ποθεῖν αὐτόν, quod in ἀποδίκειν αὐτίκα mutat Jacobs. Add. Ath. p. 370. At ita perit lusus in verbis σείειν et ἀποσείειν. — Secundum fragm., a cujus sensu praeter alios aberravit Meurs. Bibl. Att. p. 1547. E., recte interpretatus est Bentlejus. Minus bene Schweigh. post φῶς interpunxit; tum scripturus fuisset poeta μόνον ὂν πολὺ ποιεῖ.

Α Π Ι Σ Τ Ο Σ.

Suidas: ἅβρα, οὔτε ἁπλῶς θεράπαινα, οὔτε ἡ εὔμορφος θεράπαινα λέγεται, ἀλλ' οἰκότριψ γυναικὸς κόρη καὶ ἔντιμος, εἴτε οἰκογενὴς εἴτε μή. Μένανδρος Ἀπίστῳ·

Ὤιμην, εἰ τὸ χρυσίον λάβοι
ὁ γέρων, θεράπαιναν εὐθὺς ἠγορασμένην
ἅβραν ἔσεσθαι.

Respexisse videtur ad hanc Menandri fabulam Alciphron Epist. II. 4, 50. πάντα μετέωρα νῦν ἐστι βουλόμενα ἰδεῖν Μένανδρον, καὶ ἀκοῦσαι φιλαργύρων, καὶ ἐρώντων, καὶ δεισιδαιμόνων, καὶ ἀπίστων, quamquam fallaces et infidos servos plerisque in fabb. Menander produxerat. Vid. Galen. Tom. V. p. 29. De voce ἅβρα, cujus causa Suidas Menandri locum excitat, multa dixerunt Scaliger ad Propert. IV, 7, 36. et Schweigh. ad Athen. p. 350. e. Eodem sensu *delicatas* dici in latinis inscriptionibus monuit Clericus.

ΑΡΡΗΦΟΡΟΣ Η ΑΥΛΗΤΡΙΣ.

Athenaeus XIII. p. 559. c. Μένανδρος δ' ἐν Ἀῤῥηφόρῳ ἢ Αὐλητρίδι·

α. Οὐ γαμεῖς, ἐὰν γε νοῦν ἔχῃς,
τοῦτον καταλιπὼν τὸν βίον· γεγάμηκα γὰρ
αὐτός· διὰ τοῦτό σοι παραινῶ μὴ γαμεῖν.
β. δεδογμένον τὸ πρᾶγμ'· ἀνεῤῥίφθω κύβος.
α. πέραινε. σωθείης δὲ νῦν· ἀληθινὸν
εἰς πέλαγος αὐτὸν ἐμβαλεῖς γὰρ πραγμάτων,
οὐ Λιβυκόν, οὐδ' Αἰγαῖον, [οὐδ' Αἰγύπτιον,]
οὗ τῶν τριάκοντ' οὐκ ἀπόλλυται τρία
πλοιάρια· γήμας δ' οὐδὲ εἷς σέσωσθ' ὅλως.

Versu 4. ἀνεῤῥίφθω κύβος. Suidas: ἀνέῤῥιπται κύβος, οἷον ἀποκεκινδύνευται·

φράζε τοίνυν, ὡς ἐγώ σοι πᾶς ἀνέῤῥιμμαι κύβος.

Sic haec distinguenda videntur, in quibus Comici poetae versum latere editores videtur fugisse. Cfr. D'Orville ad Charit. p. 552. et quos laudat Valcken. ad Phoen. p. 375. b. — Versu 5. Jacobsius distinguit: σωθείης δέ. νῦν ἀληθινὸν —. Versu 6. scripsi αὐτὸν pro αὑτὸν. Male Casaub. αὐτόν σ' ἐμβαλεῖς. — Versu 7. verba uncinis inclusa addidit Grot. Exc. p. 713.; nec male tamen Scaliger οὐδ' Ἰώνιον, modo Ἰωνικὸν scribas. Aegaeum et Ionicum mare conjungit Maximus Tyr. XXIII. p. 240. Vitiosam formam Ἰώνιος legas etiam in Juliani Orat. V. p. 159. d. et Schol. Stobaei p. 447. Heer. cfr. D'Orville ad Charit. p. 525.

Athenaeus X. p. 442. d. Μένανδρος δ' ἐν Ἀῤῥηφόρῳ ἢ Αὐλητρίδι·

Πάντας μεθύσους τοὺς ἐμπόρους
ποιεῖ τὸ Βυζάντιον· ὅλην ἐπίνομεν
τὴν νύκτα διὰ σέ, καὶ σφόδρ' ἄκρατόν μοι
δοκῶ.
ἀνίσταμαι γοῦν τέσσαρας κεφαλὰς ἔχων.

Hunc quoque locum in Excerpta recepit Grot. p. 711. Ex Athenaeo profecit Eustath. ad Hom. Il. p. 1504, 63. ἔμπορος γοῦν τις μέθυσος παρὰ Μενάνδρῳ κατὰ τὴν ἱστορίαν τοῦ Ναυκρατίτου σοφοῦ οὕτως· ὅλην ἐπίνομεν τὴν νύκτα· καὶ σφόδρ' ἄκρατόν μοι δοκῶ etc. Idem ad Dion. Perieg. 804. κωμῳδοῦνται δ' εἰς μέθην οἱ παλαιοὶ Βυζάντιοι. Aelian. Var. Hist. III. 14. ὁμολογεῖν δὲ τούτοις ἔοικε καὶ Μένανδρος ὅταν λέγῃ· μεθύσους τοὺς ἐμπόρους ποιεῖ τὸ Βυζάντιον· ὅλην ἔπινε (sic) τὴν νύκτα. Nicetas Acomin. Hist. p. 251. Βυζαντίων ἄλλοι μὲν ὑπὸ μέθης διαῤῥεόντων οὐκ ὀλίγα ξυνέθεντο σκώμματα, ὁ δὲ Μένανδρος οὑτωσί πως· μεθ. τ. ἐμπ. ποιεῖ τὸ Β.

ὅλ. ἔπινον τὴν νύκτα. Hic quoque ἐπίνομεν legendum. Byzantios bibacitati impense deditos fuisse ex his satis patet, nec a reliquis luxuriae generibus eos abhorruisse docent Strattis apud Polluc. IX. 78., ubi vide Hemst., et Theopompus ap. Athen. XII. p. 527. e. cll. Savaro ad Sidon. Apollin. Ep. IV, 7. p. 240. Ad eundem Menandri locum respexit Pollux VI, 25. ὁ μέθυσος ἐπὶ ἀνδρῶν Μενάνδρῳ δεδόσθω. Facit huc Ulpiani quaestio ap. Athen. I. p. 6. εἰ κεῖται ὁ μέθυσος ἐπὶ ἀνδρός. V. Graev. ad Luciani Sol. III. p. 562. Oudend. ad Th. M. p. 602. Pierson. ad Moer. p. 261. Lobeck. ad Phryn. p. 152. Quod postremo versu legitur ἀνίσταμαι γοῦν τέσσαρας vel τέτταρας κεφαλὰς ἔχων, etiam alii compararunt cum Diphili loco ap. Athen. p. 168. c. ubi temulenti dicuntur κεφαλὰς ἔχοντες Τρεῖς ὥσπερ Ἀρτεμίσιον. Eustath. ad Hom. p. 1504. 62. δοκοῦσι δὲ πολυκέφαλοι καὶ οἱ μεθύοντες.

Stephanus de Urb. et Pop. p. 746. μέμνηται αὐτῆς (proverbii τὸ Δωδωναῖον χαλκίον) Μένανδρος ἐν Ἀῤῥηφόρῳ·

Ἐὰν δὲ κινήσῃ μόνον τὴν Μυρτίλην
ταύτην τις, ἢ τίτθην καλῇ, πέρας οὐ ποιεῖ
λαλιᾶς· τὸ Δωδωναῖον ἄν τις χαλκίον,
ὃ λέγουσιν ἠχεῖν, ἂν παράψηθ' ὁ παριών,
τὴν ἡμέραν ὅλην, καταπαύσαι θᾶττον ἢ
ταύτην λαλοῦσαν· νύκτα γὰρ προςλαμβάνει.

Ad eundem locum respiciunt Suidas I. p. 623. et Zenob. VI. 5. τὸ Δωδωναῖον χαλκίον κεῖται παρὰ Μενάνδρῳ ἐν τῷ (leg. τῇ) Ἀῤῥηφόρῳ. Versu 2. Bentl. p. 14. emendationem exhibui; vulgatur ἢν τίτθην καλεῖ. Sequuntur verba πέρας οὐ ποιεῖ λαλιᾶς. Hoc etiam Bentl. solertiae debetur; deest vulgo οὐ. — Versu 3. ἄν τι χαλκίον et 5. καταπαῦσαι. Ita libri vulgati. Mitto aliorum conjecturas. Bentl. τὸ χαλκίον — καταπαύσαις, quae soloecismo deformari, nec quidquam hoc loco mutandum fuisse nisi τι in τις et καταπαῦσαι in καταπαύσαι, monui Curis crit. p. 69. Idem placuisse Porsono, monuit postea Th. Kidd. ad Dawesii Misc. p. 387. Et correxit ita etiam C. O. Müllerus in Boettigeri Amaltheae Vol. I. p. 134.

Stobaeus Serm. LVIII. p. 376. Gesn. LX. p. 231. Grot.:

— Τὰ πατρῷα μὲν ποιεῖ καιρός ποτε
ἀλλότρια, σώζει δ' αὐτά που τὰ σώματα.
βίου δ' ἔνεστι μί' ἀσφάλει' ἐν ταῖς τέχναις.

Probabiliter Grotius τὰ γὰρ π. edidit. Tertio versu μία e prima Gesneri cum Bentlejo reduxi. Secundus versus gra-

vem, ni fallor, suscepit corruptelam. Sententia quidem requirere videtur δουλοῖ τ' αὐτά που τὰ σώματα, vel simile quid. Nec fugit vitium Jacobsii acumen, qui in Nott. Mscr. ita locum constituit:

τὰ μὲν πατρῷα μεταποιεῖ καιρός ποτε,
ἀλλοτριώσει τ' αὐτά που τὰ σώματα.

Athen. X, p. 446. d. Μένανδρος Αὐλητρίσι (sive potius Αὐλητρίδι)·

Βάλλ' ἐς κόρον· ἤδη πώποτ' ἔπιες, Σωσίλα,
πᾶσι νῦν πῖθι· μαίνει γὰρ κακῶς.

Bentleji emendd. vide apud ipsum p. 16. Mscr. Athenaei apud Gronov. Infam. Emend. Men. p. 82. ita habet: πᾶσιν πάλινυν πῖθι μένει γὰρ κακῶς. Heringa Observ. crit. p. 242.:

α'. Ἐλλέβορον ἤδη πώποτ' ἔπιες Σωσίλα;
β'. ἅπαξ. α'. σὺ νυνὶ π. —

Jacobsius autem Addit. Athen. p. 240. priora intacta relinquens, conjecit: ἤδη πώποτ' ἔπιες, Σωσίλα, Πτισανὴν σύ; νυνὶ π. —. Porsonus cod. vestigia premens in Tracts p. 242.: α'. ἐλλέβ. ἤδη π. ἔπ. Σωσία. β'. ἅπασι. α'. πάλιν οὖν πῖθι. Recte haud dubie Σωσία scripsit, quod ipse etiam feceram Quaest. Men. p. 50.; neo cetera displicent; ἅπασι tamen non intelligo. Fortasse ἀπνευστὶ νῦν δὴ πῖθι scribendum.

Justinus de Mon. p. 40. B. καὶ ἐν Αὐλητρίσι (hic etiam Αὐλητρίδι corrigam) Μένανδρος·

Πάντ' ἔστι τῷ καλῷ λόγῳ
ἱερόν· ὁ νοῦς γάρ ἐστιν ὁ λαλήσων θεός.

Retulit Grot. in Exc. p. 713., male scribens θεῷ. Vid. Bentl. p. 13., qui primo versu πανταχῇ ἔστι conjecit. Ad Grammaticorum praecepta debebat πανταχοῦ 'στι. Photius: πανταχῇ, πάντα τρόπον, καὶ πανταχοῦ, ἐν παντὶ τόπῳ, quamquam non ab omnibus hoc discrimen observatum scio. Cfr. Valck. ad Phoen. 272. Sed possis lenius πάντῃ 'στὶ τῷ καλῷ λόγῳ —.

Etymol. Gudian. p. 234. ζωπυρεῖν, κυρίως τὸ τοὺς ἄνθρακας φυσᾶν, ὡς τὸ· τρισκατάρατε, ἀναζωπύρει τοὺς ἄνθρακας, Μένανδρος ἐν Ἀῤῥηφόρῳ. Corrige:

ὦ τρισκατάρατε, ζωπύρει τοὺς ἄνθρακας.

Pollux X, 176. καὶ ὁλκεῖον, ἀγγεῖον ὑγρῶν τε καὶ ξηρῶν, ὡς ἐπιπολὺ χαλκοῦν, ὡς ἐν Ἀῤῥηφόροις (Reg. Ἀῤῥηφόρῳ) Μενάν-

δρου· ἢ χαλκοῦν μέγα Ὀλκεῖον. V. Bentl. p. 13. et Epist. ad Hemst. p. 71.

Α Σ Π Ι Σ.

Militi hac in fabula Menandrum non nullas partes tribuisse conjicere licet, ut de titulo fabulae taceam, e fragm. ap. Schol. Arist. Acharn. 283. τῷ δὲ συντριβείη (leg. συντρίβειν) καὶ Μένανδρος κέχρηται ἐν Λευκαδίᾳ καὶ ἐν Ἀσπίδι· ἔχων τὴν ἀσπίδα ἔκειτο συντετριμμένην, quae verba ut justo senario constarent Heringa Obs. critt. p. 242. ita constituit: ἔκειτ᾽ ἔχων τὴν ἀσπίδα συντετριμμένην. Possis etiam τὴν ἀσπίδ᾽ ἔχων —, sed praestat:

Ἔχων τὴν ἀσπίδα
ἔκειτο συντετριμμένην —

Ex eadem fabulae parte haud scio an petitus sit hic locus apud Suidam III. p. 654. Zonar. II. p. 1841. et Harpocr. p. 179. χάραξ, χαράκωμα, περίφραγμα, ὃ περιεβάλλοντό τινες ἐν στρατοπέδῳ ἐπὶ σωτηρίᾳ, ὡς Δημοσθένης, καὶ Μένανδρος·

Πολλοὶ γὰρ ἐκλελοιπότες
τὸν χάρακα τὰς κώμας ἐπόρθουν.

Vid. Bentl. p. 18. Meursii rationem Bibl. Att. p. 1548. d. omitto. Recepit Grot. Exc. p. 711.

Militi, quem hac in fabula partes habuisse suspicor, Smicrinae nomen inditum fuisse colligas e Stobaei loco Serm. LI. p. 356. Gesn. LIII. p. 202. Grot.:

Στρατιώτην, Σμικρίνη, σωτηρίας
ἔστ᾽ ἔργον εὑρεῖν πρόφασιν, ὀλέθρου δ᾽ εὔπορον.

quae patris admonitio videtur ad filium castra sequi gestientem; quamquam haec aliter explicare video Bentl. p. 17., cujus palmariam emendationem exhibui: vulgo σμικρὸν. At prima Gesneri σμικρὸν ἢ, unde vix dubites de Bentl. correctionis veritate. Salmasius et Grot. οὐ μικράν. Jacobsius autem Add. Athen. p. 102.:

Στρατιώτην οὐ μικρὸν σωτηρίας
ἔστ᾽ ἔργον εὑρεῖν πρόφασιν —

At μικρός non apud Aristoph. solum, ut putasse videtur Brunck. ad Plut. 240., sed apud omnes omnino poetas primam producit. Fallitur Casaub. ad Athen. XIII. p. 572. a. Idem Bentleji error ad Men. p. 108. et ad Philem. p. 110.

De Menandri loco apud Clem. Alex. Strom. VII. p. 302. Sylb.

σαπρὸς γὰρ ἦν, σὺ δὲ σμικρόλογος οὐ θέλων,

infra dicam in fragm. *Δεισιδαίμονος*. Aristoph. ap. Athen. p. 285. e.

μηδὲ τὰ μικρὰ τὰ Φαληρικὰ τάδ' ἀφύδια.

Corr. μηδὲ τὰ Φαλ. τὰ μικρὰ — ut monuit Erfurdtius. Eubulus ap. Athen. p. 311. d.

πλεκτάνια τὰ μικρὰ πολύποδος, νῆστίν τινα.

Dele articulum. Hegemo Thas. apud Athen. p. 698. F.

καί ποτέ τις εἴπησι μικρὸν τυροῦντ' ἐσιδοῦσα.

leg. εἴπῃ σμικρόν. Denique in Aristoph. Eccl. 629. casu edidit Br. τοῖσι μικροῖς pro τοῖς.

Stobaeus Serm. XXIII. p. 190. Gesn. p. 116. Grot. *Menander Aspide*:

Ὃ βούλεται γὰρ μόνον ὁρῶν καὶ προσδοκῶν
ἀλόγιστός ἐστι τῆς ἀληθείας κριτής.

Sine corruptelae suspicione hunc locum attulit Wyttenb. ad Plutarch. p. 49. A. Desideres tamen articulum, quem ante μόνον inseruisse Porsonum, vix credo affirmantibus Advers. editoribus p. 292. Suspicabar μόνον ὁ ὁρῶν καὶ προσδοκῶν. Habet tamen etiam vulgata lectio quo defendatur; de certo quodam homine loqui puta, cuicunque haec verba tribuit poeta: *etenim cum nihil ille agat, nisi quod ipse velit, male de veritate judicat.* Ceterum alii libri Euripidi hunc locum tribuunt, cujus inter fragm. relatus est p. 482.

Stobaeus Serm. XLVII. p. 341. Gesn. XLIX. p. 187. Grot.:

Ὦ τρισάθλιοι,
τί πλέον ἔχουσι τῶν ἄλλων; βίον
ὡς οἰκτρὸν ἐξαντλοῦσιν οἱ τὰ φρούρια
τηροῦντες, οἱ τὰς ἀκροπόλεις κεκτημένοι,
εἰ πάντας ὑπονοοῦσιν οὕτω ῥαδίως
ἐγχειρίδιον ἔχοντας αὐτοῖς προσιέναι·
οἵαν δίκην διδόασιν.

De Vs. 2. Bentl. p. 17. duas proposuit conjecturas: τί δῆτα πλέον; aut: τί πλέον ἔχουσι δημοτῶν ἄλλων, quod placet. Ἄλλος ex noto illo usu, quem illustravit praeter alios Boeckh. ad Plat. de Legg. p. 146.; nec aliter jam Home-

rus. Δημοτης autem *civis*, *unus e multis*, quo sensu ex Atticis unum Xenophontem hanc vocem posuisse auctor est Zonaras Lex. I. p. 494., sed posuit etiam Eurip. Ion. 627. δημότης δ' ἂν εὐτυχὴς Ζῇν ἂν θέλοιμι μᾶλλον ἢ τύραννος ὤν, qui locus imprimis huc facit. Non omittenda tamen Jacobsii ratio, quamvis justo audacior:

Ὦ τριςάθλιοι, βίον
ὡς οἰκτρὸν ἐξαντλοῦσιν —

verbis τί πλέον ἔχουσι τ. ἄλλων prorsus rejectis. Non intelligo unde irrepserint. De Stephani conatu Com. Gr. p. 175. taceo. — Versu 5. Porson. Adv. p. 292. οὕτοι pro οὕτω. Ad sententiam loci Clericus laudat Senec. de Clem. I. 29.; meliora dedit Wesseling. ad Diod. Sic. II. p. 324.

Praeterea haec afferuntur e Menandri Aspide. Constant. Porphyr. de Admin. Imp. XXIII. p. 54. Ἑλληνὶς οὐκ Ἰβηρίς, Μένανδρος Ἀσπίδι. — Erotian. Gloss. Hippocr. p. 144. ἔμυξεν, ἐστέναξεν. Μένανδρος ἐν Ἀσπίδι. — Pollux X, 137. κανδύταλις, οὗ μέμνηται Μένανδρος ἐν Ἀσπίδι.

ΑΥΤΟΝ ΠΕΝΘΩΝ.

Harpocrat. p. 165. καὶ παρ' ἄλλοις ἐπὶ ταύτης τῆς ἐννοίας τὸ στεφανοῦν (pro τιμᾶν), ὡς παρὰ Θεοπόμπῳ καὶ Μενάνδρῳ ἐν Αὐτοπενθοῦντι. Corr. Αὐτὸν πενθοῦντι. Fallitur Vales. in notas Mauss. p. 132. De hoc usu verbi στεφανοῦν dixere Hemst. ad Plut. p. 265. et Wessel. ad Diod. Sic. I. p. 684. — Ex eadem fabula locum servavit Stob. XCI. p. 506. Gesn. XCIII. p. 328. Grot.

Τυφλὸν ὁ πλοῦτος, καὶ τυφλοὺς
τοὺς ἐμβλέποντας εἰς ἑαυτὸν δεικνύει.

Ita Bentl. p. 18. pro τυφλοὺς ἐμβλέποντες εἰς αὐτόν. Articulum addidit etiam Steph. Proleg. ad Com. Gr. p. 25., in ceteris non audiendus.

ΑΦΡΟΔΙΣΙΑ.

Ita recte vocatur haec fabula in Stobaei libris Serm. LXII. p. 396. Gesn. LXIV. p. 261. Grot.:

Ἀλλ' ὅταν ἐρῶντα νοῦν ἔχειν τις ἀξιοῖ,

παρὰ τίνι τἀνόητον οὗτος ὄψεται;
μόνον ἔστ' ἀπαρηγόρητον ἀνθρώποις ἔρως.

Vulgatur *τἀνόνητον*. Correxit Grotius, qui tertium versum a reliquis separavit. Brunckius Poes. Eth. p, 193. e cod. suo *τἀνόητά γ'* enotavit. Jacobs. Not. Mscr. „*ἀπαρηγό-* „*ρητον*, *res quae consilio non potest regi.* *Ἔρως ἀπαρηγόρητος ἀρχῇ* Plutarch. Vit. Ant. p. 1682. *ἀπαρηγόρητός* „*ἐστιν ὁ τοῦ θανάτου φόβος*, Ibid. p. 2029." — *Ἀφροδίσιον*, numero singulari, minus recte legitur apud Suidam s. v. *ἀναθέσθαι, τὸ μεταθέσθαι, ἀπὸ τῶν πεττευόντων καὶ τὰς κεκινημένας ἤδη ψήφους διορθούντων.* — *Μένανδρος ἐν Ἀφροδισίῳ·*

Ἐκφυγοῦσα δ' ἣν εἶχεν νόσον
οὐκ ἔσχε τοὺς ῥηθέντας ἀναθέσθαι λόγους.

Quem locum in Exc. retulit Grot. p. 713. Jacobsius Not. Mscr. „de puella videtur agi, quae in morbi delirio di- „cenda tacenda locuta, dicta postea revocare non posset." Hanc verbi *ἀναθέσθαι* potestatem multi illustrarunt. Sufficiat laudasse Salmas. ad Solin. p. 767. B. Gataker. Misc. Posth. p. 741. Valcken. ad Hippol. p. 242. b. Boeckhius ad Pindari Olymp. VII, 61.

Idem Suidas v. *ἀλήθεια. καὶ ἀληθείας πληθυντικῶς λέγουσι. Μένανδρος Ἀφροδισίῳ·*

Εἰ τὰς ἀληθείας ἁπλῶς τίς σοι λέγοι.

Eadem fere Lex. Seguer. I. p. 376. Pluralem habes etiam in alio Menandri fragm. ap. Schol. Eurip. Hippol. 332. Adde Philem. ap. Rutgersium V. Lect. IV. p. 382. et Pseudo-Sophocl. ap. Clem. Alex. p. 717. *Ἁπλῶς, simpliciter, nullis usus verborum lenociniis.* Euripides Phoen. 479. *ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ*, qui versus legitur etiam ap. Sext. Emp. p. 380. et Schol. Plat. Ruhnk. p. 190. Eundem respiciunt Pisides ap. Suid. III. p. 590. *ἁπλοῖ δὲ πάντες τῆς ἀληθείας λόγοι*, et Seneca Epist. L. p. 141. *nam, ut ille ait Tragicus, veritatis oratio simplex est.* Euripides autem Aeschylum imitatus videtur ap. Stob. Serm. XI. p. 77. *ἁπλᾶ γάρ ἐστι τῆς ἀληθείας ἔπη.*

De Aphrodisiorum festo, unde nomen traxit fabula, Clericus laudat Meurs. in Graec. Fer. s. h. v. Theopompus *ἐν Ἀφροδισίοις* laudatur a Schol. Arist. Plut. 179. unde male Fabricius Bibl. Gr. titulum fabulae fecit *Ἀφροδίσιοι.*

ΒΟΙΩ-

ΒΟΙΩΤΙΑ.

Boeotiam praeter Menandrum et Theophilum ap. Athen. XI. p. 572. d. scripsit etiam Antiphanes ibid. IX. p. 367. a., ubi leg. καλέσας. Ex Antiphanis fabula Attilii, sive, ut Varroni ap. Gellium III, 3. placuit, Plauti Boeotiam expressam esse statuit Scaliger ad Varron. de L. L. V. p. 155. Bip. Fortasse recte; quamquam eodem jure Menandrum latino poetae praeivisse dicas. Sed hoc utcunque est, certe ex graeco latinam exemplo ductam fuisse docet elegantissimus locus in Lips. Plauti edit. receptus p. 477., ubi quam Salmasius de solariorum multitudine difficultatem movit, nulla erit, si fabulam illam non togatam sed palliatam fuisse memineris.

Fragmenta fabulae Menandreae haec sunt. Apud Stob. Serm. XL. p. 236. Gesn. XLII. p. 161. Grot.:

Οὐ δεῖ διαβολῆς καταφρονεῖν, οὐδ᾽ ἂν σφόδρ᾽ ᾖ
ψευδής· ἐπίσταντ᾽ αὐξάνειν αὐτὴν τινες,
δι᾽ οὓς φυλάττεσθαι τὰ τοιαῦτ᾽ ὀρθῶς ἔχει.

Recepit H. Stephanus Com. Gr. p. 151. opportune laudans Isocr. ad Demon. p. 4.

Ibid. CVI. p. 568. 14. Gesn. CVIII. p. 455. Grot.:

Πολλὰ δύσκολα
εὕροις ἂν ἐν τοῖς πᾶσιν, ἀλλ᾽ εἰ πλείονα
τὰ συμφέροντ᾽ ἔνεστι, τοῦτο δεῖ σκοπεῖν.

Versu sec. legebatur ἐν τοῖς πᾶσιν εὕροις ἄν. Exhibui cod. lectionem apud Brunck. ad Aristoph. Eccl. 82. Male Grotius et Bentlejus, quem vide p. 18.

Ibid. Serm. LXXXIX. p. 500. XCI. p. 369. Grot.:

Πλοῦτος δὲ πολλῶν ἐπικάλυμμ᾽ ἐστὶν κακῶν.

Idem versus legitur in Excerptis Antonii Mel. p. 222. Gesn. ubi vitiose editur: πολλῶν ἐπικάλυμμά ἐστιν ὁ πλοῦτος.

Apud Erotian. Gloss. Hipp. p. 178. ἡμιεκτέα, τὸ ἥμισυ τοῦ ἑκτέου (leg. ἑκτέως)· ἑκτεὺς δὲ λέγεται Ἀττικὸν μέτρον, ἔχον χοίνικας ὀκτώ, ὥς φησι Μένανδρος ἐν Βοιωτίᾳ·

Οὐκ ἔστιν ἑκτεὺς τοῦτο, μὰ τὸν Ἀσκληπιόν.

Ante Bentl. τουτί legebatur. Eandem corruptelam tolle e Posidippi loco ap. Athen. p. 377. b. Contrarium vitium in Epicrate ap. Athen. p. 59. f. tum alios, tum Erfurdtium Observ. crit. in Ath. p. 439. adeo fefellit, ut audacissimas periclitaretur conjecturas. Lege:

A. τὸ γὰρ ἐν λέσχαις ταῖσδε τοιαυτὶ
ποιεῖν ἀπρεπές·
B. οὐδ' ἐμέλησεν τοῖς μειρακίοις —.

Brevis syllaba in ἀπρεπές post Seidleri de hac re disputationem neminem morabitur.

Denique ap. Photium: περίνησα, περιβόλαια περιφερῆ καὶ νησοειδῆ, ὅμοια ταῖς ὑπὸ Ῥωμαίων καλουμέναις χλαίναις (fort. λαίναις)· Μένανδρος Βοιωτίᾳ·

Πεντεκτένους μὲν καὶ περίνησα πορφυρᾶ.

Apogr. Dresd. πεντεκτέναι, Oxon. πεντεκτεναί, unde Bentl. p. 19. πεντεκτενῆ correxit. Recte; quamquam de forma ipsa πεντέκτενος dubitare nos non sinit Suid. s. h. v. et Antiphanes ap. Polluc. VII, 52. περίνησα καὶ περίλευκα καὶ πεντέκτενα. Ad sensum vocis Jacobsius in Nott. Mscr. laudat Hesychium s. h. v. et Salmas. ad Script. Hist. Aug. T. I. p. 980. πορφυρᾶ dedit Photius Hermanni, Oxon. apogr. πορφύρα, quod tenuit Bentlejus.

ΓΕΩΡΓΟΣ.

„Nunc *Γεωργός* nunc *Γοργίας* vocatur hoc Menandri „drama, sive utroque nomine re vera vocatum sit, sive „errore librariorum, qui Gorgiam vocarint ἀντὶ τοῦ Γεωρ„γοῦ, quod fuerit verum nomen, sive duplex fuerit fabula." *Clericus.* Georgus unice vera est fabulae inscriptio. Gorgias bis vocatur in margine Stobaei Serm. V. p. 35. et XCVI. p. 384., errore, ut suspicor, Grotii; nam Gesnerus utroque loco: *Menander Georgo.* Obiter hujus fabulae meminit Quint. XI, 3. *cum mihi comoedi quoque pessime facere videantur, qui, etiamsi juvenem agant, cum tamen in expositione aut senis sermo, ut in Hydriae prologo, aut mulieris, ut in Georgo, incidit, tremula vel effeminata voce pronuntiant.* Respicit etiam, monente Toupio ad Suid. p. 346., Fronto Anal. Br. II. p. 346.

Τὴν ἀκμὴν Θησαυρὸν ἔχειν, κωμῳδέ, νομίζεις,
οὐκ εἰδὼς αὐτὴν Φάσματος ὀξυτέρην.
ποιήσει σ' ὁ χρόνος Μισούμενον, εἶτα Γεωργόν,
καὶ τότε μαστεύσεις τὴν Περικειρομένην.

Vide ad h. l. Jacobsium. Quod cum *Περικειρομένη* conjungitur *Γεωργός*, facit ut ex eo fabularum genere Georgum fuisse putem, in quibus quid amantium ζηλοτυπία efficere posset doceretur. Quodsi primarias fabulae partes Gorgiae

tributas fuisse poenas, egregie nostram sententiam Luciani loco confirmatam reperies, Dial. Meretr. VIII. p. 299., ubi Ampelis Chrysidi de amatoris injuria questae, *φιλήματα*, inquit, *καὶ δάκρυα καὶ ὅρκοι, καὶ τὸ πολλάκις ἥκειν ἀρχομένου ἔρωτος σημεῖον καὶ φυομένου ἔτι· τὸ δὲ πῦρ ὅλον ἐκ τῆς ζηλοτυπίας ἐστίν, ὥστε εἰ καί, σέ, ὡς φῄς, ὁ Γοργίας ῥαπίζει, καὶ ζηλοτυπεῖ, χρηστὰ ἔλπιζε, καὶ εὔχου ἀεὶ τὰ αὐτὰ ποιεῖν.* Istorum dialogorum auctorem non solum argumenta Menandrearum fabularum passim expressisse, sed eadem, quibus poeta usus fuerat, nomina assumpsisse, aliquoties observabimus.

Sed ponam ipsa fabulae fragmenta. Apud Stobaeum Serm. CIII. p. 560. Gesn. CV. p. 436. Grot.:

Ὁ δ' ἠδικηκὼς ὅστις ἔσθ' οὗτός ποτε
τὴν ὑμετέραν πενίαν, κακοδαίμων ἔσθ', ὅτι
τοῦτ' ἠδίκηκεν, οὗ τυχὸν μεταλήψεται·
εἰ καὶ σφόδρ' εὐπορεῖ γάρ, ἀβεβαίως τρυφᾷ.
τὸ τῆς τύχης γὰρ ῥῶμα μεταπίπτει ταχύ.

Postremus versus legitur etiam apud Etym. M. p. 685. 38. *ὅθεν Μένανδρός φησιν· τὸ τῆς τύχης γὰρ κ. τ. λ.* Eundem in Schol. Soph. Oed. T. 1191. latere monuit Porson. ad Eurip. Med. p. 404. Lips.

Ibid. Serm. XCII. p. 515. Gesn. XCVI. p. 384. Grot.:

Εὐκαταφρόνητόν ἐστι, Γοργία, πένης,
κἂν πάνυ λέγῃ δίκαια· τούτου γὰρ λέγειν
ἕνεκα μόνου νομίζεθ' οὗτος τοῦ λαβεῖν,
καὶ συκοφάντης εὐθὺς ὁ τὸ τριβώνιον
ἔχων καλεῖται, κἂν ἀδικούμενος τύχῃ.

Ad primum vs. compares senarium inc. poetae apud Athen. p. 458. b. *εὐκαταφρόνητόν ἐστι πενία, Δερκύλε.* Lucian. Tim. I. p. 145. *εὐκαταφρόνητον ἡ πενία.* Liban. III. p. 147. C. *πενίας εὐκαταφρόνητον σχῆμα.* Versu 2. Heringa Observ. crit. p. 242. *τοῦτο γὰρ λέγειν*, quod quo referendum putarit, non perspicio, nisi forte *ταῦτα* voluit. Ordo verborum hic est: *τούτου γὰρ μόνου τοῦ λαβεῖν ἕνεκα νομίζεται* etc. Si quid mutandum, malim *τούτου γὰρ μόνου Ἕνεκα λέγειν κτλ.*

Ex eadem fabulae parte petitus videtur hic locus apud Stob. Serm. V. p. 63. sive ap. Brunck. P. E. p. 192.:

Οὗτος κράτιστός ἐστ' ἀνήρ, ὦ Γοργία,
ὅστις ἀδικεῖσθαι πλεῖστ' ἐπίσταται βροτῶν.

ubi *ἀδικεῖσθαι injurias ferre* recte interpretatur Stephanus

Com. Gr. p. 192. cujus notatis adde Philostr. Vit. Apoll. VII, 19. et Wyttenb. ad Plutarch. p. 190. A.

Ipsius Γεωργοῦ, a quo nomen traxit fabula, verba esse videntur quae idem servavit Stobaeus Serm. LV. p. 371. Gesn. LVII. p. 219. Grot.:

Ἀγρὸν εὐσεβέστερον γεωργεῖν οὐδένα
οἶμαι. φέρει γὰρ ὅσα θεοῖς ἄνθη καλά,
κιττόν, δάφνην· κριθάς τ' ἐὰν σπείρω, πάνυ
δίκαιος ὢν ἀπέδωχ' ὅσας ἂν καταβάλω.

Ad primum versum convenit fere Terentii illud: *agrum in his regionibus Meliorem neque preti majorem nemo habet*, Heautont. I, 1, 12. — Vs. 2. male Grotius ὡς θεοῖς. Recte vulgatum tuetur Bentl. p. 19. Minus placet Zedelii ratio (Magazin für Schullehrer II. p. 359.): φέρει γὰρ ὅσα θεοῖς ἄνθη καλά! *fert enim diis quot pulchros flores!* Colorem hinc duxit Alciphro Epist. III, 16. ἔφερες ἂν τοῖς θεοῖς κιττὸν καὶ δάφνας, καὶ ἄνθη ὅσα σύγκαιρα, ubi v. Berglerum. — Vs. 3. Grotius recte, ut equidem opinor, scripsit κριθὰς δ' ἐὰν σπείρω. — Vs. 4. vulgo sic legitur: δικαίως ἀπέδωχ' ὅσα ἂν καταβάλω. Mitto Grotii, Bentleji, Toupii Epist. crit. p. 35., aliorumque conjecturas. Genuinam lectionem praeter Porson. App. ad Toup. p. 435. restituit Zedelius, nisi quod is male scripsit ὅσ' ἂν προκαταβάλω. Ipse aliquando conjeceram δίκαιος ἀποδέδωχ' ὅσας. Ad hunc Menandri locum respexit Pollux I, 227. Μένανδρος δίκαιον γήδιον καλεῖ ὃ μηδὲν πλέον τοῦ σπέρματος ἐκφέρει. Venustissimus hanc in rem Xenoph. locus Cyrop. VIII, 3, 15. μικρὸν γήδιον, οὐ μέντοι πονηρόν γε, ἀλλὰ πάντων δικαιότατον· ὅ,τι γὰρ ἂν λάβοι σπέρμα καλῶς καὶ δικαίως ἀπεδίδου αὐτό τε καὶ τόκον οὐδέν τι πολύν· ἤδη δέ ποτε ὑπὸ γενναιότητος καὶ διπλάσια ἀπέδωκεν, ὧν ἔλαβεν. Eundem Menandri locum ante oculos habuit Quintil. XII, 10. *quos ego existimo, si quod in his finibus* (Atticam dicit) *uberius invenerint solum, fertilioremve segetem, negaturos Atticam esse, quod plus quam acceperit seminis reddat, quia hanc ejus terrae fidem Menander eludit.* De Attici soli sterilitate passim admonuerunt viri docti, ut Valcken. ad Hesiod. p. 326. et quos laudat Abr. Willet ad Galeni Protr. VIII. p. 92.; hordeo tamen Atticam abundasse testatur Theophr. Plant. VIII, 8. cll. Arist. Pac. 1322.

Apud Schol. Hermog. T. II. p. 404. 36. Ald.:

Ἐμβεβρόντησαι γελοῖον, ὃς κόρης ἐλευθέρας

εἰς ἔρωθ' ἥκειν σιωπᾷς καὶ μάτην ποιουμένου;
περιορᾷς γάμους σεαυτῷ.

Versuum modulos restituit Grotius Excerpt. p. 713. qui ap. Schol. Herm. haec confuse extare monet; quod quale sit, quum rarissimo libro uti mihi non liceat, judicare nequeo. See. versu non male Heringa Obs. crit. p. 243. πονούμενος scripsit; πονεῖσθαι et ποιεῖσθαι passim confundi exemplis docuit Wessel. ad Itiner. Hieros. p. 577. In Philostrato tamen Vit. Apoll. VIII. p. 372. ἱερὰ Τυανάδε βασιλείοις ἐκπεποιημένα cave postremam vocem cum Wesselingio in vitii suspicionem voces. Sic enim solet Philostratus, ut Vit. Apoll. IV, 7. p. 145. ὃ ἐν Ὀλυμπίᾳ τῷ Φειδίᾳ ἐκπεποίηται, item IV, 42. p. 182. et Vit. Soph. I, 25. p. 531. Hinc in Apoll. Vit. I, 5. p. 6. ἐκπεπόνηται in ἐκπεποίηται mutandum esse vix neges.

Senis partes hac in fabula fuisse intelligitur ex Etymol. M. p. 206, 57. Μένανδρος ἐν τῷ Γεωργῷ· βουβὼν ἐπήρθη τῷ γέροντι, quae omisso Menandri nomine habet etiam Suidas s. v. βουβών. Auctius hoc fragm. legitur apud Zonar. Lex. p. 1030. θέρμη καὶ θέρμα. — Μένανδρος·

Βουβὼν ἐπήρθη τῷ γέροντι, θέρμα τε
ἐπέλαβεν αὐτόν.

Ad quem locum, ut Phavorinum s. v. θέρμη omittam, respexit Phrynichus Ecl. Att. p. 331. ubi v. Lobeckium, et Aelianus Epist. II. p. 417. ἐπέκοψε τὸ σκέλος πάνυ χρηστῶς, καὶ θέρμη τε ἐπέλαβεν αὐτὸν καὶ βουβὼν ἐπήρθη, quo loco usi sunt Toup. Cur. Nov. p. 183. et Ruhnk. ad Tim. p. 139. Adde Choricium ap. Villois. Anecd. Gr. II. p. 24. κατὰ μέσον τῆς πορείας αὐτῷ βουβῶνος ἐπαρθέντος ἐξαίφνης.

Denique nostram fab. commemorant Choeroboscus apud Bekker. Anecd. Gr. III. p. 1380. ἔχομεν τὴν χρῆσιν τοῦ ἦν ἐγὼ παρὰ Ἀριστοφάνει — καὶ παρὰ Μενάνδρῳ ἐν τῷ Γεωργῷ· Ἦν δ' οὐ πονηρὸς οὐδ' ἐδόκουν: cfr. Buttmanni Gramm. Gr. Vol. I. p. 552.; — et Schol. Arist. Plut. 652. ὅτι ἐπὶ κακῷ ἔλεγον οἱ Ἀθηναῖοι τὰ πράγματα, ἰδοὺ διεσάφησεν· καὶ Μένανδρος δὲ ἐν Γεωργῷ· ἐν πράγμασιν ἐν μάχαις. Eadem, omisso fab. titulo, legas ap. Suid. III. p. 166.; πράγματα καὶ μάχας conjunxit etiam Arist. Pac. 293., nec quidquam hoc usu frequentius; sufficit unum laudasse Gregor. Naz. Epist. ad Nect. IV. p. 317. ἄνευ πολέμου καὶ πραγμάτων καθήμεθα, σιώπης ἀκίνδυνον γέρας τιμήσαντες, quia postrema verba e lyrico poeta duxit, quem expressit Ho-

rat. Carm. III, 2, 25. *est et fideli tuta silentio merces.* Cfr. Gaisford. ad Poet. Minor. II. p. 400.

Aliud fragmentum, probabili conjectura a Toupio ad Menandri Georgum relatum, servavit Plutarch. de Curios. p. 519. A. ὁ μὲν γὰρ ἀληθινὸς ἐκεῖνος γεωργὸς οὐδὲ τὸν αὐτομάτως ἐρχόμενον ἐκ πόλεως προσδέχεται, λέγων·

Εἶτά μοι σκάπτων ἐρεῖ
ἐφ' οἷς γεγόνασιν αἱ διαλύσεις· ταῦτα γὰρ
πολυπραγμονῶν· νῦν ὁ κατάρατος περιπατεῖ.

Ita Toup. Ep. crit. p. 35. ed. Lips. pro νῦν πολυπρ., sed idem male primo versu σκάπτοντ' ἐρεῖ. Recte Jacobsius Nott. Mscr. „Herum puta servi reditum exspectare. Jam, „ait, ille carnifex circumvagatur de pacis conditionibus „aliisque hujus generis rebus satagens. At cum redierit, „agrum illi fodiendum committam, et tum mihi illa nar„rabit. i. e. gravioribus illum laboribus onerans efficiam ut „a talibus nugis abstineat." Cfr. Porson. ad Eurip. Med. p. 404. ed. Lips.

ΓΛΥΚΕΡΑ.

Priscianus Lib. XVII. p. 1192. *Attici* ὀμοῦμαί σοι τοὺς θεούς. — *Menander* Γλυκέρᾳ·

Τί κλάεις; ὀμνύω σοι τὸν Δία
τὸν Ὀλύμπιον καὶ τὴν Ἀθηνᾶν, φιλτάτη,
ὀμωμοκὼς καὶ πρότερον ἤδη πολλάκις.

Ita recte haec verba digessit Bentl. p. 20. Eadem ratio placuit Meursio Bibl. Att. p. 1549. d. et Toupio Add. ad Theocr. II. p. 402. Wart. Male Casaub. ad Theophr. Char. XIII. p. 156. Locum imitando expressit Alciphro Epist. II, 3. ἐγὼ μὰ τὰς Ἐλευσινίας θεάς, μὰ τὰ μυστήρια αὐτῶν, ἃ σοι καὶ ἐναντίον ὤμοσα πολλάκις, Γλυκέρα, μόνος μόνῃ. Primo versu κλάεις ex Aldina recepi, pro quo κλαίεις dedit Putschius, qui verba τὸν Ὀλύμπιον, ab Aldo omissa, e Cod. videtur adjecisse. Illud vero minime silentio praetereundum, Glycerae nomen in Aldina Prisciani editione non tanquam fabulae titulum adscriptum, sed cum ipsis poetae verbis conjunctum legi:

Γλυκέρα, τί κλάεις; ὀμνύω σοι τὸν Δία —

Qua de causa dubitare licet, non modo an recte hic locus ad Glyceram relatus sit, verum etiam an omnino Me-

nander fabulam hoc nomine inscriptam docuerit. Cui quidem sententiae frustra quis opponat Alciphronis testimonium Epist. II, 4. ubi Glycera Menandro in Aegyptum profecturo haec scribit: *πάντως δέομαι, Μένανδρε, κἀκεῖνο παρασκευάσασθαι τὸ δρᾶμα, ἐν ᾧ με γέγραφας, ἵνα, κἂν μὴ παραγένωμαι σὺν σοί, δι' ἄλλου πλεύσω πρὸς Πτολεμαῖον*, ex quo loco apparet, sane, fuisse Menandri fabulam, in qua poeta amores suos et delicias celebraverit; neque tamen hoc inde efficitur, ut hanc fabulam ipso Glycerae nomine inscriptam fuisse statuamus. Accedit quod Athenaeus Lib. XIII. p. 567. c., ubi Menandri dramata meretricum nomine insignita recenset, Thaidem et Phanium commemorat, de Glycera ne verbum quidem adjiciens. Ex quo silentio tanto certius sententiae nostrae argumentum duci posse existimo, quo magis ex alio Athenaei loco XIII. p. 594. d., hunc Menandri et Glycerae amores satis cognitos habuisse constat. Itaque nisi gravior aliunde auctoritas accedat, Glyceram Menandri fabulis adnumerare non ausim. Ceterum de Menandri et Glycerae amoribus constat vel ex Alciphronis Epist. II, 3. et 4., quarum alteram Menandro, alteram Glycerae affinxit sophista unus omnium ingeniosissimus. Conf. Martialis Epigr. XIV, 187. et Athen. XIII. p. 585. c. Ad eam Menandri fabulam, in qua Glycerae suae ingenium et mores celebraverat, respexisse videtur Philostratus Epist. LXVIII. p. 947. ubi postquam docuit, quid meretrici, quae quidem hoc nomine digna videri vellet, agendum esset, *ταῦτα*, inquit, *καὶ Τιμαγόρα καὶ Λαῒς καὶ Ἀρισταγόρα καὶ τὸ Μενάνδρου Γλυκέριον ἐποίησαν.*

ΔΑΚΤΥΛΙΟΣ.

Ex hac fabula Casaub. ad Athen. VI. p. 247. f. et Scaliger Conj. in Varron. VI. p. 230. Plauti *Condalium* expressam fuisse statuunt, quod neque negare neque affirmare ausim. Non minori jure etiam Pomponium *Annulum* suam a Nonio laudatam ad Menandri imitationem composuisse suspiceris. Fragmenta haec sunt:

Ammonius p. 217. *παιδίσκη καὶ παῖς διαφέρει· παιδίσκη μὲν γὰρ ἡ ἐλευθέρα παρ' Ἀττικοῖς, παῖς δὲ ἡ δούλη. Μένανδρος ἐν Δακτυλίῳ·*

Ἐπὶ τοῦδ' αὖθις οὑτοσὶ κακοδαίμων ἔφη,
ὡς οὐκ ἂν ἐκδοίη θυγατέρ' ἂν ἄσμενος,
καὶ ταῦτα πεντήκοντα παιδίσκας ἔχων.

Primo versu Aldus exhibet αὔτις et ἔφυ pro αὖθις et ἔφη. Grotius Exc. p. 715. dedit ἐπεὶ δ' ἄνους οὕτως ὁ κακοδαίμων ἔφυ. Bentl. p. 20. ἐπὶ τοῦδε δ' αὖθ' οὕτως ὁ κ. ἔφη. Jacobsius Not. Ms. ἔπειτα δ' αὖ τίς ὧδε κακοδαίμων ἔφυ, et versu sec. ὃς οὐκ ἂν ἐκδοίη γε θυγατέρ' ἄσμενος. Vulgo editur ὃς οὐκ ἂν ἐνδείῃ θυγατέρας μένος. Ald. θυγατέρας μένος. Scaliger tentabat ὃς οὐκ ἂν ἐκδοίη θυγατέρ' ἄσμενος vel ἀσμένως. Eodem vitio Grotii conjectura laborat: ὡς οὐκ ἂν ἐκδοίη θυγατέρ' ἀσμένως. Bentl. θυγατέρας ἀσμένως. Exhibui Pauwii conjecturam, nisi quod ἄσμενος reliqui, pro quo ille ἀσμένως.

Apud Athen. VI. p. 247. f. καλεῖται οἰκόσιτος ὁ μὴ μισθοῦ ἀλλὰ προῖκα τῇ πόλει ὑπηρετῶν. Μένανδρος Δακτυλίῳ·

Οἰκόσιτον νυμφίον
οὐδὲν δεόμενον προικὸς ἐξευρήκαμεν.

Recepit Grot. Exc. p. 715. Vim vocis exposuit praeter alios Casaub. ad Theophr. Char. XXII. p. 216. Cfr. Anaxilas apud Polluc. II, 2. qui scripsit: Ἡμεῖς δέ γε κτενίζομεν Τελέσιππον οἰκόσιτον.

Suidas s. v. ὑπηνέμια. Πλάτων δὲ ὁ φιλόσοφος ἐν Θεαιτήτῳ [p. 118. c. et 122. b.] ἀνεμιαῖα, καὶ Μένανδρος Δακτυλίῳ· ἀνεμιαῖον ἐγένετο· τὰ δίχα σπέρματος ἄῤῥενος. Eadem Photius Lex. p. 458. nisi quod ἐγίνετο habet pro ἐγένετο, et postrema verba τὰ δίχα etc., quae Grotius paullulum immutata male cum Menandreis conjunxit, prorsus omittit. De ovis ἀνεμιαίοις Jacobs. Nott. Mscr. laudat Schol. Arist. Av. 696. Schol. Luciani Sacrif. §. 6. Intpp. Thom. Mag. p. 68. Piers. ad Moer. p. 73. Quibus adde, si placet, Varron. de re rust. II, 1. et Plutarch. Quaest. Plat. p. 1000. c. Admonent me haec loci Sophoclei ex Oenomao apud Diogen. Laert. IV, 35.

λήθουσι γάρ τοι κἀνέμων διέξοδοι
θήλειαν ὄρνιν, πλὴν ὅταν τόκος παρῇ.

Quae quo sensu a Sophocle dici potuerint, non satis perspicitur. Scribendum:

πλήθουσι γάρ τοι κἀνέμων διέξοδοι —

ut recte legitur ap. Plut. Symp. VIII. p. 718. a. ubi idem locus, sed omisso auctoris nomine, affertur. Ac ne quis Suidae auctoritatem s. v. λήθειν opponat, meminerimus, hunc fragm. illud e Diogene petiisse, qui Sophoclea ita exhibuit, ut Arcesilaus ea parodiae lusu immutaverat.

Denique Harpocrat. s. v. αὐτολήκυθοι ἀντὶ τοῦ πένητας, μηδὲν ἄλλο κεκτημένους ἢ ληκύθους. — Τὸ ὄνομα

καὶ παρὰ Μενάνδρῳ ἔν τε Ἡνιόχῳ καὶ Δακτυλίῳ. Eadem Suidas s. h. v. Paulo aliter vocem explicat Lexicon Seguer. p. 204. Antiphanes ap. Polluc. X, 62.

ἀξυνακόλουθος, ξηρός, αὐτολήκυθος.

V. Intpp. Plauti Pers. I, 1, 44. et Colvium ad Apuleji Flor. II. p. 153. Apud Schol. Plat. Ruhnk. p. 137. τοὺς ἀπόρους ἀποληκύθους ἔλεγον, leg. αὐτοληκύθους. Eodem sensu μονολήκυθος dixit Posidippus apud Athen. p. 424. e.

ΔΑΡΔΑΝΟΣ.

Schol. Arist. Av. 1562. ἔστι δὲ καὶ παρὰ Μενάνδρῳ ἐν Δαρδάνῳ·

Καὶ λαιμὰ βακχεύει λαβὼν τὰ χρήματα.

Vulgatur λαῖμα: Bentl. p. 21. λαιμά, *proterve, insolenter*. Merito probant Brunck. ad Arist. l. l. et D'Orville Vann. crit. p. 553. Hesych. λαιφαί, ἀναιδεῖς, θρασεῖς, στυγναί, τολμηραί. Leg. λαιμαί.

Praeterea laudant hanc fab. Erotian. Lex. Hipp. 172. ἡδύσμασι, τοῖς χλωροῖς καὶ ξηροῖς ἀρτύμασιν (v. Porphyr. de Abst. III. p. 258. Foesii Oecon. Hippocr. p. 262. et Boissonade ad Philostr. Her. p. 306.)· ἀττικὴ δὲ ἡ λέξις, ὡς καὶ — Μένανδρος ἐν Δαρδάνῳ; — et Prisc. VI. p. 702. *Menander quoque in Dardano* Δρία *pro* Δρίαν (Vocat.), ubi quod vulgo editur *Dardanio* correxit jam Meurs. Bibl. Att. p. 1550. b. De alio hujus fabulae fragm. vide quae infra ad Xenologum dicentur.

ΔΕΙΣΙΔΑΙΜΩΝ.

Nobilissimae hujus fabulae, quam Caecilius apud Porphyrium Eusebii Praepar. Evang. X, 2. p. 273. totam ex Antiphanis Oeonista expressam fuisse testatur, meminit Alciphro Epist. II, 4, 50. πάντα μετέωρα νῦν ἐστι βουλόμενα ἰδεῖν Μένανδρον, καὶ ἀκοῦσαι Φιλαργύρων καὶ Δεισιδαιμόνων καὶ Ἀπίστων κ. τ. λ. — Schol. Platon. Ruhnk. p. 36. καὶ τυφλῷ δῆλον. — μέμνηται ταύτης καὶ Μένανδρος Δεισιδαίμονι, — et Photius Lex. p. 240. ὀλόλους, τοὺς δεισιδαίμονας

p. 347. τὸ μέντοι τῶν ἰχθύων ἀπέχεσθαι ἄχρι τῶν Μενάνδρου χρόνων τοῦ κωμικοῦ διέμεινε. λέγει γάρ·

Παράδειγμα τοὺς Σύρους λάβε·
ὅταν φάγωσ' ἰχθὺν ἐκεῖνοι, διά τινα
αὐτῶν ἀκρασίαν τοὺς πόδας καὶ γαστέρα
οἰδοῦσιν, ἔλαβον σακκίον, εἶτ' εἰς τὴν ὁδὸν
ἐκάθισαν αὐτοὺς ἐπὶ κόπρου, καὶ τὴν θεὸν
ἐξιλάσαντο τῷ ταπεινῶσαι σφόδρα.

Syros religione prohibitos a piscibus vulgo abstinuisse satis constat. Vid. Wesseling ad Diod. Sic. I. p. 116. et Bochart. Hieroz. I. p. 44. Tetigit etiam Xenophon. Anab. I, 4, 9. ubi verba οὐδὲ τὰς περιστεράς ab aliena manu accessisse suspicor. — Vs. 2. φάγωσ' ἰχθὺν scripsi, praeeunte Porsono ad Toup. Em. IV. p. 471., qui fallitur tamen, quum nunquam ultimam voc. ἰχθὺς syllabam corripi posse statuit. Certe eximendi Theocritus Id. XXI. 49. et Archestratus Athen. IV. p. 135. c. cll. Numenio ib. VII. p. 295. b. Vid. et Buttm. Gr. I. p. 174. — Vs. 3. vett. editt. et cod. Meerm. ap. Rhoerium τοὺς πόδας καὶ τὴν γαστέρα, unde Lipsius τὼ πόδε κ. τ. γ. scripsit. Ad sententiam compares Martialis illud IV, 43. *juro per Syrios tibi tumores.* Vid. Casaubon. ad Pers. Sat. V. p. 470. — Vs. 4. Rhoerius edidit: οἰδοῦσιν, εἶτα σακκίον ἔλαβον, εἴς θ' ὁδὸν — quod reperio etiam ap. Grot. Exc. p. 753. et Clericum, nisi quod hic οἰδοῦσιν, ἔπειτα exhibuit. Heringa Observ. p. 243. οἰδοῦσιν, εἶτα σάκκον ἔλαβον, melius facturus, si σακίον scripsisset, quam formam agnoscit Pollux X, 152.; σάκος, si lectio sana, bis usurpavit Aristophanes; vide Brunck. III. p. 250. cll. Phot. Lex. p. 368. et intpp. Herodoti IV. p. 291. In Menandri loco σάκκον etiam Lipsio placuit: οἰδοῦντες ἔλαβον σάκκον, εἶτ' εἰς τὴν ὁδόν. Vett. editt. et cod. Meerm. οἰδοῦσιν, εἶτ' ἔλαβον σακκίον, εἶτ' εἰς τὴν ὁδόν, unde scribendum putavi, quod tacite exhibuit Scaliger ad Manil. p. 311. quamquam ne sic quidem locum persanatum judico. Ad sententiam egregie facit Plut. de Superst. p. 168. d. ἔξω κάθηται (ὁ δεισιδαίμων) σακκίον ἔχων, ἢ περιεζωσμένος ῥάκεσι ῥυπαροῖς κ. τ. λ. — Vs. 5. αὐτοὺς dedi e correctione Toupii ad Suid. p. 407. Lips. Male Heringa l. l. αὖθις. Vulgo αὐτοί, quod in αὐτίκα mutandum conjiciebam. — Vs. 6. τῷ ταπεινῶσαι. Ita recte Clericus. Vulgatum τοῦ ταπεινῶσαι σφόδρα Seldenus de diis Syris III. p. 271. et Scaliger ad Manil. p. 310. ita explicant, ut dea, quemadmodum immiserit membrorum tumorem ita eundem auferre et demittere dicatur. Mira sane interpretatio. Recte sensum perspexerunt Victo-

rius V. L. XII, 15. Reinesius V. L. II. p. 210. Grotius Excerpt. l. l. et Toup. l. l. Quod Heringa praeterea scribendum existimat, τῷ ταπεινοῦσθαι, id vereor ne non necessarium sit. — Ceterum non dubito, quin multa ex hac fabula Plutarchus in suum de Superstitione libellum derivaverit. His adnumerem quod legitur p. 166. B.:

Ὅ,τι προῖκα μόνον ἔδωκαν ἡμῖν οἱ θεοί,
τὸν ὕπνον, τί τοῦτο πολυτελὲς σαυτῷ ποιεῖς;

Quos versus Menandro tribuendos esse vidit etiam Wyttenbachius. Nec aliunde ducta videntur haec verba:

Ὅταν δὲ νυστάζοντά με λύπη λάβῃ,
ἀπόλλυμαι ὑπὸ τῶν ἐνυπνίων.

apud Plut. de Virt. et Vit. p. 100. F. Fort. leg. ὅταν δὲ με νυστάζοντα λύπη καταλάβῃ, Ἀπόλλυμ᾽ ὑπὸ τῶν ἐνυπνίων.

ΔΗΜΙΟΥΡΓΟΣ.

Tituli rationem haud scio an non satis recte interpretatus sit Schol. Arist. Equit. 647. δημιουργούς, inquit, ἐκάλουν καὶ τὰς νῦν καλουμένας παρανυμφίδας, τοῦτ᾽ ἔστι τὰς παρεστώσας τῇ νύμφῃ γυναῖκας, ὅθεν ἐστὶ καὶ Μενάνδρου Δημιοῦργός. Eadem fere Suidas habet I. p. 541. Rectius Pollux III. 41. δημιουργὸν vocari monet τὴν τὰ πέμματα μάττουσαν ἐν τοῖς γάμοις. V. Intpp. Hesychii s. h. v. Sed rem optime declarat Menandri locus apud Athen. IV. p. 172. c. ὅτι δέ ἐκεχώριστο τὰ τῆς ὑπουργίας, πεμμάτων μὲν προνοουσῶν τῶν δημιουργῶν, ὀψαρτυτικῆς δὲ τῶν μαγείρων, Ἀντιφάνης διεσάφησεν — καὶ Μένανδρος Δημιουργῷ·

α'. Τί τοῦτο, παῖ; διακονικῶς γάρ, νὴ Δία,
προελήλυθας. β'. Ναί· πλάττομεν γὰρ πέμματα,
τὴν νύκτα δ᾽ ἠγρυπνήκαμεν· καὶ νῦν ἔτι
ἀποίητα πάμπολλ᾽ ἐστὶν ἡμῖν. —

Quae sunt ipsius δημιουργοῦ verba, in nuptiali coena apparanda occupatae. Secundo versu Pierson. ad Moer. p. 302. προὐλήλυθας vel προσελήλυθας legendum praecipit. Vide tamen Antiphan. Stobaei Flor. 125. p. 511. Grot. et Xenoph. Memor. II, 9, 5. Nec magis Machonis verba tentaverim ap. Athen. p. 469. b. ubi Piersoni conjecturam ne metrum quidem admittit. Recepit locum Grot. Exc. p. 717.

Apud Stobaeum Serm. CI. p. 550. Gesn. CIII. p. 424. Grot., et apud Anton. Melissam CXL. p. 221. Gesn.:

Μακάριος ὅστις οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει,
χρῆται γὰρ οὗτος εἰς ἃ δεῖ ταύτῃ καλῶς.

Idem fragm. duobus senariis auctum e Menagyrta Menandri laudatur a Stobaeo XCII. p. 510. Gesn. XCIV. p. 381. Grot., cujus erroris origo quo clarius pateat, totum locum adscribam:

Μακάριος ὅστις οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει,
χρῆται γὰρ οὗτος εἰς ἃ δεῖ ταύτῃ καλῶς·
οὕτω μαθεῖν δεῖ πάντα, καὶ πλοῦτον φέρειν·
ἀσχημοσύνης γὰρ γίνετ' ἐνίοις αἴτιος.

Duo diversi loci fragm. in unum conflata esse, neminem, qui sententiam verborum paullo intentius consideraverit, fugiat. Qui error inde fluxit, quod librarius lemma: *Menander Menagyrte* tertio et quarto versui apponendum, primo et secundo adscripsit. Primum versum servavit etiam Plutarch. de aud. poet. p. 34. c. et in rem suam convertit Democritus qui vocatur in Galei Opusc. Mythol. p. 16. *μακάριος ὃς οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει, χρῆται γὰρ οὗτος εἰς ἃ δεῖ καλῶς.*

Praeterea laudatur haec fabula a Polluce X. 102. *Μένανδρος δ' ἐν Δημιουργῷ ληνὸν εἴρηκε τὴν κάρδοπον*, et Antiattic. p. 83. *βίος, ἐπὶ συνουσίας, Ἡρόδοτος, Μένανδρος Δημιουργῷ, Εὔπολις Αἰξίν, ὁ Ποιητὴς πολλάκις.* Pro *συνουσίας* leg. *περιουσίας.* Nisi malis *οὐσίας*, quae Alberti est conjectura ap. Wessel. Dissert. Herod. V. p. 44.

Δ Ι Δ Υ Μ Α Ι.

Diogenes Laert. VI, 95. *μέμνηται αὐτοῦ* (Cratetem dicit) *καὶ Μένανδρος ἐν Διδύμαις οὕτως·*

Συμπεριπατήσεις γὰρ τρίβων' ἔχουσ' ἐμοί,
ὥσπερ Κράτητι τῷ Κυνικῷ ποθ' ἡ γυνή.

Καὶ θυγατέρ' ἐξέδωκε μαθηταῖς αὐτοῦ, ἐκείνοις ἐπὶ πείρᾳ δοὺς τριάκονθ' ἡμέρας, ὡς αὐτὸς ἔφη. Postrema Diogenis verba esse videntur, nisi forte *ὡς ὁ αὐτὸς* scribendum censeas, ut illa quoque,

κείνοις ἐπὶ πείρᾳ δοὺς τριάκονθ' ἡμέρας,

Menandro tribuantur. Taceo ineptam Petiti conj. Obser-

vatt. II, 8. Neque Grotium probo, qui Excerpt. p. 717. locum hunc ita constituit:

> καὶ θυγατέρ' ἐξέδωκε κεῖνος, ὥς ἔφη
> αὐτός, ἐπὶ πεῖρᾳ δοὺς τριάκονθ' ἡμέρας.

Praeterea in Diogenis loco *Διδύμαις* legendum, ut recte monuit Meursius Bibl. Att. p. 1550. e. Sic enim vocatur haec fabula ab Harpocr. p. 119. *Μένανδρος ἐν Διδύμαις πρὸς ταῖς δώδεκα δραχμαῖς καὶ τριώβολον, φησι τούτους (τοὺς μετοίκους) τελεῖν.* ibid. p. 151. *ἐκωμῳδοῦντο οἱ Ποτάμιοι* (vid. Etymol. M. p. 288, 16. T. Hemst. ad Plut. p. 470.) *ὡς ῥᾳδίως δεχόμενοι τοὺς παρεγγράπτους, ὡς ἄλλοι τε δηλοῦσι καὶ Μένανδρος ἐν ταῖς Διδύμαις*, et ab Athen. IX. p. 373. d. *Μένανδρος Διδύμαις· Ὄρνεις φέρων ἐλήλυθα· καὶ ἑξῆς· Ὄρνιθας ἀποστέλλει.*

ΔΙΣ ΕΞΑΠΑΤΩΝ.

Clerico ad hanc fab. respexisse videtur Galenus de Nat. Fac. I. 17. Vol. V. p. 29. ubi de Erasistrateis et Asclepiadeis medicis: *ὁμοίως τοῖς ὑπὸ τοῦ βελτίστου Μενάνδρου κατὰ τὰς κωμῳδίας εἰσαγομένοις οἰκέταις, Δάοις τισὶ καὶ Γέταις, οὐδὲν ἡγουμένοις σφισὶ πεπρᾶχθαι γενναῖον, εἰ μὴ τρὶς ἐξαπατήσειαν τὸν δεσπότην κτλ.* Sed hic locus etiam ad alias Menandri fabulas spectare potuit. Fallacibus servis nihil in nova Comoedia frequentius. Egregius est Apuleji locus Flor. XVI. p. 22. quem expilavit Calphurnius ad Terentii Heautont. Prol. 37. Nec omittendus Ovidius A. A. III, 331.

> Nota sit et Sappho: quid enim lascivius illa?
> Cuive pater vafri luditur arte Getae.

ubi Menandrum intelligendum esse recte monuit Burm. ad Prop. IV, 5, 41. Idem Amor. I. 15.

> Dum fallax servus, durus pater, improba lena
> Vivent, dum meretrix blanda, Menandros erit.

Ad nostram fabulam respexit Martialis Epigr. XIV. 214. ubi de pueris comoedis:

> Non erit in turba quisquam *Μισούμενος* ista,
> Sed poterit quivis esse *Δὶς ἐξαπατῶν*.

ubi quod vulgo legitur *διεξάποθος* frustra explicare conatus est Turneb. Advers. IX, 24. Veram lectionem post Spanhem. in margine Excerpt. Grot. p. 717. et Clericum

ad Menandri Misumen. p. 126. indagavit Jacobs. ad Anthol. Gr. II. 3. p. 12.

Fulgentius Mythol. III, 1. p. 199. *Bellerophonta posuerunt, quasi βουληφοροῦντα — nam et Menander similiter in Disexapaton* (recte Meurs. Bibl. Att. p. 1550. B. *Disexapatonte*; fallitur Reines. V. L. III, 3.) *comoedia ita ait:*

Βουληφόρως
τὴν ἡμετέραν, ὦ Δημέα, προκατέλαβες
ὅρασιν,

id est: consiliarie nostram, Demea, praeoccupavisti visionem. Versuum reliquias ad Bentl. p. 22. mentem constitui.

Suidas I. p. 294. οὐ μόνον ἀπόστηθι λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ ἀπόστα. — Μένανδρος Δὶς ἐξαπατῶντι·

Ἐμοὶ παράστα, τὴν θύραν κόψας ἐγὼ
καλῶ τιν' αὐτῶν.

Eadem Lexic. Seguer. I. p. 436. sed male legitur ibi καλῶς τίν' αὐτόν.

Idem II. p. 1. ζακόρος, νεωκόρος. Μένανδρος Δὶς ἐξαπατῶντι·

Οὐ Μεγάβυζος ἦν
ὅστις γένοιτο ζακόρος.

Eadem Photius habet Lex. p. 41. De Megabyzo Clericus laudat Strab. XIV. p. 641. et Taubmann. ad Plauti Bacch. II, 3, 74. Meliora dederunt Perizon. ad Aelian. V. H. II, 2. et Hemst. ad Luc. I. p. 385. qui nec Menandri locum neglexit, sed male corrigit ὥς τις. V. Toup. Em. in Suid. p. 153. Lips. Senariorum reliquias ad Bentl. sententiam exhibui. Meursii ratio Bibl. Att. p. 1550. B. propter metrum probari non potest; ζακόρος primam corripit.

Plutarch. Cons. ad Apoll. p. 119. e. προσμαρτυρήσας τῷ καλῶς ὑπὸ Μενάνδρου ῥηθέντι τούτῳ·

Ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν ἀποθνήσκει νέος.

Idem versus, monente Clerico, legitur in Schol. min. ad Odyss. XV. 246. apud Eustath. Vol. III. p. 1781. 2. et Stobaeum Serm. CXXII. p. 493. Grot. cujus auctoritate ad Disexapatonta relatus est. Adde Clement. Alex. Strom. VI. p. 265. Sylb. Latine eum reddidit Plautus Bacch. IV, 7, 18. *quem di diligunt adolescens moritur,* quem locum primus comparavit Canterus V. L. I, 9.

ΔΥΣΚΟ-

ΔΥΣΚΟΛΟΣ.

Quale fuerit hujus fabulae argumentum, suspicari licet e Juliani verbis Misopog. p. 342. φύτω μὲν οὖν ἐγὼ ἐν Κελτοῖς, κατὰ τὸν τοῦ Μενάνδρου Δύσκολον, αὐτὸς ἐμαυτῷ πόνους προσετίθουν, et ibid. p. 349. c. πόλει γὰρ προσιὼν ἐλευθέρᾳ, τὸν αὐχμὸν τῶν τριχῶν οὐκ ἀνεχομένῃ, ὥσπερ οἱ κουρέων ἀποροῦντες, ἀκάθαρτος καὶ βαθυγένειος εἰσέδραμον. ἐνόμισας ἂν Σμικρίνην ὁρᾷν ἢ Θρασυλέοντα, δύσκολον πρεσβύτην ἢ στρατιώτην ἀνόητον. In his verba δύσκολον πρεσβύτην ad Σμικρίνην, illa vero στρατιώτην ἀνόητον ad Θρασυλέοντα referenda sunt; quare dubito an recte Jacobs. ad Anthol. Graec. III, 1. p. 61. particulam ἢ ante δύσκολον inserendam putarit. Quodsi recte sensum loci intelleximus, colligere licet, Smicrinen primas fabulae partes tenuisse. Rem conficit Alciphro Epist. III, 43. ἐν τούτῳ δ' ἱλαρότητος καὶ εὐφροσύνης διακειμένου τοῦ συμποσίου ἐπέστη ποθὲν Σμικρίνης ὁ δύστροπος καὶ δύσκολος, quae conjunxit etiam Demosthenes Philipp. II. p. 73. ἐγὼ μὲν ὕδωρ πίνων εἰκότως δύσκολος καὶ δύστροπός εἰμι ἄνθρωπος, quem locum expressit Philostrat. V. S. I, 18. p. 508. ubi de Demosthene: νενηφὼς τε ἐφαίνετο, καὶ βαρὺς τὴν ὀφρὺν καὶ ὕδωρ πίνων, ὅθεν δυσκόλοις τε καὶ δυστρόποις ἐπεγράφετο. Sic legendum videtur. Est autem δύσκολος *homo morosus et fastidiosus, cui nihil placet, nisi quod ipse facit, immo ne hoc quidem,* ut bene explicat Casaub. ad Athen. IV. p. 146. b. cll. Wessel. ad Diodor. Sic. I. p. 113. Ejusmodi igitur hominis ingenium et mores Menander hac fabula adumbraverat, id quod jam ante eum fecerat Mnesimachus ap. Athen. p. 359. c. Ad nostram fabulam respexit etiam Agathias in Brunckii Anal. III. p. 39.

Ἀλλ' ἔμπης τελέθει Μισούμενος, αὐτὰρ ἔγωγε
Δύσκολος, οὐχ ὁρόων τὴν Περικειρομένην,

qua de re admonuerunt Wesseling. Dissert. Herod. p. 160. Toup. Epist. crit. p. 160. Lips. et alii. Plauti Dyscolon commemorari a Nonio s. v. *nupta dicere* monuit Clericus.

Egregium ex hac fab. fragm. servavit Stob. XVI. p. 153. Gesn. Verba sunt filii ad patrem, ipsum fortasse Δύσκολον:

Περὶ χρημάτων λαλεῖς, ἀβεβαίου πράγματος·
εἰ μὲν γὰρ οἶσθα ταῦτα παραμενοῦντά σοι
ἅπαντα τὸν χρόνον, φύλαττε, μηδενὶ
ἄλλῳ μεταδιδούς, αὐτὸς ὢν δὲ κύριος.

εἰ δὲ μηδ' ἑαυτοῦ, τῆς Τύχης δὲ πάντ' ἔχεις,
τί ἂν φθονοίης, ὦ πάτερ, τούτων τινί;
αὐτὴ γὰρ ἄλλῳ τυχὸν ἀναξίῳ τινὶ
παρελομένη σου πάντα προσθήσει πάλιν.
Διόπερ ἐγώ σέ φημι δεῖν, ὅσον χρόνον
εἶ κύριος, χρῆσθαί σε γενναίως, πάτερ,
αὐτόν, ἐπικουρεῖν πᾶσιν, εὐπόρους ποιεῖν
οὓς ἂν δύνῃ πλείστους διὰ σαυτοῦ· τοῦτο γὰρ
ἀθάνατόν ἐστι, κἄν ποτε πταίσας τύχῃς,
ἐκεῖθεν ἔσται ταὐτὸ τοῦτό σοι πάλιν.
πολλῷ δὲ κρεῖττόν ἐστιν ἐμφανὴς φίλος
ἢ πλοῦτος ἀφανής, ὃν σὺ κατορύξας ἔχεις.

Vs. 3. Stobaeus πάντα. Conf. Bentl. p. 24. — Vs. 4. reliqui vitiosam Stob. lectionem. Gesn. in marg. εἰ δ' οὐδ' ἑαυτοῦ. Bentl. εἰ δ' οὐδὲν αὐτοῦ. Schowii codd. εἰ δ' οὐ σεαυτοῦ. Grot. εἰ μηδ' ἑαυτοῦ. Porson. Adv. p. 43. ἃ δὲ μὴ σεαυτοῦ. Praeferam Bentl. rationem. — Vs. 9. et 10. ἐγώ σε — χρῆσθαί σε. Adverte pronominis repetitionem. Prorsus ita Aristoph. in Lex. Segu. I. p. 1383. Xenoph. Oecon. X, 4. ubi nihil novandum, Eurip. Phoen. 500. ubi v. Valck. Neque aliter Latini, ut Cicero pro Lig. 12. Caesar B. G. 1, 35. Ovid. Metam. VIII. 128. Itaque facile caremus Porsoni conjectura χρῆσθαί γε. — Αὐτόν τ' ἐπικουρεῖν πᾶσι, κεὐπόρους ποιεῖν. Neque asyndeta oratio quidquam offensionis habet. — Vs. 12. οὓς ἂν recepi e Schow. cod. B. pro vulgato ὡς ἄν. Alexis Athen. p. 437. d. οὓς ἂν σοφωτάτους δύνωμαι. Tum pro σαυτοῦ idem cod. ταὐτοῦ. — Vs. 13. ἐστι a Grotio additum praebent codd. Schowii. — Vss. 15. et 16. recte cum ceteris conjunxit Schowius, incerto poetae tribuit Grotius.

Athen. IV. p. 146. e. Μένανδρος δ' ἐν Μέθῃ τοῦ μεγίστου δείπνου δαπάνημα τάλαντον τίθησι — καὶ ἐν Δυσκόλῳ δέ φησιν οὕτως·

Ὡς θύουσι δ' οἱ τοιχωρύχοι,
κοίτας φέροντες σταμνί' τ', οὐχὶ τῶν θεῶν
ἕνεκ', ἀλλ' ἑαυτῶν· ὁ λιβανωτὸς εὐσεβὲς
καὶ τὸ πόπανον· τοῦτ' ἔλαβεν ὁ θεὸς ἐπὶ τὸ πῦρ
ἅπαν ἐπιτεθέν· οἱ δὲ τὴν ὀσφὺν ἄκραν
καὶ τὴν χολήν, ὀστᾶ τ' ἄβρωτα τοῖς θεοῖς
ἐπιθέντες, αὐτοὶ τἄλλα καταπίνουσ' ἀεί.

Retulit haec Grot. in Exc. p. 719. qui primo versu temere dedit τυμβωρύχοι. Nec melius Vs. 2. κίστας scripsit pro κοίτας. V. Intpp. Hesych. II. p. 268. et Schweigh. ad h. l. Ibidem ante Brunck. legebatur σταμνί' οὐχί. — Vs. 3. ὁ λιβανωτὸς εὐσεβές. Porphyr. de Abst. II. p. 131. καὶ Μένανδρος ἐν Δυσκόλῳ·

Ὁ λιβανωτὸς εὐσεβὴς καὶ τὸ πόπανον
τοῦτ' ἔλαβεν ὁ θεὸς ἐπὶ τὸ πῦρ ἅπαν τεθέν.

ubi Menandrea, licet leviter corrupta, tamen ita proferuntur, ut Porphyrius eandem quam Athenaeus lectionem sequutus esse videatur. Moneo hoc propter Porson. Adv. p. 61. qui locum ita constituit: ταῦτ' ἔλαβεν ὁ θεὸς ἐπὶ τὸ πῦρ Ἅπαντ' ἐπιτεθένθ'. οἱ δὲ etc. ἅπαν enim esse pyrrhichium. Vulgatae lectionis sinceritatem satis adstruit auctor Regul. prosod. ap. Herm. de rat. em. Gr. Gr. p. 439. τὸ δὲ ἅπαν εὕρηται παρ' Ἀθηναίοις ἐκτεῖνον τὸ α. Eadem praecipit Grammaticus Seguer. I. p. 416. Cfr. Buttm. Gramm. Gr. I. p. 254. Dobreus ad Arist. p. 13. Ahlwardt ad Pind. Ol. II. 81. Adde Metrodorum ap. Stob. L. p. 357. τὸ νέον ἅπαν ὑψηλόν ἐστι καὶ θρασύ. Aristoph. Acharn. 998. scripsisse videtur: καὶ περὶ τὸ χωρίον ἅπαν ἐλαΐδας κύκλῳ, ut correxit fere Ahlwardt l. c. Ἐλαΐδας paenultima brevi efferendum, ut apud Alexin Athen. II. p. 60. a. ἐφ' ἧς ἐπέκειτ' οὐ τυρὸς οὐδ' ἐλαῶν γένη. Sic etiam Philippus Thess. ap. Br. Anal. II. p. 211. Ἀντίγονος δ' ἐλάη καὶ Διόδωρος ἰόν. Diogenes apud Laert. VI. 55. et Eustathium p. 1572. 34. Homericum illud μάστιξεν δ' ἐλάαν parodia ludens dixit μάστιξεν δ' ἐλάαν, non dicturus, nisi recte secunda syllaba corriperetur. Attuli haec propter Brunck. ad Arist. Av. 617. Ran. 995. et Buttmannum Gramm. Gr. maj. Vol. I. p. 98. — Vs. 5. τὴν ὀσφὺν ἄκραν, *summos lumbos* interpretatur Clericus. Rectius intelligas extremam dorsi partem, *sacram spinam, das Kreuzende*. V. Gorraeus Defin. med. p. 348. b. et Vossius Mythol. Briefe II, 14. p. 324. cll. Schol. Theocr. VI, 30. Clemens Alex. Strom. VII. p. 304. Sylb. Μένανδρος δὲ τὴν ὀσφὺν ἄκραν πεποίηκε, τὴν χολήν, ὀστέα τ' ἄβρωτα, φησί, τοῖς θεοῖς ἐπιτιθέντες αὐτοὶ τἄλλα ἀναλίσκουσιν. Etymol. M. p. 468. 28. ἱερὸν ὀστοῦν, τὸ ἄκρον τῆς ὀσφύος· οὕτω γὰρ κέκληται ὅτι μέγα ἐστίν, ἢ ὅτι ἱερολογεῖται τοῖς θεοῖς. Μένανδρος· οἱ δὲ τὴν ὀσφὺν ἄκραν θύσαντες, quod ne praeferas vulgatae lectioni ἐπιθέντες prohibent Scaliger ad Varron. IV. p. 79. et Schaefer. ad Long. p. 351. — Vs. 7. ἀεὶ addidi e conj. Bentleji.

Athenaeus IX. p. 383. f. καὶ μαγείρων μὲν ἅλις, ἄνδρες δαιταλεῖς, μή καί τις αὐτῶν τὰ ἐκ Δυσκόλου Μενάνδρου βρενθυόμενος λαρυγγίσῃ τάδε·

Οὐδὲ εἷς
μάγειρον ἀδικήσας ἀθῷος διέφυγεν·
ἱεροπρεπής πως ἐστὶν ἡμῖν ἡ τέχνη.

Apud Stob. Serm. XXIX. p. 198. Gesn. p. 128. Grot.:

Οὐδενὸς χρὴ πράγματος
τὸν εὖ πονοῦνθ᾽ ὅλως ἀπογνῶναί ποτε.
ἁλωτὰ γίνετ᾽ ἐπιμελείᾳ καὶ πόνῳ
ἅπαντα.

Ita Grotius. Vulgo ποιοῦνθ᾽ ὅλως. Idem verba ἁλωτὰ κτλ. incerto poetae tribuit, quod fecit etiam Gataker. ad Anton. XII. p. 351. F. Recte Clericus.

Prologi partem servavit Harpocrat. p. 179. Φυλὴ δῆμός ἐστι τῆς Οἰνηΐδος. Μένανδρος Δυσκόλῳ.

Τῆς Ἀττικῆς νομίζετ᾽ εἶναι τὸν τόπον
Φυλήν· τὸ Νυμφαῖον δ᾽, ὅθεν προέρχομαι,
Φυλασίων.

Ita praeclare hunc locum constituit Dobreus ad Aristoph. p. 528. ex fide Cod. Cantabrigiensis. Aldinae, eodem Dobreo teste, Harpocrationis verba ita exhibent: *Μ. δὲ Δ. τῆς ἀ. νομίζει εἶναι τὸν τόπον τὴν φυλήν, λέγων, τὸν νυμφαῖον δ᾽ ὅθεν πρ. φυλασίας.* Ita etiam Maussacus, nisi quod postrema ita constituit: λέγων· Τὸ Νύμφαιον δ᾽ ὅθεν προέρχομαι Φυλὴν ἰών, quod in Φυλήνδ᾽ ἰὼν mutavit Bentl. p. 25. Quod vs. 1. legitur νομίζετ᾽ εἶναι ex emendatione Dobrei (nam Cod. Cantabr. habet νομίζεται εἶναι), praebet etiam Schol. Aristoph. Acharn. 1022. apud Bentlejum. Male Etymol. M. p. 802. 21. Φυλὴ δῆμος τῆς Οἰνίδος (leg. Οἰνηΐδος)· ὁ δὲ Μένανδρος τόπον νομίζει εἶναι Φυλήν, ubi Sylb. Menandrum historicum laudari credidit. De Nymphaeo illo vide Muellerum in Encyclopaedia Erschii Vol. VI. p. 225. A.

Ammon. p. 101. ὁ οὖν ἐναλλάσσων (scil. εὐθὺς et εὐθὺ) ἁμαρτάνει, καθὰ Μένανδρος ἐν Δυσκόλῳ·

Τί φῂς ἰδὼν ἔνθεν γε πᾶς δ᾽ ἐλευθερῶν
ἀπῆλθες εὐθὺς ὡς ταχύ.

Mitto aliorum conjecturas. Valcken. autem proposuit: τί φῂς ἰδὼν ἐνθένδε πῶς γ᾽ Ἐλευθερῶν Ἀπῆλθεν εὐθὺς ὡς ταχύ; *quid? si tu vidisses, quam celeriter hinc sese recta Eleu-*

theras conjecerit. Recte, opinor, Eleutherarum nomen hic latere vidit vir summus; in ceteris tamen vix assentiar. Versuum reliquias rectius ita digeras, ut Ἐλευθερῶν sec. senarium ordiatur. Ceterum εὐθύς eodem modo posuit Euripides Hipp. 1197. τὴν εὐθὺς Ἄργους κἀπιδαυρίας ὁδόν.

Idem p. 99. εὑρεῖν καὶ εὑρέσθαι διαφέρει. εὑρεῖν μὲν γάρ, τὸ καὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ, εὑρέσθαι δέ, οἱονεὶ τὸ ἐκπορίσασθαι. Μένανδρος Δυσκόλῳ·

Εὕρηκώς κἀγὼ τούτου τέχνην.

Mutilum et luxatum fragm. frustra sit qui ad metri rationem revocare instituat. Pro εὑρηκώς vett. edd. εὑρηκός.

Schol. Arist. Lys. 2. Παγὶ ὀργίαζον αἱ γυναῖκες μετὰ κραυγῆς. Καὶ Μένανδρος ἐν Δυσκόλῳ σιωπῇ φησι τούτῳ τῷ θεῷ οὐ δεῖ προσιέναι. Eadem habet Suidas III. p. 19. nisi quod τούτῳ omittit et pro δεῖ exhibet δεῖν. Menander scripsisse videtur:

Σιωπῇ φασι τούτῳ τῷ θεῷ
οὐ δεῖ προσιέναι.

Etymol. Gud. p. 23, 25. Μένανδρος ἐν Δυσκόλῳ διαστέλλει τὴν διαφορὰν (inter αἰτεῖν et αἰτεῖσθαι)·

Οὐ πῦρ γὰρ αἰτῶ, οὐ δὲ λέπαδες αἰτούμενος.

Corr. αἰτῶν οὐδὲ λοπάδ' αἰτούμενος. Idem versus ab aliis grammaticis ex Hymnide citatur, ubi vide.

Antiatt. Bekk. p. 82. 11. ἀνδριὰς καὶ ἐπὶ γραφῇ. Πλάτων Πολιτείᾳ, Μένανδρος Δυσκόλῳ. Platonis locus est Republ. IV. p. 327. Bip. Tetigit hunc usum vocis ἀνδριάς Schaeferus Melet. crit. p. 102. minus recte huc trahens Gramm. Sangerm. Ms. ap. Ruhnk. ad Tim. p. 6. ἄγαλμα καὶ γραφὴν καὶ ἀνδριάντα, ἀδιαφόρως. Ἀντιφάνης Ζωγράφῳ. quorum verborum qui sensus sit docebit Lex. Seguer. I. p. 324. ἀγάλματα δὲ καὶ τὰς γραφὰς καὶ τοὺς ἀνδριάντας λέγουσι.

Ceterum incerti poetae fragm. a Clem. Alex. Strom. VII. p. 305. Sylb. servatum ad eandem hanc Menandri fab. retulit Vossius Mythol. Br. II. 40., quod an recte fecerit dubitare licet, cum numerorum et orationis conformatio de tragico potius quam de comico poeta cogitare nos jubeat. En ipsum locum:

Τίς ὧδε μωρὸς καὶ λίαν ἀνειμένως
εὔπιστος ἀνδρῶν, ὅστις ἐλπίζει θεοὺς
ὀστῶν ἀσάρκων καὶ χολῆς πυρουμένης,
ἃ καὶ κυσὶν πεινῶσιν οὐχὶ βρώσιμα,
χαίρειν ἀπάτῃ καὶ γέρας λαχεῖν τόδε,
χάριν τε τούτων τοῖσι δρῶσιν ἐκτίνειν.

Idem locus est ap. Porphyr. de Abst. II, 58. et Cyrill. adv. Jul. IX. p. 306. e. ubi postremus versus omittitur, quo confirmari videtur Musgravii sententia ad Sophocl. Antig. 997. Quinto versu legendum ἀπαρχῇ, ut recte citant Gatakerus ad Anton. X. p. 296. B. et Porson. ad Eurip. Hec. 41.

ΕΑΥΤΟΝ ΤΙΜΩΡΟΥΜΕΝΟΣ.

Hujus quoque dramatis interitum minus dolemus, quum Terentii cognominem fabulam superstitem habeamus, quam expressam esse ad Menandri exemplar, etiamsi careremus diserto ipsius poetae (Prol. 4.) testimonio, fragmenta tamen abunde docerent. In ipso fabulae limine Act. I, sc. 1, vs. 10. Chremes Menedemo haec dicit:

Nam proh deum atque hominum fidem, quid vis tibi?
Quid quaeris? annos sexaginta natus es,
Aut plus, ut conjicio.

Quae ad verbum fere transtulit ex hoc Menandri ap. Schol. Plat. Ruhnk. p. 10.

Πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς, δαιμονᾷς, γεγονὼς ἔτη,
τοσαῦθ᾽; ἁμοῦ γάρ ἐστιν ἑξήκοντά σοι.

Ita enim recte constituit hunc locum Porsonus in Tracts etc. p. 250. Pro *δαιμονᾷς* vulgatur *δαῖμον δύο*, nisi forte *δαιμόνιε, γεγὼς ἔτη* — praeferas. Mox apud Terentium (I, 1, 78.) sequuntur Menedemi verba:

Ancillae tot me vestient? sumptus domi
Tantos ego solus faciam?

Non dubitandum videtur quin recte Canterus Var. Lect. II. 4. ad hunc locum Menandri verba retulerit apud Athen. VI. p. 231. a. *λουτρόν, θεραπαίνας, ἀργυρώματα.* Tum Act. II, 3, 51. haec habes:

Subtemen nebat; praeterea una ancillula
Erat; ea texebat una, pannis obsita,
Neglecta immunda illuvie,

ubi Ang. Politianus, teste Victorio Varr. Lectt. IX, 15. in margine adscripserat haec verba:

ἐξ ἱσταρίου γὰρ (leg. *δ᾽*) *ἐκρέματο φιλοπόνως*
πάνυ·
— — — — *καὶ θεραπαινὶς ἦν μία,*
αὕτη συνύφαινε ῥυπαρῶς διακειμένη.

Disputavit de hoc loco Huschkius ad Tibulli Eleg. I. 3.

p. 49. ubi inter alia haec scribit: „Primum versum ipsi „Menandro adscribere non dubitat Victorius; nec inter- „cedo. — Posteriores postquam descripsit Victorius, ad- „dit: *haec interpretatio est hujus loci: praeterea una an- „cillula etc.* Non igitur illos Menandro, sed ipsi videtur „attribuisse Angelo Politiano. Qua in re me quidem ha- „beret consentientem. Nam συνυφαίνειν graece vix dici po- „tuit pro *una texere*". At συγξαίνειν *una carminare lanam* dixit Crates ap. Plutarch. p. 830. c. Steph., et ipsum illud συνυφαίνειν pro *una texere* legas apud Hesych. II. p. 1305. Phot. p. 408. Suid. III. p. 402. Schol. Platon. p. 236. et alios. Ad primum versum ἐξ ἱσταρίου δ' ἐκρέματο, *toto pectore ad telam texendam incubuit*, bene comparat Huschkius Ovidii illud Metam. IV. 34. *aut haerent telae.* Adde Themist. Orat. IV. p. 58. D. ὧν γὰρ οἱ ἄλλοι ἐκκρέμανται δι' ἔνδειαν, οὐδὲν ὑμῖν περισπούδαστον. Ibid. Orat. XXIII. p. 298. τριβωνίου ἐκκρέμανται.

Ceterum quod in Adelphis a Terentio factum vidimus, ut actionem fabulae vel certe partem actionis in angustiorem quasi gyrum contraheret, idem eum in hac fabula factitasse facile concedet, qui hunc locum a Stobaeo Serm. XXXIX. p. 229. servatum inspexerit:

Οἴκοι μένειν χρὴ καὶ μένειν ἐλεύθερον,
ἢ μηκέτ' εἶναι τὸν καλῶς εὐδαίμονα.

Quae Chremetis verba esse suspicari licet, Cliniae patriam relinquendi consilium vituperantis. Imitatus est Menander Aeschyli sententiam ab eodem Stobaeo l. c. servatam:

Οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα,
καὶ τὸν κακῶς πράττοντα καὶ τοῦτον μένειν.

quae cum Menandreis comparavit jam Clem. Alex. VI. p. 263, 37. Sylb. Primum Menandrei fragm. versum servavit etiam Diogenes Laert. VII, 35. et Stobaeus Serm. LI. p. 356. Gesn. Non magis apud Terentium me legere memini, quae huic loco respondeant ap. Athen. XIV. p. 651. a. Μένανδρος ἐν Αὐτὸν τιμωρουμένῳ ῥοίδια αὐτὰς (sc. τὰς ῥοάς) ὠνόμασε διὰ τούτων·

Μετ' ἄριστον γὰρ ὡς ἀμυγδαλὰς ἐγὼ
παρέθηκα, καὶ τῶν ῥοιδίων ἐτρώγομεν.

Cujus loci primum senarium Grot. Exc. p. 719. ita corrigere sibi visus est, ut μετὰ γὰρ ἄριστον scriberet, quod frustra quis defendat Homeri exemplo Iliad. XXIV. 124. ἐσσυμένως ἐπένοντο καὶ ἐντύνοντο ἄριστον: cfr. Jacobsius ad Anthol. Palat. p. 722. Bentlejus p. 25. autem ita:

— — Μετ' ἄριστον γὰρ ὡς ἀμυγδαλὰς —
voc. ἐγὼ prorsus deletô. Denique Schweigh. conjecit:

Ἐγὼ μετ' ἄριστον γὰρ ὡς ἀμυγδαλὰς —

Sed horum omnium nihil adeo certum, ut omnis dubitatio tollatur.

Praeterea obiter Menandri Heautontimorumenon, Clerico monente, commemorat Galen. ad Hippocr. de Artic. ad text. 51. ubi de discrimine agit, quod intercedat inter τιμωρεῖν et τιμωρεῖσθαι. Denique Photius Lex. p. 57. ἦν, δασέως ὅταν ἠθικῶς (fort. αἰτιατικῶς)· οἱ δὲ παλαιοὶ ἐν Μενάνδρου Αὐτὸν τιμωρουμένῳ (hic aliquid excidisse videtur) τὸ δὲ ψιλὸν ἀντὶ τοῦ ἰδού· ἀλλ' ἣν χιτών σοι, ubi ἦν scribendum. Rarissimum illud ἦν, unde Latinorum *en*, habes apud Arist. Equ. 26. Frequens contra ἠνίδε vel ἦν ἰδού, quae elliptica est dicendi ratio, comparanda illa cum homerico εἰ δ' ἄγε et similibus.

ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ.

Apud Stobaeum Serm. CII. p. 556. 25. Gesn. CIV. p. 429. Grot.:

Οὐχ ὅθεν ἂν ᾤμην ἠτύχηκα· πάντα δὲ
τὰ μηδὲ προσδοκώμεν' ἔκστασιν φέρει.

Ita praeclare hunc locum restituit Porsonus in Tracts and Miscell. crit. p. 250. Vulgo editur οὔποθεν ἂν ᾤμην· ἡ τύχη καὶ πάντα δὲ — quae ita immutaverat Grotius: οὐδέποτ' ἂν ᾤμην· ἡ τύχη δ', ἅπαντά τε —. Partem fragm. inde a verbis πάντα δὲ iterum habet Stob. CX. p. 579. Gesn.

Apud Phot. Lex. p. 146. παροιμία·

Οὐδ' ἆρ' ὁ Κωρυκαῖος ἠκροάζετο.

Οἱ δὲ κωμικοὶ Κωρυκαῖόν τινα θεὸν εἰσάγουσιν. Μένανδρος Ἐγχειριδίῳ, Ἄλεξις Θησαυρῷ. Eadem fere Suidas habet II. p. 367. et III. p. 490. ubi in Menandri versu τοῦδ' ἄρ' ὁ Κωρ. legitur. Ita etiam Steph. Byz. p. 408. ubi ἠκροάσατο vulgatur. Ejusdem dei meminit Alciphro Epist. III, 26. ἐφάνη δέ μοι πόθεν ὁ Κωρυκαῖος (sic scr.) δαίμων, ubi v. Berglerum. Denique Zenob. IV, 75. Κωρυκαῖος ἠκροάζετο. ταύτης Μένανδρος μέμνηται ἐν τῷ Ἐγχειριδίῳ —. ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν δοκούντων μὲν λάθρα πράττεσθαι, εἰς γνῶσιν δὲ ἐρχομένων, ubi Schottus miro errore de Menandro historico co-

gitavit, cujus ἐγχειρίδιον h. e. *historiarum opus compendiarium* laudari sibi persuasit.

Apud Athen. X. p. 446. e. πῖε (πίε) δέ, δισυλλαβῶς, Μένανδρος Ἐγχειριδίῳ·

α΄. Πίε. β΄. πιεῖν ἀναγκάσω
τὴν ἱερόσυλον πρῶτα.

Ita recte Clericus et Schweigh. Vulgo deest πίε. Sed male illi πῖε. Verborum ordinem immutavit Meursius Bibl. Att. p. 1551. e. τὴν ἱερόσυλον πρῶτ' ἀναγκάσω πιεῖν.

Praeterea fabulae nostrae meminerunt Schol. Plat. Ruhnk. p. 18. ubi agitur de proverbio πάντ' ἄνω κάτω, et Schol. Arist. Vesp. 191. περὶ ὄνου σκιᾶς — Μένανδρος ἐν τῷ Ἐγχειριδίῳ, quae eadem fere leguntur ap. Zenob. VI, 28.

ΕΜΠΙΠΡΑΜΕΝΗ.

Athenaeus XIII. p. 559. e. Μένανδρος ἐν Ἐμπιπραμένῃ·

Ἐξώλης ἀπόλοιθ', ὅστις ποτὲ
ὁ πρῶτος ἦν γήμας, ἔπειθ' ὁ δεύτερος,
εἶθ' ὁ τρίτος, εἶθ' ὁ τέταρτος, εἶθ' ὁ μεταγενής.

Recepit Grotius Excerpt. p. 721. V. 1. Lobeckius ad Phryn. p. 96. nescio quam ob causam πανώλης ἐξόλοιθ' ὅστις —. Eadem verba ἐξώλης ἀπόλοιτο habes apud Alciphr. Fragm. p. 219. et alibi. Tertio versu ingeniose Zedelius Magazin für Schullehrer II. p. 359. ὁ Μεταγένης.

Apud Stobaeum Serm. XLI. p. 238. Gesn. XLIII. p. 165. Grot.:

Τρία γάρ ἐστι, δέσποτα,
δι' ὧν ἅπαντα γίνετ', ἢ κατὰ τοὺς νόμους,
ἢ ταῖς ἀνάγκαις, ἢ τὸ τρίτον ἔθει τινί.

Recepit Stephan. Com. Gr. p. 172. Vs. 2. vulgo γίνεται ἢ κατὰ νόμους. Correxit Bentl. p. 26.; confirmat quodammodo cod. Brunckii ad Poes. Eth. p. 335. in quo legitur γίνετ' ἢ κατὰ νόμους. Inscitam Arnoldi conj. Var. Lect. I, 22, omitto. Etiam vs. 3. emend. Bentlejus. Vulgo ἢ τρίτον.

Apud Stobaeum Serm. XXII. p. 188. Gesn. p. 117. Grot.:

Ἐφ' ᾧ φρονεῖς μέγιστον ἀπολεῖ τοῦτό σε,
τὸ δοκεῖν τιν' εἶναι· καὶ γὰρ ἄλλους μυρίους.

Ad Ἐμπιπραμένην retuli auctoritate Stobaei Gesner. et Schowiani. Nam apud Grotium hoc fragm. ex Ἐπαγγελλομένῳ citatur, qui error unde fluxerit, neminem, qui ipsum Stob. inspiciat, latebit.

Athenaeus VIII. p. 365. c. ἔλεγον δὲ συνάγειν τὸ μετ' ἀλλήλων πίνειν, καὶ συναγώγιον τὸ συμπόσιον. Μένανδρος ἐν Πιμπραμένῃ (sive potius Μένανδρος Ἐμπιπραμένῃ)·

Καὶ νῦν ὑπὲρ τούτων συνάγουσι κατὰ μόνας.

εἶθ' ἑξῆς ἔφη·

— — — Ἐπλήρωσέν τε τὸ συναγώγιον.

Μήποτε δὲ τοῦτ' ἔστι τὸ ἀπὸ συμβολῶν καλούμενον. Haec Athenaeus. Priori versu κατὰ μόνας scribas an καταμόνας nihil interest. Ἀπὸ συμβολῶν συνάγειν habes ap. Diphilum Athen. p. 292. c. cfr. intpp. Hesych. II. p. 1298. Eodem sensu συμβάλλειν dici docuit Schaefer. ad Dion. de Comp. Verb. p. 72. Nec multum differt quae altero versu legitur formula πληροῦν συναγώγιον, quam tetigit Pollux VI, 8. et Ephippo ap. Athen. l. l. restituit Casaub., quem sequi debebat Schweigh. Locus ita digerendus:

— καὶ συναγώγιμον
συμπόσιον ἐπιπληροῦσι. —

Hinc πληρώτης ἐράνου *qui stipem ad convivium confert.* Vid. Intpp. Hesychii I. p. 981. et Salmas. de Usur. p. 678.

Apud Stobaeum Serm. LXXIII. p. 446. Gesn. LXXV. p. 326. Grot.:

Ὡς ἀγαθὸν ἐστι πρᾶγμα τὸ γενέσθαι τινὸς πατέρα.

Ceterum nec de hujus fab. argumento e pauculis, quae ad nostram aetatem pervenerunt, fragmentis quidquam elicias. Nomen ei poeta indidisse videtur a puella, quae quum improvida ad ignem accessisset, non multum abfuit quin combureretur. Utrum vero Ἐμπιμπραμένη scribatur an Ἐμπιπραμένη parum refert. Priorem formam praeter Stob. Serm. XX. praebent membr. Athen. 559. e. Praetuli tamen Ἐμπιπραμένην, quum altera non usi esse videantur poetae Attici nisi metri necessitate coacti. Cfr. Brunck. Lys. 311. Vide tamen Lobeck. ad Phryn. p. 96.

ΕΟΡΤΑΙ.

Philostratus Epist. XLII. p. 933. δοκεῖς δέ μοι μηδὲ Θεσπικὴ τις εἶναι, πάντως γὰρ κἂν τῷ Ἔρωτι ἔθυες· μηδὲ Ἀττικὴ, τὰς γὰρ παννυχίδας καὶ τὰς ἑορτάς, καὶ τὰ Μενάνδρου δράματα οὐκ ἄν ποτε ἠγνόησας. Scripta est haec epistola ad mulierem, pulcram illam quidem et formosam, sed ἀναφρόδιτον et ab omni Amoris consortio remotam. Tu, inquit, neque Thespiensis mihi videris neque Atheniensis; nam si Thespias haberes patriam, sane Amori litares (quem Thespienses religiosissime coluisse constat e Strab. IX. p. 449. Pausan. IX, 27. Alciphrone T. II. p. 219. Eustathio ad Hom. Il. p. 1375. aliisque); si Athenis esses oriunda, certe pervigilia diesque festos, in quibus pueri puellaeque amori et lusui liberius indulgent, curares, neque Menandreorum dramatum ignara esses, quorum nullum est, quin amoris gaudia celebret et commendet. Ita si interpreteris Philostrati locum, vix admittas Wesselingii conj. in Dissert. Herod. p. 159., qui deleta, quae post ἑορτάς legitur, particula καί, Menandri drama Ἑορταί inscriptum commemorari existimat. Wesselingii rationem probavit Harles. ad Fabric. B. Gr. II. p. 463. Nec magis de Παννυχίσιν assentior, quo titulo fabulam docuisse Menandrum crediderunt Meursius, Fabricius, Clericus, alii. Nituntur illi hoc Aeliani loco H. A. VII, 19. ἤκουσα δὲ κυνοκέφαλον καὶ παρθένοις ἐπιμανῆναι καὶ μέντοι καὶ βιάσασθαι, ὑπὲρ τὰ μειράκια τὰ τοῦ Μενάνδρου, τὰ ἐν ταῖς παννυχίσιν ἀκόλαστα. Ex quo loco nihil conficias nisi hoc, Menandrum in fabulis suis passim adolescentulos induxisse, qui in Pervigiliis nulli non petulantiae generi se dederint. Exemplum ejus rei habemus in Menandri Plocio ap. Gellium N. A. II, 23.

ΕΠΑΓΓΕΛΛΟΜΕΝΟΣ.

Apud Stobaeum Serm. XXII. p. 188. Gesn. p. 117. Grot.:

Τὸ σὸν ταπεινόν, ἂν σὺ σεμνύνῃ, καλὸν
ἔξω φανεῖται, φίλ' ἄνερ, ἂν δ' αὐτὸς ποιῇς
ταπεινὸν αὐτὸν καὶ τιθῇς ἐν μηδενί,
οἰκεῖος οὗτος καταγέλως νομίζεται.

Ad Ἐπαγγελλόμενον retuli Stobaei Schowiani auctoritatem sequutus. In Gesneri edit. neque fabulae neque poetae

nomen adscriptum. Grotius *Incensae* sive Ἐμπιπραμένη; nomen apposuit. Vs. 1. ἂν σὺ σιμνύνῃ. Ita Grotius et Codd. Schowii. Gesnerus ἂν σεμνύνῃ. Vs. 3. ταπεινὸν, αὐτὸν καὶ — Ita vulgatum ταπεινόν, αὐτὸ καὶ —: correxit nescio quis, cujus emendationem, omisso auctoris nomine, in margine Stobaei notaveram.

Ibidem Serm. L. p. 354. Gesn. LI. p. 198. Grot.

Τὰ γὰρ τολμηρὰ τῶν ὄχλων ἔχει
ἐν τοῖς λογισμοῖς μὲν ἐπιδείξεις δυσκόλους,
ἐν τῷ δὲ πράττειν, ἂν λάβῃ τὸν καιρὸν εὖ,
ἀπροσδόκητον τὴν τέχνην ἐξεύρατο.

Versu pr. τὰ τολμηρὰ τῶν ὄχλων ex noto dicendi genere pro οἱ τολμηροὶ ὄχλοι. Ita Herondas Iambographus apud Stob. CXVIII. p. 389. Gesn. τὰ λευκὰ τῶν τριχῶν ἀπαμβλύνει τὸν νοῦν. Vid. Erfurdt. ad Sophocl. Ant. 1194. — Vs. 4. adverte insolentiorem aoristi formam ἐξεύρατο, de qua laudasse sufficiet Lobeckium ad Phryn. p. 139.

Ibid. Serm. XXXV. p. 216. Gesn. XXXV. p. 141. Grot.:

Τοῖς ἀναιδέσιν βοηθεῖ γὰρ λόγοις τοὖθ' ἓν μόνον,
ἂν βραχεῖς αὐτοὺς ποιῇ τις, τόν τε καιρὸν εὖ λάβῃ.

Tertia Gesneri ἀναιδέσι. Grotius βοηθοῖ, operarum, ni fallor, vitio. — Denique commemoratur fabula nostra a Suida II. p. 37. εἰς τὸ δέον. — καὶ Μένανδρος ἐν Ἀπαγγελλομένῳ, μέμνηται δὲ καὶ ἑτέρωθι. Corr. Ἐπαγγελλομένῳ i. e. *Sponsore*, de qua voce vide perdoctam Taylori adnotationem ad Demosth. περὶ παραπρ. Vol. IX. p. 344. Rsk.

ΕΠΙΚΛΗΡΟΣ.

Duplicem hujus fabulae recensionem fuisse Athenaei IX. p. 373. c. et Harpocr. p. 133. testimonio constat. Hinc fuere qui apud Suid. II. p. 203. Θρᾷκες ὅρκια οὐκ ἐπίστανται (v. T. H. ad Plut. p. 153. et Villois. Anecd. Gr. II. p. 48.)· μέμνηται ταύτης Μένανδρος ἐν τῇ πρώτῃ, et apud Zenob. IV. 32., ubi eadem leguntur, Ἐπικλήρῳ addendum putarent. Qua in re ratio eos fefellit. Intelligendus enim Menander historicus, quod Meurs. Bibl. Att. p. 1552. F. et Porson. Advers. p. 292. fugisse mireris. Praeter scripto-

res, qui fragmenta nostrae fabulae servarunt, commemorat eam Quintil. Inst. X, 1. *nec nihil profecto viderunt, qui orationes, quae Charisii nomine eduntur, a Menandro scriptas putant. Sed mihi longe magis oratori in opere suo probari videtur, nisi forte aut illa mala judicia, quae Epitrepontes, Epicleri, Locri habent, aut meditationes in Psophodee et Nomotheta et Hypobolimaeo non omnibus oratoriis numeris sunt absolutae.* ubi judicia quae dicantur haud obscurum esse poterit reputanti, veteres poetas scenicos saepissime forensium orationum imagines fabulis suis intexuisse. Cfr. Lobeck. ad Soph. Ajac. p. 363. Idque prae ceteris fecisse Menandrum constat etiam e Dione Chrysost. XVIII. p. 476 sq. ubi Menandri dramata futuro oratori quam maxime commendat. Inde etiam est quod τὸ πρακτικὸν in nostro poeta laudat Dionys. Halic. Vett. Scr. cens. V. p. 424. Rsk.

Inter latinos scriptores, praeter Turpilium apud Prisc. de metr. com. p. 1326., Menandri Epicleron imitatione expressisse videtur Caecilius, cujus cognominem fabulam laudant Cicero de amic. 26. Priscianus VI. p. 699. et aliis locis.

Ceterum quae dicta fuerit ἐπίκληρος apud Athenienses satis constat e Schol. Arist. Vesp. 581. Eandem ἐπιπαματίδα vocatam esse testatur Schol. Plat. Ruhnk. p. 221. cll. Hemst. ad Hesych. II. p. 1197. et Kustero ad Suid. I. p. 812. Sed haec omnia praeter Meurs. Lectt. Att. V, 1. uberius explanavit Sluiterus Lectt. Andoc. p. 82 sqq. Argumentum fortasse erat simile argumento Phormionis Terentianae ex Apollodori Ἐπιδικαζομένῃ conversae. Etiam titulus necessitudinem aliquam argumenti suspicari nos jubet. Cf. Suidas s. v. ἐπίδικος. Valesius in Notas Maussaci ad Harpocr. p. 112. Valcken. ad Ammon. p. 8.

Fragmenta haec sunt. Stobaeus Serm. CXXII. p. 499. Grot. qui primus hanc χρῆσιν e cod. Par. vulgavit:

Ὥσπερ τῶν χορῶν
οὐ πάντες ᾄδουσ᾽, ἀλλ᾽ ἄφωνοι δύο τινὲς
ἢ τρεῖς παρεστήκασι πάντων ἔσχατοι
εἰς τὸν ἀριθμόν· καὶ τοῦθ᾽ ὁμοίως πως ἔχει.
χώραν κατέχουσι, ζῶσι δ᾽ οἷς ἐστιν βίος.

Egregie convenit Hippocratis locus Jurejur. p. 3. ubi mali medici comparantur τοῖσι παραγομένοισι προσώποισι ἐν τῇσι τραγῳδίῃσι· ὡς γὰρ ἐκεῖνοι σχῆμα μὲν καὶ στολὴν καὶ πρόσωπον ὑποκριτοῦ ἔχουσι, οὐκ εἰσὶ δὲ ὑποκριταί, οὕτως καὶ quem locum comparavit Boettigerus de Furiar. pers. p. 36.

nomen adscriptum. Grotius *Incensae* sive Ἐμπιπραμένη; nomen apposuit. Vs. 1. ἂν σὺ σιμνύνῃ. Ita Grotius et Codd. Schowii. Gesnerus ἂν σιμνύνῃ. Vs. 3. ταπεινὸν, αὐτὸν καὶ — Ita vulgatum ταπεινόν, αὐτὸ καὶ —: correxit nescio quis, cujus emendationem, omisso auctoris nomine, in margine Stobaei notaveram.

Ibidem Serm. L. p. 354. Gesn. LI. p. 198. Grot.

> Τὰ γὰρ τολμηρὰ τῶν ὄχλων ἔχει
> ἐν τοῖς λογισμοῖς μὲν ἐπιδείξεις δυσκόλους,
> ἐν τῷ δὲ πράττειν, ἂν λάβῃ τὸν καιρὸν εὖ,
> ἀπροσδόκητον τὴν τέχνην ἐξεύρατο.

Versu pr. τὰ τολμηρὰ τῶν ὄχλων ex noto dicendi genere pro οἱ τολμηροὶ ὄχλοι. Ita Herondas Iambographus apud Stob. CXVIII. p. 389. Gesn. τὰ λευκὰ τῶν τριχῶν ἀπαμβλύνει τὸν νοῦν. Vid. Erfurdt. ad Sophocl. Ant. 1194. — Vs. 4. adverte insolentiorem aoristi formam ἐξεύρατο, de qua laudasse sufficiet Lobeckium ad Phryn. p. 139.

Ibid. Serm. XXXV. p. 216. Gesn. XXXV. p. 141. Grot.:

> Τοῖς ἀναιδέσιν βοηθεῖ γὰρ λόγοις τοῦθ' ἓν μόνον,
> ἂν βραχεῖς αὐτοὺς ποιῇ τις, τόν τε καιρὸν εὖ λάβῃ.

Tertia Gesneri ἀναιδέσι. Grotius βοηθοῖ, operarum, ni fallor, vitio. — Denique commemoratur fabula nostra a Suida II. p. 37; εἰς τὸ δέον. — καὶ Μένανδρος ἐν Ἀπαγγελλομένῳ, μέμνηται δὲ καὶ ἑτέρωθι. Corr. Ἐπαγγελλομένῳ i. e. *Sponsore*, de qua voce vide perdoctam Taylori adnotationem ad Demosth. περὶ παραπρ. Vol. IX. p. 344. Rsk.

ΕΠΙΚΛΗΡΟΣ.

Duplicem hujus fabulae recensionem fuisse Athenaei IX. p. 373. c. et Harpocr. p. 133. testimonio constat. Hinc fuere qui apud Suid. II. p. 203. Θρᾷκες ὅρκια οὐκ ἐπίστανται (v. T. H. ad Plut. p. 153. et Villois. Anecd. Gr. II. p. 48.)· μέμνηται ταύτης Μένανδρος ἐν τῇ πρώτῃ, et apud Zenob. IV. 32., ubi eadem leguntur, Ἐπικλήρῳ addendum putarent. Qua in re ratio eos fefellit. Intelligendus enim Menander historicus, quod Meurs. Bibl. Att. p. 1552. F. et Porson. Advers. p. 292. fugisse mireris. Praeter scripto-

res, qui fragmenta nostrae fabulae servarunt, commemorat eam Quintil. Inst. X, 1. *nec nihil profecto viderunt, qui orationes, quae Charisii nomine eduntur, a Menandro scriptas putant. Sed mihi longe magis orator in opere suo probari videtur, nisi forte aut illa mala judicia, quae Epitrepontes, Epicleri, Locri habent, aut meditationes in Psophodee et Nomotheta et Hypobolimaeo non omnibus oratoriis numeris sunt absolutae.* ubi judicia quae dicantur haud obscurum esse poterit reputanti, veteres poetas scenicos saepissime forensium orationum imagines fabulis suis intexuisse. Cfr. Lobeck. ad Soph. Ajac. p. 363. Idque prae ceteris fecisse Menandrum constat etiam e Dione Chrysost. XVIII. p. 476 sq. ubi Menandri dramata futuro oratori quam maxime commendat. Inde etiam est quod τὸ πρακτικὸν in nostro poetà laudat Dionys. Halic. Vett. Scr. cens. V. p. 424. Rsk.

Inter latinos scriptores, praeter Turpilium apud Prisci. de metr. com. p. 1326., Menandri Epicleron imitatione expressisse videtur Caecilius, cujus cognominem fabulam laudant Cicero de amic. 26. Priscianus VI. p. 699. et aliis locis.

Ceterum quae dicta fuerit ἐπίκληρος apud Athenienses satis constat e Schol. Arist. Vesp. 581. Eandem ἐπιπαματίδα vocatam esse testatur Schol. Plat. Ruhnk. p. 221. cll. Hemst. ad Hesych. II. p. 1197. et Kustero ad Suid. I. p. 812. Sed haec omnia praeter Meurs. Lectt. Att. V, 1., uberius explanavit Sluiterus Lectt. Andoc. p. 82 sqq. Argumentum fortasse erat simile argumento Phormionis Terentianae ex Apollodori Ἐπιδικαζομένῃ conversae. Etiam titulus necessitudinem aliquam argumenti suspicari nos jubet. Cf. Suidas s. v. ἐπίδικος. Valesius in Notas Maussaci ad Harpocr. p. 112. Valcken. ad Ammon. p. 8.

Fragmenta haec sunt. Stobaeus Serm. CXXII. p. 499. Grot. qui primus hanc χρῆσιν e cod. Par. vulgavit:

Ὥσπερ τῶν χορῶν
οὐ πάντες ᾄδουσ', ἀλλ' ἄφωνοι δύο τινὲς
ἢ τρεῖς παρεστήκασι πάντων ἔσχατοι
εἰς τὸν ἀριθμόν· καὶ τοῦθ' ὁμοίως πως ἔχει.
χώραν κατέχουσι, ζῶσι δ' οἷς ἔστιν βίος.

Egregie convenit Hippocratis locus Jurejur. p. 3. ubi mali medici comparantur τοῖσι παραγομένοισι προσώποισι ἐν τῇσι τραγῳδίῃσι· ὡς γὰρ ἐκεῖνοι σχῆμα μὲν καὶ στολὴν καὶ πρόσωπον ὑποκριτοῦ ἔχουσι, οὐκ εἰσὶ δὲ ὑποκριταί, οὕτως καὶ quem locum comparavit Boettigerus de Furiar. pers. p. 36.

gii rationem perspiciendam facit Harpocrat. p. 72. τοῖς οἰκείοις ἐπιτρέπειν, ἀντὶ τοῦ διαιτητὰς αὐτοὺς αἱρεῖσθαι, ὅθεν καὶ Μενάνδρου δρᾶμα Ἐπιτρέποντες, et Schol. Arist. Acharn. 1114. ἐπιτρέψαι ὥστε κρῖναι. καὶ Μένανδρος Ἐπιτροπεῖ·

Ἐπιτρεπτέον τινὶ
ἐστι περὶ τούτων.

Nisi forte diversa haec fuit fabula. Nihil definit Meursius B. Att. p. 1553. E. Ἐπιτροπέα scripsit etiam Diphilus, si recte conjicio in Antiattic. p. 69. ἐξιδιάσασθαι, Δίφιλος Ἐπιτροπεῖ legendum esse pro Ἐπιτροπῇ. Ob litigantium judicia aliasque virtutes oratorias commendatur nostra fabula a Quintil. X, 1. Atque omnino praestantissimis eam poetae nostri fabulis adnumeratam fuisse colligas ex Alciphrone Epist. II, 1, 14. et Apollon. de Synt. III. p. 297. ed. Bekk. Coqui dicacis partes in ea fuisse diserte tradit Athenaeus XIV. p. 659. b. μάλιστα δὲ εἰσάγονται μάγειροι σκωπτικοί τινες, ὡς παρὰ Μενάνδρῳ ἐν Ἐπιτρέπουσιν. ubi nescio quid Bocharto apud Olearium ad Philostr. p. 955. in mentem venerit Ἐπιτρόποισι legendum conjicienti. Mirifice autem novae comoediae poetae in describendis scurrilium coquorum ingeniis sibi placuerunt. Facit huc Lucianus de Saltat. II. p. 285. ἡ κωμῳδία δὲ καὶ τῶν προσώπων αὐτῶν τὸ καταγέλαστον μέρος τοῦ τερπνοῦ αὐτῇ νενόμικεν, οἷα Δάων καὶ Τιβίων καὶ Μαγείρων πρόσωπα. Exempla si quaeris consule Nicomachum Ilithyia ap. Athen. p. 280. f. Hegesippum Adelphis ibid. p. 290. b. Diphilum Zographo p. 290. a. Cfr. Boettig. Spec. novae ed. Terent. p. 33. Ceterum praeter scriptores, qui fragmenta fabulae servavere, commemorare eam videtur Scholium nuper editum ad Odyss. η, 225. p. 265. ed. Buttm. κομιδῇ γὰρ σμικρολόγος φαίνεται (Ὀδυσσεὺς) προτάσσων τῶν φιλτάτων τὴν κτῆσιν. ὡς παρὰ Μενάνδρῳ, σμικρύνησιν ἐπιτρέπουσιν. ubi legendum suspicor ὡς παρὰ Μενάνδρῳ Σμικρίνης ἐν Ἐπιτρέπουσιν. Smicrines pervulgatum in nova Graecorum comoedia nomen et in ipsis Menandri fragmentis obvium. Si recte conjeci, certe aliquid ad perspiciendam fabulae rationem inde disci poterit. Smicrinae nomen latet etiam apud Julianum Caes. p. 311. A. πέμπε τὸν σμικρίνην τοῦτον ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου ταχέως. Interpres: *hunc parcum et restrictum virum.* Hinc adjectivum σμικρίνης in Lexica irrepsit. Corrige Σμικρίνην.

Reliqua fabulae fragm. haec sunt. Apud Stob. Serm. XXX. p. 208. Gesn. p. 155. Grot.

Ἀργὸς

Ἀργὸς δ' ὑγιαίνων τοῦ πυρέττοντος πολὺ
ἔστ' ἀθλιώτερος, διπλάσια γοῦν ἐσθίει μάτην.

Latine vertit Ausonius Epigr. CXVII.

Sanus piger febriente multo est nequior,
Potat duplum, dapesque duplices devorat.

Mitto Grotii conjecturas. Bentl. autem p. 28. ita scrib. conjecit:

ἀχρειότερος, διπλάσια γὰρ ἐσθίει μάτην.

Sed ne sic quidem locus persanatus est, anapaesto tribrachum excipiente. Nec ἀθλιώτερος sollicitandum videtur. Duplicem hoc vocabulum et ambiguam hoc loco significationem habet, quarum altera *miser, infelix* ad πυρέττοντα *febricitantem*, altera *inutilis, pravus, nequam* ad ἀργὸν *pigrum* refertur. Apposite Menander apud Athen. p. 248. b., ubi homo frugiperda vocatur ἄθλιος, ἄχρηστος καὶ μάτην τρεφόμενος. Eodem sensu passim δύστηνος et τλήμων. V. Ruhnk. Epist. crit. II. p. 139. et Erfurdt. ad Soph. O. T. 1168. Denique omnem emendandi conatum praecidit Simocatta Epist. LXI. p. 316. ἀργὸς γὰρ ὢν ἀθλιώτερος εἶ τοῦ πυρέττοντος, ἐσθίων μάτην διπλάσια. Itaque scrib. conjicias: ἔστ' ἀθλ. διπλάσια γοῦν μάτην Ἔσθει. ut fere protulit hunc locum Vinetus, ad Auson. p. 72. Editio Stobaei princeps διπλᾶ οἷα habet, teste D'Orvillio Vann. crit. p. 228.

Apud Stobaeum Serm. LXXXVII. pag. 498. Gesn. LXXXIX. p. 365. Grot.

Ἐλευθέρῳ τὸ καταγελᾶσθαι μὲν πολὺ
αἴσχιστόν ἐστι, τὸ δ' ὀδυνᾶσθ' ἀνθρώπινον.

Ita Heringa Observ. p. 244. correxit vulgatam lectionem: ἐλευθέρῳ τὸ καταγελᾶσθαι πολὺ αἰσχρόν ἐστι. Bentl. p. 28. ratio minus placet.

Suidas s. v. ματρυλεῖον, τόπον τινά φασιν εἶναι, ἐν ᾧ γρᾶες διατρίβουσαι ἐδέχοντο τοὺς βουλομένους καταμεθυσθῆναι. Μένανδρος Ἐπιτρέπουσιν·

Οὐκ οἰμώξεται
καταφθαρεὶς ἐν ματρυλείῳ τὸν βίον;

Ita Meurs. Bibl. Att. p. 1553. D. Hemsterh. ad Polluc. II. p. 839. et Kusterus ad Suid. l. l. Legitur vulgo κατὰ τρεῖς, pro quo Harpocrat. p. 116. καταφθαρεῖσθαι, quod servans Grot. Exc. p. 721. locum ita edidit: οὐκ οἰμώξετε Καταφθαρεῖσθ' ἐν ματρυλλείῳ (sic) τὸν βίον.

Athenaeus III. p. 119. e. Ἀττικοὶ δὲ οὐδετέρως λέγουσι

(sc. τὸ τάριχος) — καὶ ἐπὶ αἰτιατικῆς Μένανδρος Ἐπιτρέπουσιν·

Ἐπέπασ' ἐπὶ τὸ τάριχος ἅλας, ἂν οὕτω τύχῃ.

Eustath. ad Hom. Vol. I. p. 78. extr. κατὰ δὲ Ἡρωδιανὸν καὶ τάριχος ἑκατέρως λέγεται, τὸ τάριχος γὰρ καὶ ὁ τάριχος· φέρει δ' ἐκεῖνος καὶ χρῆσιν ἀμφοῖν. Μένανδρος· ἐπέπασα ἐπὶ τὸ τάριχος ἅλας. Lexicon Graec. edit. ab Hermanno p. 325. καὶ Μένανδρος ὁμοίως φησίν· ἐπέπασα ἐπὶ τὸ τάριχος ἅλας, ἂν οὕτω τύχῃ. Sine corruptelae suspicione laudavit h. l. Valcken. ad Herod. I. p. 66. Schweigh. conjecit: ἐπέπασ' ἅλας ἐπὶ τὸ τάριχος. Hermannus autem l. l. sic:

ἐπιπάσω
ἐπὶ τὸ τάριχος ἅλας ἄν, ἢν οὕτω τύχῃ.

De ἐπιπάσω non dubitandum videtur. Postrema nescio an ita lenius corrigas ἐάν γ' οὕτω τύχῃ. Ἐάν γ' pro ἐάν requiro etiam in Ararote ap. Suid. I. p. 164. de quo loco vide Toupium in Suid. p. 30. Lips., Alexide ap. Athen. p. 441. c. et Sopatro ibid. p. 160. f. ubi praeterea leg. ἴδω pro εἴδω.

Priscian. XVIII. p. 1168. ἀρτίως καὶ ἄρτι et praeteritum paullo et praesens significat apud illos. Euripides Hippol. (908.) ἣν ἀρτίως ἔλειπον, εἰς φάος τόδε Οὔπω χρόνον παλαιὸν εἰσεδέρκετο. — Menander ἐν Ἐπιτρέπουσιν (ita Putschius, ut conj. Casaub. ad Athen. p. 119. e.: Aldus ἐπιτρίτοις)· εἴσειμι πρός σε, κείνην λέγεις, ἄρτι γὰρ νοῶ. Romani quoque adverbium modo in eadem utriusque temporis significatione ponunt. Ita Putschius. Aldus vero εἴσειμι πρός σε, κείνην δέ γ' εἰς ἄρτι κατανοῶ. Meursius Bibl. Att. p. 1553. B. εἴσειμι πρὸς ἐκείνην· ἄρτι γὰρ νοῶ. Mihi non liquet.

Schol. Eurip. Phoen. 1161. τύφεσθαι τὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς συγκεχύσθαι. Μένανδρος ἐν Ἐπιτρέπουσιν·

Ἐξετύφην μὲν οὖν
κλαίουσα.

Jacobs. Nott. Mscr. ἐξετυφόμην pro ἐξετύφην quod recte paenultimam corripit. Vim verbi τύφεσθαι erudite declararunt Hemsterh. ad Hesych. I. p. 491. et Ruhnk. ad Tim. p. 251.

Erotian. Gloss. Hippocr. p. 170. ἐχῖνος, χύτρας εἶδο μεγαλοστόμου καὶ μεγάλης. Μέμνηται τῆς λέξεως — Μένανδρος ἐν Ἐπιτρέπουσιν.

ΕΤΑΙΡΑΙ.

Suidas s. v. ἀναπετῶ, ἀναπετάσω. *Μένανδρος· ἄλλοις ἀναπετῶ ταυτὶ προσελθὼν κοὐκ ἀνέξομ' οὐκέτι. Καὶ ἐν Συνερώσῃ καὶ Ἑταίραις.* Praeterea nemo, quod sciam, hanc fabulam commemoravit. Nam quod Clericus locum a Plutarcho de Sanit. tuend. II. p. 133. servatum huc traxit, nemo imitabitur. Immo vero dubitare licet an recte *Ἑταῖραι* in fabb. Menandricarum indices relatae sint, quo nomine si scripsisset Menander comoediam, vix dubitari potest, quin Athenaeus eam Lib. XIII. commemoraturus fuisset. Itaque vide ne Suidae verba ita corrigi debeant: *καὶ ἐν Συνερώσῃ καὶ ἑτέραις, in Synerosa aliisque comoediis.* Nisi malis *καὶ ἑτέρωθι.*

ΕΥΝΟΥΧΟΣ.

Dave, cito, hoc credas jubeo, finire dolores
Praeteritos meditor. — Crudum Chaerestratus unguem
Abrodens ait haec. — *An siccis dedecus obstem*
Cognatis? an rem patriam rumore sinistro
Limen ad obscurum frangam? dum Chrysidis udas
Ebrius ante fores extincta cum face canto.
Euge, puer, sapias: dis depellentibus agnam
Percute. — *Sed censen plorabit, Dave, relicta?*
Nugaris: solea, puer, objurgabere rubra.
Ne trepidare velis, atque arctos rodere casses.
Nunc ferus ac violens: at si volet, haud mora, dicas.
Quidnam igitur faciam? nec nunc cum accersat, et ultro
Supplicet, accedam? — Si totus et integer illinc
Exieras, nec nunc. —

Sunt Persii versus Sat. V. 161 sqq. ad quem locum vetus glossator hanc adnotationem adscripsit: '*Hunc locum e Menandri Eunucho traxit, in quo Davum servum Chaerestratus adolescens alloquitur, tanquam amore Chrysidis derelictus, idemque tamen ab ea revocatus ad illam redit. Apud Terentium personae immutatae sunt.* Recte; nam Davo Menandri apud Terentium Parmenonis, Chaerestrato Phaedriae, Chrysidi Thaidis nomen impositum est; denique qui Terentio Laches, eum Menandro Simonem appellatum fuisse testatur Donatus ad V, 6, 1., qui praeterea Menandreae fabulae meminit ad III, 3, 1. III, 4, 1. IV, 6, 31. Postrema illa apud Persium: *quidnam igitur faciam* etc. apprime conveniunt cum Terentianis in eo limine fabulae:

Quid igitur faciam? non eam, ne nunc quidem,
Cum accersor ultro?

ex quo quam presse uterque poeta Menandri vestigia sequutus sit, intelligitur. Particulam, Menandreorum servavit Donatus: εἶτα τί ποιήσω. Eundem locum ante oculos habuit Horat. Serm. II, 3, 260 sqq. cfr. Casaub. de Pers. Horatii imitat. p. 551. Quae vs. 169. leguntur:

— solea objurgabere rubra,

ea respondent Terentianis I, 1, 25.:

dabis ultro ei supplicium —

et V, 7, 4.:

Utinam tibi commitigari videam sandalio caput.

In graecis Menandri fuisse verbum βλαυτοῦν suspicantur Casaub. l. l. p. 491. et Jungerm. ad Polluc. VII, 87. Equidem poetam σανδαλίῳ τύπτεσθαι dixisse puto. Sic enim Palladas Alex. in Brunckii Anal. II. p. 409.

εἰ δ', οὐ σανδαλίῳ, φῄς, τύπτομαι, οὐδ' ἀκολάστου
οὔσης μοι γαμετῆς, χρή με μύσαντα φέρειν.

ubi cum postrema verba manifesto e Menandri loco ap. Stob. LXX. p. 438. Gesn. desumpta sint, probabile est, ne prima quidem ex alio fonte fluxisse. Eadem scena vs. 31. Terentius Parmenonem haec dicentem facit:

Si sapis,
Neque praeterquam quas ipse amor molestias
Habet, addas, et illas, quas habet, recte feras.

Menandrea quae his respondent, habes apud Stob. Serm. CVI. p. 568. Gesn. CVIII. p. 454. Grot.

Μὴ θεομάχει, μηδὲ προσάγου τῷ πράγματι
χειμῶνας ἑτέρους, τοὺς δ' ἀναγκαίους φέρε.

Sine causa Grotius τοὺς ἀναγκαίους φέρε. Aliud ex hac fabula fragm. servavit Donat. ad IV, 4, 22. *Erravit Terentius non intelligens Menandricum illud* οὗτός (alii αὐτός) ἐστι γαλεώτης γέρων. *Ait autem stellionem, animal quod lacertae non dissimile est; maculoso corio.* Terentii verba haec sunt:

Hic est vietus vetus veternosus senex
colore mustellino.

ubi Bentlejus Menandrei loci ductu et indicio *colore stellionino* reposuit, quod an recte fecerit, nunc non disputo. Terentii patrocinium qui suscepit Turnebus Advers. XII, 10. satis jam confutatus est a Salmasio Exerc. Plin. p. 532 qui omnino consulendus, cll. Bocharto Hierozoic. T. I. p. 1087. 40. Idem Menandri locus apud Suidam latet I.

p. 350. ἀσκαλαβώτης, ὁ γαλεώτης, οὐχὶ καλαβώτης· μᾶλλον δὲ γαλεώτης. Μένανδρος· Οὑτοσὶ δὲ γαλεώτης γέρων, a quorum verborum sensu multum aberravit interpres latinus: *hic vero senex stellionis instar callidus.* Eodem respexit Gramm. Seguer. I. p. 452. ἀσκαλαβώτην, οὐχὶ καλαβώτην λέγουσι, μᾶλλον δὲ γαλεώτην. Μένανδρος οὕτως. ubi observa itidem legi καλαβώτην, quod ap. Suidam Kusterus in κωλώτην mutari voluit. Similem formam σκαλαβώτης habes in versu inc. poetae ap. Euseb. Praep. Evang. V. p. 170. ζώοισιν λεπτοῖσι κατοικιδίοις σκαλαβώταις.

Terentium in hujus quoque fabulae oeconomia passim a graeco exemplari recedendum sibi putavisse, vel illud indicium est, quod ipse in Prol. 30 sq. his verbis profitetur:

> Colax Menandri est: in ea est parasitus Colax,
> Et miles gloriosus: eas se hic non negat
> Personas transtulisse in Eunuchum suam.

Hinc non mirum est, nihil in Terentiana fabula reperiri, quod his Menandri versibus respondeat a Stob. Serm. XXIX. p. 198. Gesn. servatis:

> Πάντα τὰ ζητούμενα
> δεῖσθαι μερίμνης φασὶν οἱ σοφώτατοι.

Ita enim legendum videtur e Clemente Alex. Strom. V. p. 235. Sylb. Stobaeus σοφώτεροι. Nec magis constat ubi proverbio συστομώτερος σκάφης a Photio p. 382. Suida III. p. 413. et Zenob. V, 95. (ubi male legitur Μένανδρος ἐν τοῖς Εὐνούχοις) memorato locus esse potuerit. Denique e nostra fab. vocem σιτοβολεῖα (sic enim recte Cod. pro edito σιτοβόλια) affert Pollux IX, 45., qui cum X, 137. voc. ῥίσκος novae Comoediae poetis frequentatum dicit, videtur etiam ad Menandri Eunuchum respexisse. Utitur eo Terentius IV, 6, 16.

Ε Φ Ε Σ Ι Ο Σ.

Harpocrat. p. 108. κυκλοὶ ἐκαλοῦντο οἱ τόποι, ἐν οἷς ἐπωλοῦντό τινες. ὠνομάσθησαν δὲ ἀπὸ τοῦ κύκλῳ περιεστάναι τοὺς πωλουμένους. Μένανδρος Ἐφεσίῳ·

> Ἐγὼ μὲν ἤδη μοί δοκῶ, νὴ τοὺς θεούς,
> ἐν τοῖς κύκλοις ἐμαυτὸν ἐκδεδυκότα
> ὁρᾶν κύκλῳ τρέχοντα καὶ πωλούμενον.

Verba sunt hominis, servi fortasse, qui ob facinus nescio

quod timet, ne in catasta collocatus venumdetur. Vulgo legitur ἐγὼ μὲν οὖν ἤδη. Correxerunt jam ante Bentl. p. 30. Scaliger ad Propert. IV, 5, 42. Casaub. ad Diog. Laert. VI, 32. et alii, quos laudat Porson. Advers. p. 268. Contra addendum οὖν in Cratini loco ap. Schol. Arist. Av. 767. καὶ πρῶτα μὲν οὖν παρὰ ναυτοδικῶν ἀπάγω τρία κνώδαλ' ἀναιδῆ, et ap. Etym. M. p. 269, 32. τοῦτον μὲν οὖν καλῶς διαπηνίκισας λόγον. In Epicratis loco ap. Athen. III. p. 59. c. recte legitur πρώτιστα μὲν οὖν τότ' ἐπέστησαν. At Eustath. Il. p. 864, 31. οὖν omittit. — Vs. 2. ἐκδεδυκότα scripsi praeeunte Casaub. ad Sueton. I. p. 180. Burm. Idem video apud Clericum. Vulgo ἐνδεδυκότα. Mancipia, quum emebantur, exuta vestibus inspicienda se praebere debebant. De κύκλοις istis vide Gronov. Diatr. Stat. I. p. 152.

Athen. IX. p. 385. e. ὀψάριον ἐπὶ ἰχθύος — καὶ Μένανδρος ἐν Ἐφεσίῳ·

Ἐπ' ἀρίστῳ λαβὼν
ὀψάριον·

εἶτ' ἐπιφέρει·

Τῶν ἰχθυοπωλῶν ἀρτίως τις τεττάρων
δραχμῶν ἐπώλει κωβιούς.

Secundam loci partem iterum apposuit Athen. VII. p. 309. e. Μένανδρος Ἐφεσίοις (leg. Ἐφεσίῳ)·

α'. τῶν ἰχθυοπωλῶν ἀρτίως τις τεττάρων
δραχμῶν ἐτίμα κωβιούς. β'. πολλοῦ σφόδρα.

Utrum ἐπώλει an ἐτίμα praestet, non dixerim. Πολλοῦ ante σφόδρα adjecit e conj. Schweighaeuserus. Idem fecerat Salvin. Obs. in Men. p. 157.

Praeterea laudant hanc fab. Suidas I. p. 379. ἔνδυο· τὸ ταχέως, ὡς ἡμεῖς. Μένανδρος Ἐφεσίῳ. Παρέσομαι γὰρ ἔνδυο (ubi ἓν δύο legendum esse vidit Bentl. p. 29. et Tittmann. ad Zonar. p. 754.); et Zenob. VI, 9, ubi cum tritum usu proverbium Τενέδιος ἄνθρωπος explicuisset addit: μέμνηται ταύτης ἐν Ἐφεσίῳ Μένανδρος. Similia tradit Suidas III. p. 446. Explicatius originem proverbii exposuerant Heraclid. de Polit. p. 514. et Aristot. ap. Steph. Byzant. p. 648. qui cognatam commemorant paroemiam Τενέδιος πέλεκυς, ἐπὶ τῶν ἀποτόμως καὶ ὠμῶς τι πραττόντων, et Τενέδιος αὐλητής, ἐπὶ τῶν ψευδομαρτυρησάντων. Hinc parasitus apud Alciphr. III, 69. linguam ὀστράκῳ Τενεδίῳ sibi praecidi optat, quo calumniandi mentiendique potestas sibi eripiatur. Apud Lucianum Philops. Vol. III.

p. 55. Amst. κἀγὼ μέν, ὡς εἶδον αὐτόν, ἐπέπνευσα, τοῦτ' ἐκεῖνο ἥκειν μοι νομίσας, πέλεκύν τινα κατὰ τῶν φυσημάτων, fortasse legendum πέλεκυν Τενέδιον.

ΗΝΙΟΧΟΣ.

Justinus de Monarch. p. 39. περὶ τῶν δοκούντων παρά τισι μετέχειν τοῦ ἁγίου καὶ τελείου ὀνόματος — Μένανδρος ἐν Ἡνιόχῳ λέγει·

Οὐδείς μ' ἀρέσκει περιπατῶν ἔξω θεὸς
μετὰ γραός, οὐδ' εἰς οἰκίαν παρεισπεσὼν
ἐπὶ τοῦ σανιδίου. τὸν δίκαιον δεῖ θεὸν
οἴκοι μένειν σώζοντα τοὺς ἱδρυμένους.

Eundem locum servavit Clem. Alex. adv. Gent. p. 22. Sylb. Μένανδρος γοῦν ἐν Ἡνιόχῳ ἐν Ὑποβολιμαίῳ τῷ δράματι· Οὐδείς μ' ἀρέσκει κτλ. ubi qui verba ἐν Ὑποβολιμαίῳ deleri jubet Clericus, docere debebat, unde irrepserint. Scrib. videtur ἐν Ἡνιόχῳ καὶ ἐν Ὑποβ., non quo iisdem in utraque fabula versibus poetam usum fuisse putem (quamquam ne hoc quidem improbabile videbitur comparanti Athen. III. p. 104.; nec alia desunt exempla), sed quod similem Clemens in Hypobolimaeo sententiam se legere meminerat. Simile quid in Dardano et Xenologo factum esse, colligas e Theone Soph. IV. p. 63, cujus verba ad Xenologum adscripsi. — Vs. 1. color apparet Euripideus. Sic enim ille Hippol. 106. οὐδείς μ' ἀρέσκει νυκτὶ θαυμαστὸς θεός, ubi cf. Valck. — Vs. 3. ἐπὶ τοῦ σανιδίου i. e. *tabula divinatoria*. V. Lobeck. de Thriis Delph. I. p. 9. Mox δίκαιον θεὸν explico *eum qui vere deus est*. Vid. Salmas. ad Tertull. de Pallio p. 103. et Ruhnk. ad Xen. Mem. IV, 4. — Ceterum postrema nostri fragm. verba inde a τὸν δίκαιον δεῖ θεὸν Clemens omisit, et post σανιδίου addidit μηναγύρτης, quod interpretis est additamentum male sensum assequuti, ut recte judicat Grot. Exc. p. 985.

Apud Stobaeum CVI. p. 568. Gesn. CVIII. p. 455. Grot.:

Ὧν δὲ μὴ αἴτιος τρόπος
τά γ' ἀπὸ τῆς τύχης φέρειν δεῖ γνησίως τὸν εὐγενῆ.

Haec cum vulgo uno tenore continuata legerentur, Grotius ita ad iamb. senarios revocavit: ὧν δὲ μὴ τρόπος αἴτιος Τὰ τῆς τύχης φέρειν δεῖ κτλ. quod firmare potuisset Anti-

phanis versu ap. Stob. I. l. p. 453. τὰ τύχης φέρειν δεῖ γνησίως τὸν εὐγενῆ. Sed frustra. Numeros esse trochaicos viderunt Bentl. p. 30. et Jacobs. ad Athen. p. 187. Primo versu Bentl. dedit: ὧν δέ μ᾽ αἴτιος τρόπος, in quibus μ᾽ αἴτιος ne graecum quidem. Fort. ὧν δὲ μή ᾽στιν αἴτιος. Jacobs. ὧν δὲ μεταίτιος τρόπος scripsit. Debebat certe ὧν μεταίτιος τρόπος. Idem, cum sec. vs. vulgo τό γ᾽ ἀπὸ legeretur, scripsit δ᾽ χ᾽ ἀπὸ τῆς τύχης, quod non intelligo. Sed recte Gesnerus τά γ᾽ ἀπὸ τῆς τύχης. Comicus inc. ap. Athen. p. 485. c. σοφός ἐστιν ὁ φέρων τἀπὸ τῆς τύχης καλῶς. Similiter Alexis ib. p. 124. a. τἀκ τῆς τροφῆς δὲ τῆς καθ᾽ ἡμέραν.

Ammonius p. 31. de discrimine inter ἁρπαγή et ἁρπάγη agens: παρὰ Μενάνδρῳ ἐν Ἡνιόχῳ·

Τὸν δὲ παῖδ᾽ οὐδ᾽ εἴδομεν,
ἀλλ᾽ ἁρπαγὴν αὐτῷ κατασκευάζομεν.

Emendavit Heringa Obs. crit. p. 286. Vulgo τὸν παῖδ᾽ οὐ δίδομεν.

Praeterea ex hac fabula afferuntur haec. Ammon. p. 146. χειμάζειν, τὸ ἐνοχλεῖν, ὡς Μένανδρος ἐν Ἡνιόχῳ. Fort. eundem locum respexit Phryn. Ecl. Att. p. 387. ἐπιχειμάζεις σεαυτόν, Μένανδρος εἴρηκεν ἐπὶ τοῦ λυπεῖν. Vid. ad Plocii Fragm. — Tum Harpocr. p. 33. (vid. supra p. 40. 41.) αὐτολήκυθος. — Photius p. 293. παρῳμίαι, ἐν ὑπεροψίᾳ εἰμί. Μένανδρος Ἡνιόχῳ.

Η Ρ Ω Ε Σ.

Apud Stobaeum Serm. LXI. p. 388. Gesn. LXIII. p. 145. Grot. unde recepit Stephanus Com. Graec. p. 108.:

Δέσποιν᾽, Ἔρωτος οὐδὲν ἰσχύει πλέον,
οὐδ᾽ αὐτὸς ὁ κρατῶν τῶν ἐν οὐρανῷ θεῶν
Ζεύς, ἀλλ᾽ ἐκείνῳ πάντ᾽ ἀναγκασθεὶς ποιεῖ.

Ita recte secundum versum emendavit Bentl. p. 30. Vulgo ὁ κρατῶν ἐν οὐρανῷ θεῶν, articulo omisso.

Ibid. Serm. LXXXVII. p. 498. Gesn. LXXXIX. p. 362. Grot.:

Ἐχρῆν γὰρ εἶναι τὸ καλὸν εὐγενέστατον,
τοὐλεύθερον δὲ πανταχοῦ φρονεῖν μέγα.

Vulgo τὸν καλὸν et τὸν ἐλεύθερον δὲ δεῖ. Vide Bentl. p. 30.

Ibid. Serm. CII. p. 556. Gesn. CIV. p. 429. Grot.

Ὡς οἰκτρόν, ἡ τὰ τοιαῦτα δυστυχῶ μόνη,
ἃ μηδὲ πιθανὰς τὰς ὑποβολὰς ἔχει.

Suidas I. p. 170. ἀναλυθῆναι· τὸ καθαρτικῷ τινι χρήσασθαι φαρμάκῳ. Μένανδρος Ἥρωσιν·

Ἐπιφαρμάκευσον, γλυκύτατ᾽, ἀναλυθεὶς πάλιν.

Idem locus, sed mirifice depravatus, apud Zonar. Lex. p. 202. legitur. Inepte Clericus ἀναλυθῆναι de *alvo solvendo* interpretatur; est potius *incantationibus magico, quo quis obligatus tenetur, vinculo liberari.* Hesychius ἀναλῦσαι, τὸ βεβλαμμένον τινὰ δι᾽ ἐπῳδῆς ἀπαλλάξαι, ubi v. Intpp. et Vir. doctus in Miscell. Observatt. V, 1. p. 92. Contra δεδέσθαι φαρμάκῳ *veneficio defigi et obligari,* unde καταδέσεις *defixiones magicae.* Valck. et Toup. ad Theocr. Id. II, 3. Itaque sensus loci hic est: *tu qui modo magico, quo tenebaris, vinculo solutus es, iterum* καθαρσίῳ *te purga:* hoc enim est ἐπιφαρμακεύσασθαι.

Ammonius p. 137. ἴσθι καὶ γίνωσκε διαφέρει· — καὶ Μένανδρος Ἥρωϊ·

Εὖ ἴσθι, κἀγὼ τοῦτο συγχωρήσομαι.

Ammonii verba mirifice turbata sunt. Vide Valck. Pro Ἥρωϊ legendum videtur Ἥρωσιν. Idem vitium occupavit Athen. X. p. 426. c. ubi de variis vini miscendi rationibus agitur, Μένανδρος ἐν Ἥρωϊ·

Χοῦς κεκραμένου
Οἴνου· λαβὼν ἔκπιθι τοῦτον.

Sine causa Casaub. χοῦν κ. οἴνου λαβών —. Grammaticus apud Bekker. Anecd. Gr. Vol. III. p. 1262. ἀπὸ δὲ τοῦ θηλυκοῦ τοῦ παῖς γίνεται ἡ παιδίσκη καὶ αἱ παιδίσκαι τῶν παιδισκῶν περισπωμένως ὡς μονογενές, τῶν παιδισκῶν τινὶ δούς, παρὰ Μενάνδρῳ ἐν τῷ Ἥρωϊ.

ΘΑΙΣ.

Obiter Menandri Thaidem commemorant Athen. XIII, p. 567. c. ubi fabulas enumerat, quibus meretricum nomina ab auctoribus indita fuere; et Alciphro Epist. II, 4, 135. ubi Glycera Menandro suadet, ut eas ad Ptolemaeum afferat comoedias, quae hujus Dionysum maxime juvare queant, εἴτε Θαΐδας, εἴτε Μισούμενον, εἴτε Θρασυλέοντα κτλ.

Legendum Θαΐδα. Fallitur Berglerus, Menandrum duas hoc nomine fabulas docuisse arbitrans. Extat Martialis epigr. in Menandri Thaidem Lib. XIV, 187.

Haec primum juvenum lascivos lusit amores;
Nec Glycere, vere Thais amica fuit.

Quae recte, ut equidem opinor, interpretatus est Petitus Miscell. III, 3: non tam Glyceram meretriciis artibus excelluisse quam Thaidem, quae vera fuerit amica seu meretrix. Alia ratio placuit Turnebo Advers. IX, 24. Omnino magnam celebritatem adepta videtur haec fabula, in qua famosissimi nominis meretriculam ita suis artificiis utentem introduxerat poeta, ut, quum cujusvis generis homines mira, qua pollebat, blandiloquentia ad se allexisset, neminem tamen constanti amore prosequeretur, sed illud unice spectaret, ut, quos callidissimis fraudibus et venustatis illecebris irretiisset, pecunia emungeret et emunctos excluderet. Lucian. rhet. praec. Vol. III. p. 13. ὑπομειδιάσας τὸ γλαφυρὸν ἐκεῖνο καὶ ἁπαλόν, Αὐτοθαΐδα τὴν κωμικήν, ἢ Μαλθάκην ἢ Γλυκέραν τινὰ μιμησάμενος τῷ προσηνεῖ τοῦ φθέγματος. Propert. Lib. II, 5, 3.

Turba Menandreae fuerat nec Thaidos olim
Tanta, in qua populus lusit Erichthonius.

Idem Lib. IV, 5, 42, quem locum, quoniam e Menandri fab. expressum esse non temere suspiceris, hic totum adscribam:

Nec te Medeae delectent probra sequacis:
Nempe tulit fastus ausa rogare prior:
Sed potius mundi Thais pretiosa Menandri,
Quum ferit astutos comica moecha Getas.
In mores te verte viri: si brachia jactat,
I comes et voces ebria junge tuas.
Janitor ad dantes vigilet; si pulset inanis,
Surdus in obductam somniet usque seram.
Nec tibi displiceat miles non factus amori,
Nauta nec attrita, si ferat aera, manu.
Aut quorum titulus per barbara colla pependit,
Cretati medio cum saluere foro.
Aurum spectato, non quae manus adferat aurum.

In his multa apte comparari poterunt cum Philostrati Epist. LXVIII, p. 947. Pretiosam vocat Propertius Thaidem, utpote noctes suas magno vendentem, quamquam non minus recte de pretioso ac splendido, quo a Menandro in scenam producta fuerit, corporis vestiumque cultu intelligas. Tunica ad talos demissa Menandri Thaidem in scenam prodiisse, discimus e Varronis fragmento apud Nonium Marcellum s. v. *demittere* et *tunica*. Pulcerrimum fabulae nostrae fragm. servavit Plutarch. de aud.

poet. p. 19. a. ὁ Μένανδρος ἐν τῷ προλόγῳ τῆς Θαΐδος πεποίηκεν.

'Εμοὶ μὲν οὖν ἄειδε τοιαύτην, θεά,
θρασεῖαν, ὡραίαν δὲ καὶ πιθανὴν ἅμα,
ἀδικοῦσαν, ἀποκλείουσαν, αἰτοῦσαν πυκνά,
μηθενὸς ἐρῶσαν, προσποιουμένην δ' ἀεί.

Venuste poeta Thaidis mores, quales in ipsa fabula descripturus erat, his versibus proponit. Quod sec. versu habes *θρασεῖαν*, compares cum Ovidii A. A. III, 604. *Ut sis liberior Thaide, finge metus.* Quae ultimo versu leguntur μηθενός, sive ut Clericus dedit, μηδενὸς ἐρῶσαν, προσποιουμένην δ' ἀεί, docent Thaidem a Menandro in ipsa fabula simili modo informatam fuisse, quo Terentillam a Naevio in cognomine fabula apud Nonium et Isidorum Origg. I, 25. p. 837. quem locum hic apponam:

Quasi in choro pila
Ludens datatim dat se, et communem facit.
Tenet alium, alii adnictat, at alibi manus
Est occupata, et alii percellit pedem.
Alii dat osculum exspectandum de labris.
Alium invocat, cumque alio cantat, attamen
Alii dat digito litteras.

Adscripsi haec partim e nostra partim e Scaligeri emendatione ad Varron. VI. p. 251. Nam Rigaltius ad Artemid. I. p. 251. nihil medelae attulit. De Naevio horum versuum auctore dubites. Ennio eum depravata Isidori lectione deceptus tribuit Stephan. Fragm. vett. poett. p. 131. unde petiit Wieland. ad Horat. Epist. II. p. 95. Nec male cum Menandreis compares Pomponii versum ap. Priscian. VI. p. 69. b. *blanda, fallax, impotens, Superba, discors.* Similia vide ap. Lindenbrog. ad Terent. Eunuch. IV, 5, 9.

Reliqua fragmenta haec sunt. Apud Paul. Apost. ad Cor. I, 15.

Φθείρουσιν ἤθη χρήσθ' ὁμιλίαι κακαί.

„Memini me in uno ex vetustis exemplaribus N. T. legere „haec verba margini adscripta. Μενάνδρου τοῦ κωμικοῦ „γνώμη ἐν Θαδίᾳ, ubi tamen merito quis suspicetur scrib. „potius Θαΐδι: ac certe (ut verum fatear) propemodum „oculos fugiebant postremae hujus vocis litterae." Sunt H. Stephani verba in Comic. gr. p. 351. cll. Fabricio Bibl. Gr. II. p. 463. Menandro hunc versum tribui etiam ab Hieronymo in Tit. I. et in Galat. IV. monuit Clericus. Tanquam Euripidis versus laudatur a Socrate Hist. Eccl. III, 16. Sine auctoris nomine legitur ap. Clem. Alex. Paed.

ΘΕΟΦΟΡΟΥΜΕΝΗ.

Respexisse videtur ad hanc fabulam Alciphro Epist. II, 4, 164. ubi Glycera ad Menandrum: μαντεύσαιτο ἡ Φρυγία τὰ συμφέροντα κρεῖσσον τῆς θεοφορήτου σου κόρης, ex quo de argumento fabulae conjicere licet, quod indicat etiam locus apud Stob. Serm. p. 15. Grot.:

Ὁ πλεῖστον νοῦν ἔχων
μάντις τ' ἄριστός ἐστι, σύμβουλός θ' ἅμα.

quae non dubium est quin apud Menandrum in ipsam illam θεοφορουμένην h. e. *fatidicam mulierculam*, cfr. Wyttenb. ad Plutarch. p. 54. c., dicta fuerint. Edidi autem hunc locum ita, ut Grotius eum e Cod. restituit. In reliquis Stob. editt. non modo mutilus exhibetur (totus enim deest senarius μάντις — ἅμα) sed etiam male cum alio fragm. coaluit, quod haud scio an non recte Clericus ad eandem hanc fab. retulerit. Nos inter Incerta exhibuimus. Partic. τε post μάντις debetur Salvinio Observ. in Men. p. 158. et Porsono Advers. p. 192. Grotius μάντης edidit, quam formam Lexicographi nostri proscribere debebant. Ceterum hic quoque imitatus est noster Euripidem, cujus notissimus est versiculus:

μάντις τ' ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς,

ap. Plutarch. de defect. orac. p. 432. c. et, qui latine reddidit, Cicer. de divin. II, 5. Similiter idem Eurip. Helen. 766. γνώμη τ' ἀρίστη μάντις ἥ τ' εὐβουλία. cfr. Theocr. Idyll. 21, 33. a Jacobsio laudatum. Egregium fabulae fragm. servavit Stobaeus CIV. p. 565. Gesn. CVI. p. 442. Grot.:

Εἴ τις προσελθών μοι θεῶν λέγοι· Κράτων,
ἐπὰν ἀποθάνῃς, αὖθις ἐξ ἀρχῆς ἔσει·
ἔσει δ' ὅ,τι ἂν βούλῃ, κύων, πρόβατον, τράγος,
ἄνθρωπος, ἵππος. δὶς βιῶναι γάρ σε δεῖ·
εἱμαρμένον τοῦτ' ἔστιν· ὅ,τι βούλει δ' ἑλοῦ·
ἅπαντα μᾶλλον, εὐθὺς εἰπεῖν μοι δοκῶ,
ποίει με πλὴν ἄνθρωπον· ἀδίκως εὐτυχεῖ
κακῶς τε πράττει τοῦτο τὸ ζῶον μόνον.
ὁ κράτιστος ἵππος ἐπιμελεστέραν ἔχει
ἑτέρου θεραπείαν· ἀγαθὸς ἂν γένῃ κύων,
ἐντιμότερος εἶ τοῦ κακοῦ κυνὸς πολύ.
ἀλεκτρυὼν γενναῖος ἐν ἑτέρᾳ τροφῇ
ἐστὶν, ὁ δ' ἀγεννὴς καὶ δέδιε τὸν κρείττονα.

ἄνθρωπος ἐὰν ᾖ χρηστὸς, εὐγενὴς σφόδρα,
γεννναῖος, οὐδὲν ὄφελος ἐν τῷ νῦν γένει.
πράττει δ᾽ ὁ κόλαξ ἄριστα πάντων, δεύτερα
ὁ συκοφάντης, ὁ κακοήθης τρίτα λέγει.
ὄνον γενέσθαι κρεῖττον ἢ τοὺς χείρονας
ὁρᾷν ἑαυτοῦ ζῶντας ἐπιφανέστερον.

Recepit hunc locum Stephanus Com. Gr. p. 117. et ad incertae sedis fragmenta retulit Clericus p. 248. Ac deest fabulae nomen in edit. Gesneriana. Grotius autem in margine adscripsit *Menander Incito*, fort. operarum errore pro *Incita*. Vs. 1. bene Gesnerus et Grot. *Κράτων* pro vulg. *κρατῶν*, quod servans Stephanus vertit: *si quis prehensa dixerit mihi manu.* — Vs. 2. lepide usus est Vespasianus, teste Sueton. cap. 23. *de Cerylo liberto, qui dives admodum, ob subterfugiendum quandoque jus fisci, ingenuum se et Lachetem mutato nomine coeperat ferre:*

ὦ Λάχης, Λάχης,
ἐπὰν ἀποθάνῃς αὖθις ἐξ ἀρχῆς ἔσει
Κηρύλος.

Vs. 4. δὶς βιῶναι. Ita Gesn. in margine pro διαβιῶναι. Recepit Grotius. — Vs. 16. respexit Athen. p. 248. c. ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτὸς περὶ κολάκων ἐρωτῶ, Πράττει γὰρ πάντων ὁ κόλαξ ἄριστα, ὁ καλὸς εἶπε Μένανδρος, quae intpp., cum sedem fragmenti ignorarent, importunis conjecturis vexarunt. Idem locus ap. Schol. Eurip. Hipp. 426. ὁ βίος ἥδεται πονηροῖς, ὡς Μένανδρος· Πράττει δ᾽ ὁ κόλαξ ἄριστα πάντων, δεύτερα ὁ συκοφάντης, ὁ κακοήθης τρίτα λέγει· quam χρῆσιν foede depravatam exhibuit Lindenbr. ad Terent. II. p. 113. a. West. — Vs. 17. pessime interpolavit Grotius. V. Bentl. p. 92. — Vs. 18. et 19. omisso auctoris nomine sunt ap. Plutarch. Symp. p. 739. f. ex quo hoc certe proficimus, ut Cratonem illum senis personam sustinuisse discamus.

Athen. X. p. 504. a., ubi de formula περισοβεῖν ποτήριον, καὶ πάλιν Μένανδρος ἐν Θεοφορουμένῃ·

Καὶ ταχὺ
πάλιν τὸ πρῶτον περισοβεῖ ποτήριον
αὐτοῖς ἀκράτου.

Illustravit hanc dictionem Bergler. ad Alciphr. I, 22. et Valcken. ad Callim. Eleg. p. 259. *Bacchum rotare* hoc sensu dixit Sidonius Apollin. ap. Taubm. ad Plauti Mostell. I, 4, 38. Eadem potestas verbi κυκλοῦν. Lycophro

ap. Diog. Laert. II, 140. *βαιὰ κύλιξ αὐτοῖς κυκλεῖται.* Critias Athen. p. 432. e. *κυκλοῦν θασίου ἄγγεα.*

Idem XI. p. 472. b. *θηλυκῶς δὲ τὴν Θηρίκλειον εἶπε Μένανδρος ἐν Θεοφορουμένῃ·*

Μέσως μεθύων τὴν Θηρίκλειον ἔσπασεν.

Articulum inseruit Schweighaeuser. Porson. Adv. p. 292. *μέσως δὲ μεθύων.* — Praeterea bis nostrae fab. meminit Schol. Plat. Ruhnk. p. 12. *παροιμία δεύτερος πλοῦς. μέμνηται ταύτης Μένανδρος Θεοφορουμένῃ,* et p. 142. *ἀπὸ μηχανῆς θεὸς ἐπιφάνης. Μένανδρος Θεοφορουμένῃ.* Idem scholion e cod. Darmst. edidit Creuzerus ad Plotin. de Pulcrit. p. 534. ubi male legitur *ἐν Θεοφορουμέναις.*

ΘΗΣΑΥΡΟΣ.

Latine hanc Menandri fabulam reddidisse Lavinium, sive, ut alio loco vocatur, Luscium, recte, ni fallor, colligunt e Terentii Prol. Eunuch. 10. ad quem locum vetus interpres latinae fabulae argumentum his verbis exposuit: *Adolescens, qui rem familiarem nequitia prodegerat, servum mittit ad patris monumentum, quod senex sibi vivus magnis opibus apparaverat, ut id aperiret illaturus epulas, quas pater post annum decimum caverat sibi inferri. Sed eum agrum, in quo monumentum erat, senex quidam avarus ab adolescente emerat. Servus ad aperiendum monumentum auxilio usus senis, thesaurum cum epistola ibidem reperit. Senex thesaurum, tanquam a se per tumultum hostilem defossum, retinet et sibi vindicat. Adolescens judicem capit: apud quem prior senex, qui aurum retinet, causam suam sic agit* etc. Hunc locum ideo totum adscribendum putavi, quod probabile est, Luscium, si summam rei spectes, Menandreae fabulae ordinem et oeconomiam retinuisse. Ex quo intelligitur, non recte fecisse Boettigerum, qui senem illum, qui thesaurum in monumento summis opibus exstructo absconderat, apud Menandrum Chremetis nomen habuisse colligere sibi visus sit ex Horatio Epod. I, 33.

— haud paravero,
Quod aut avarus ut Chremes, terra premam,
Discinctus aut perdam ut nepos.

Quibus verbis respici ad Menandri fabulam, in qua Chremes, avarus senex, thesaurum terra condiderit, monuit sane

sane vetus interpres Horatii; eam vero fabulam non fuisse Thesaurum, facile intelliget, qui paullo attentius Donati verba perpenderit, in quibus nihil reperias, quod conveniat Chremeti h. e. avaro et sordido foeneratori. Has enim partes tribuisse Menandrum Chremeti suo, docet acerrimus Menandri imitator, Alciphro Epist. III, 3., ubi habes δανειστὴν Χρέμητα πρεσβύτην φιλοκερδῆ.' Nec obstat Sidonius Apollin. I, 11. p. 13. *ut familiae superiori per filiam saltem quamquam honestissimam jungeretur, contra rigorem civici moris, splendidam, ut ferunt, dotem Chremes noster Pamphilo suo dixerat.* Ac passim Menandrum φιλαργύρους in fabulis suis tetigisse, diserte testatur idem Alciphro II, 4, 50. Nec dubito quin Menandrum auctorem habeant, quae leguntur apud Plutarch. Symp. V. p. 676. c. καὶ τοῦτο ἔστι μὲν ἐν τῇ Κωμῳδίᾳ φιλαργύρου τινὸς ἀκοῦσαι λέγοντος·

Τὰ δ' Ἴσθμι' ἀποδοίην ἂν ἡδέως, ὅσου
ὁ τῶν σελίνων στέφανός ἐστιν ὤνιος.

Neque aliunde profectos suspicor elegantissimos versus, quos idem Plutarch. de aud. poet. p. 18. a sene foeneratore (fortasse Chremete nostro) pronunciatos fuisse significat:

Τάλαντον ἢ προῖξ· μὴ λάβω; ζῆν δ' ἔστι μοι
τάλαντον ὑπεριδόντι; τεύξομαι δ' ὕπνου
προέμενος; οὐ δώσω δὲ κἀν Ἅιδου δίκην
ὡς ἠσεβηκὼς εἰς τάλαντον χρυσίου;

In quibus agnoscis opinor celebratam Menandri elegantiam, artemque mores hominum et ingenia adumbrandi prorsus singularem. Ceterum Menandri Thesaurum commemorat etiam Fronto Anal. Br. II. p. 346.

Τὴν ἄκμην Θησαυρὸν ἔχειν, κωμῳδέ, νομίζεις,
οὐκ εἰδὼς αὐτὴν Φάσματος ὀξυτέρην.

Fragmenta fabulae, quae unus servavit Stobaeus, haec sunt:

Τῆς οὐσίας ὅσοις μὲν οὖν πράως ἔχει,
νέοις ἔτ' οὖσι τοῦτο προστάττειν ποιεῖν·
οἱ δ' εἰς τὸ γῆρας ἀναβολὰς ποιούμενοι,
οὗτοι προσαποτίνουσι τοῦ χρόνου τόκους. —
Πολλοῖς ὑπέκκαυμ' ἐστ' ἔρωτος μουσική. —
Ὅταν δ' ἐρῶντος τόλμαν ἀφέλῃς, οἴχεται,
εἰς τοὺς ἰαλέμους τε τοῦτον ἔγγραφε.

Primum fragm. est Serm. LXI. p. 385. Gesn, LXIII. p. 243. Grot., secundum ibid. p. 386. Gesn. p. 245. Grot., tertium Serm. LXII. p. 398. Gesn. LXIV. p. 265. Grot. — Vs. 1. notanda constructionis ratio. Ex parte tantum similia sunt, qualia collegit Valcken. ad Hippol. 462., velut *οὐκ εὖ σεαυτοῦ τυγχάνεις ἔχων* Philem. ap. Athen. XIII. p. 569. e., *ἡδέως ἔχων ἐμαυτοῦ* Alexid. ibid. X. p. 419. c. et Machon. XIII. p. 581. c. Sed nostro loco simile exemplum nondum se mihi obtulit, nec video quomodo recte explicari possit, nisi *ἔχει* absolute dictum statuas. Vel sic tamen difficultas expedienda restat. Quid enim est *πρῴως ἔχειν τῆς οὐσίας*? quod sive cum Grotio *quibus divitiae dapsiles*, sive cum Salvino Observ. in Menandr. p. 151. *quibus modicae sunt opes* interpreteris, utrumque contra graece loquentium consuetudinem feceris. Nec totius loci sensum capio; profertur a Stobaeo in Sermone, qui est de Venere vulgivaga. His scriptis etiam Jacobsium in isto *πρῴως* offendisse video, quod valde dubito an recte in *ἔρως* mutari voluerit. — Vs. 2. *νέοις ἔτ' οὖσι* debetur Gesnero. Vulgo *νέοις οὖσι*. Mox *προστάττω* scribendum videtur. — Vs. 4. *τοῦ χρόνου τόκους*. Ita Grot. e codice. Vulgo *προσαποτίνουσιν ὡραίους τόκους*, quod tenens Pauwius, probante Huschkio ad Tibulli I, 1, 71., *οὗτοι* in *οὔτοι* mutavit. Ingeniose Bentl. p. 32. *προσαποτίνουσ' ἀωρίας τόκους*. — Vs. 5. In eandem fere sententiam praeter Athen. XII. p. 510. d. Sextus Empir. adv. Music. p. 363. *ἡ μουσικὴ εὐαγωγοὺς εἰς ἀκολασίαν καὶ λαγνείαν παρασκευάζει τοὺς νέους, ἐπείπερ ὁ μουσικευόμενος*

μολπαῖσιν ἡσθεὶς τοῦτ' ἀεὶ θηρεύεται —.

quem versum cum reliquis, qui sequuntur, Menandro tribuit Fabricius. Sunt Euripidis apud Stob. Serm. XXX. p. 133. — Vs. 6. Grotius *ἔρωτος*, quod tenet Pierson. ad Moerin. p. 190. Vulgatam lectionem vindicavit Bentl. p. 32. — Vs. 7., ubi male Grotius *δὲ* scripsit pro *τε*, *ἰάλεμοι* sunt *homines frigidi et excordes*, ut copiose docuerunt intpp. ad Thom. Mag. p. 463. et Valcken. ad Theocr. Adon. p. 390. a. Clericus laudat Zenob. IV. 39.

Quae praeterea e Menandri Thesauro afferuntur, haec sunt. Photius Lex. p. 399. *στράγγα. Μένανδρος Θησαυρῷ·*

Ἄσιτος ἑπτὰ μῆνας, ὕδατος στράγγ' ἔχων.

Etym. Magn. p. 729. 43. *στράγξ, παρὰ τὸ στάζω.* — *καὶ Μένανδρος· ὕδατος στράγγ' ἔχων.* — Suidas II. p. 238. *κανθάρου μελάντερος, παροιμία. Μένανδρος Θησαυρῷ. καὶ*

κανθάρου σοφώτερος, ἐπὶ τῶν πονηρῶν καὶ κακοηθῶν. Phot. p. 98. κανθάρου σοφώτερος, παροιμία. Μένανδρος Θησαυρῷ. In alterutro aliquid turbatum videtur, nisi utroque proverbio in eadem fabula Menandrum usum esse statuas.

ΘΡΑΣΥΛΕΩΝ.

Commemorant hanc fabulam Alciphro II, 4., cujus verba ad Thaidis fragm. adscripsi, et Julianus Misop. p. 349. c. πόλει γὰρ προσιὼν ἐλευθέρᾳ — ἄχαρτος καὶ βαθυγένειος ἐσέδραμον· ἐνόμισας ἂν Σμικρίνην ὁρᾶν ἢ Θρασυλέοντα, δύσκολον πρεσβύτην ἢ στρατιώτην, ex quo loco, quem jam ad Dyscoli fragm. tetigimus, hoc certe discimus, militarem hanc fuisse fabulam, in qua Thrasyleonti, militi jactatori, primariae partes demandatae erant. Ad eandem fabulam respexit Plutarch. non posse suav. vivi sec. Epic. p. 1095. d. οὐδὲ γὰρ Ἱέρων γ' ἂν οὐδ' Ἄτταλος οὐδὲ Ἀρχέλαος ἐπείσθησαν Εὐριπίδην καὶ Σιμωνίδην ἀναστήσαντες ἐκ τῶν συμποσίων, κατακλῖναι Κάρδακας καὶ Ἀγριᾶνας μεθ' αὐτῶν καὶ Καλλίας γελωτοποιούς, καὶ Θράσωνίδας καὶ Θρασυλέοντας, ὀλολυγμοὺς καὶ κροτοθορύβους ποιοῦντας. Turpilii Thrasyleontem a Nonio aliisque laudatam e Menandrea expressam fuisse probabilis est conjectura Casaub. ad Athen. p. 248. b.

Fragmenta haec sunt. Apud Stob. Serm. XXI. p. 175. Gesn. p. 109. Grot.:

Κατὰ πόλλ' ἄρ' ἐστὶν οὐ καλῶς εἰρημένον
τὸ γνῶθι σεαυτόν· χρησιμώτερον γὰρ ἦν
τὸ γνῶθι τοὺς ἄλλους.

Primo versu legebatur πόλλ' ἂν ἐστι. Correxit etiam Porson. Adv. p. 292. Non minus recte Steph. Com. Gr. p. 408. tacite dedit κατὰ πολλά γ' ἐστιν. Anton. Mel. LXXX. p. 139. ubi idem locus servatus est, κατὰ πολλῶν ἐστιν exhibet. Vs. 2. Steph. et Salvin. Obs. in Men. p. 158. sine causa σαυτόν.

Ibid. Serm. LVII. p. 274. Gesn. LIX. p. 227. Grot.:

Ὁ δεύτερος πλοῦς ἐστι δήπου λεγόμενος,
ἂν ἀποτύχῃ τις πρῶτον, ἐν κώπαισι πλεῖν.

Horum versuum secundus largam criticis ingenii exercendi materiem praebuit. Vulgo ante κώπαισι articulus additur

est. Grotius, cum in Ms. Par. πρῶτον deesse vidisset, ita scripsit:

ἂν νηὸς ἀποτύχῃ τις, ἐν κώπαισι πλεῖν.

quod vel ob νηὸς probari non potest. Aliam rationem Jos. Scaliger tentavit:

ἂν ἀποτύχῃ τις πνεύματος, κώπαισι πλεῖν.

cui similis est conj. Nath. Forsteri ad Plat. Dial. p. 390. et Bergleri ad Alciphr. II, 4.

ἂν ἀποτύχῃ τις οὐρίου, κώπαισι πλεῖν.

quam confirmare videtur Eustath. ad Hom. Vol. III. p. 1453. σημείωσαι δὲ ὅτι πρῶτος ἂν ῥηθείη πλοῦς ὁ ὑπὸ τοῦ Ὁμήρου ὡς ἐῤῥέθη φρασθείς· εἴγε δεύτερος πλοῦς λέγεται, ὅτι ἀποτυχὼν τις οὐρίου κώπαις πλέει, κατὰ Παυσανίαν. Eandem rationem probarunt D'Orvill. ad Charit. p. 370. et Valck. ad Phoen. 216. Eustathii locus nihil probat; is enim non Menandri sed Pausaniae verba refert, quibus usus est etiam Suidas II. p. 528. δεύτερος πλοῦς, ὅτι ἀποτυχών τις οὐρίου κώπαις πλεῖ. Ego quod in vulgata lectione reprehendi queat non video. Sensus, ni fallor, hic est: *secunda dicitur navigatio, si quis priorem, quam unice velorum auxilio fretus susceperat, minus prosperam expertus, in altera remorum auxilium sibi adjungit.* Ita Schol. Plat. Ruhnk. p. 12. δεύτερος πλοῦς ἐπὶ τῶν ἀσφαλῶς τι πραττόντων, καθόσον οἱ διαμαρτόντες κατὰ τὸν πρότερον πλοῦν (ἂν ἀποτύχῃ τις πρῶτον, ubi πρῶτον adverbialiter accipiendum) ἀσφαλῶς παρασκευάζονται τὸν δεύτερον. Sed alia etiam patet ratio, qua ad ἀποτύχῃ ipsum illud οὐρίου vel simile quid subaudiatur, quo posito sententia loci ita constituenda est: *secunda dicitur navigatio, si quis initio ventum minus prosperum expertus remorum auxilio uti cogitur.* Quae ratio, etiam Corayo ad Heliod. II. p. 32. probata, Suidae et Eustathii locis confirmatur. Nihil mutandum esse monuit etiam Vir doctus in Actis Lips. 1711. p. 372., malit tamen: ἂν ἀποτύχῃς τὸ πρῶτον —, cujus mutationis causam video nullam. Si quid novandum praeferam omnino: ἂν ἀποτυχὼν τις πρῶτον ἐν κώπαις πλέῃ. Exempla proverbii larga manu dederunt Gataker ad Anton. Philos. IX. p. 263. et Ruhnk. ap. Wyttenb. ad Platon. Phaed. p. 263.

Harpocrat. p. 177. φιλοσοφεῖν ἀντὶ τοῦ πονεῖσθαι, φάσκειν. Ἰσοκράτης περὶ τῆς εἰρήνης, καὶ Μένανδρος Θρασυλέοντι·

Φιλοσοφεῖ δὲ τοῦθ', ὅπως
καταπράξεται τὸν γάμον.

Emendavit Bentl. p. 33. Vulgo *καταπράξηται*, quod habent etiam Photius Lex. p. 473. et Suidas III. p. 609. Verbum *φιλοσοφεῖν* eodem sensu legitur apud Herod. I, 30. et Machonem Athen. p. 581. f.; *φιλόσοφος* de homine solerti dixit Xenarchus Athen. p. 225. c. Isocratis locus extat T. I. p. 158. Cor. In verbis Harpocrationis quid *φάσκειν* sibi velit nescio. Morus ad Isocr. Paneg. I. p. 5. conjunxit *πονεῖσθαι φάσκειν*, *exerceri ad dicendum*, quod ferri non potest.

Athenaeus VI. p. 248. a. *Μένανδρος δὲ τὸν ἄχρηστον καὶ μάτην τρεφόμενον σιτόκουρον εἴρηκεν ἐν Θρασυλέοντι οὕτως·*

[Ὡς] ὀκνηρὸς πάντα μέλλων σιτόκουρος ὁμολογῶν
παρατρέφεσθαι.

Constitui haec ad mentem Porsoni Adv. p. 74. Vulgo deest *ὡς* et inter *σιτόκουρος* et *ὁμολογῶν* inseruntur verba *ἄθλιον ἄχρηστον εἰς γῆν*. Sic enim Ms. A. habet, non ut vulgo editur, *ἄθλιος ἄχρηστος εἰς γῆν*, quae e sequente Menandri fragm.: *σιτόκουρον ἄθλιον ἄχρηστον εἰς τὴν οἰκίαν εἰλήφαμεν*, temere repetita sunt. Non uno vitio laborat Grotii ratio Excerpt. p. 725. temere probata Schweighaeusero. Verbum *πανταμέλλω* e barbariae specubus adscitum. Partem fragm. servavit etiam Eustath. Vol. III. p. 1854. ὅτι ὃς *ἀεργὸς χοίνικος ἐθέλει ἅπτεσθαι καὶ μάλιστα νέος ὢν κληθείη ἂν σιτόκουρος κατὰ τὸ Ὀκνηρὸς πάντα μέλλων σιτόκουρος, ὥ φησι Μένανδρος.* De *παρατρέφεσθαι* recte monet Casaub. vertendum esse *immerentem et indignum ali, tanquam vile quoddam mancipium*, quam verbi vim optime nuper declaravit Schaeferus Ind. ad Greg. Cor. p. 1041. cujus observatis adde Demosth. *περὶ παραπρεσβ.* p. 403. *ἐπὶ τῷ τριταγωνιστεῖν ἀγαπητῶς παρατρεφόμενον*. Proprium ac solenne fuit de parasitis, ut apud Antiphanem Athenaei p. 242. e.

Denique Grammat. Seguer. I. p. 399. *ἀνέῳγεν· οὐχὶ ἤνοιγε, καὶ ἀνεῴγετο λέγουσι. καὶ Θρασυλέοντι· γ ἢ δ. ἡ δ' ἀνέῳγε τὴν θύραν.* Menandri nomen hic excidisse non dubito. Idem locus, neque auctoris neque fabulae nomine addito, latet apud Suid. I. p. 197. Vide quae ad Thessalae fragm. diximus. Sub obscuris istis siglorum involucris quid lateat, haud facile dixerim. Fort. scrib. *καὶ [Μένανδρος] Θρασυλέοντι β· ἡδὶ δ' ἀνέῳχε τὴν θύραν.* Ceterum quod in verbis Grammatici Seguer. auctoris nomen

excidisse vidimus, idem alia ejusdem Grammatici loco factum suspicor p. 445. ἄρκτον, οὐχὶ ἄρκον· Ὀδυσσεὺς ἐν ἀριστέρ' ἀεὶ τὴν ἄρκτον ἔχων λάμπουσαν ἕως ἂν εὐφερής. Quae ita corrigi posse videntur: Κρατῖνος Ὀδυσσεῦσιν·

ἐπ' ἀριστέρ' ἀεὶ τὴν ἄρκτον ἔχων λάμπουσαν ἕως ἂν ἐφευρῃς.

Sunt Calypsus verba ad Ulyssem, quod docet Odyss. IV, 277.

Τὴν γάρ (sc. ἄρκτον) δή μιν ἄνωγε Καλυψώ, δῖα θεάων, ποντοπορευέμεναι ἐπ' ἀριστερὰ χειρὸς ἔχοντα.

Lusisse hac fabula Cratinum Homeri Odysseam, etiamsi non diserte testatum reliquisset Platonius de Com. p. XI., tamen fidem facerent loca e nobilissimo dramate servata.

Praeter haec ex eadem Menandri fabula Lambinus ad Horat. Epist. I, 11, 10. p. 346. hunc locum affert:

ὡς ἡδὺ μὲν θάλατταν ἀπὸ γῆς ὁρᾶν,
ὦ μῆτερ, ἐστὶ μὴ πλέοντα μηδαμοῦ.

Sed non est Menandri hic locus, quem Lambinus e Stobaeo Serm. LVI. p. 376. Gesn. petiit, ubi in margine adscriptum legitur: *Callimachi alias Archippi.* Prius arripuit Ruhnk. ad Callim. Fragm. p. 571., sed retractavit sententiam in Epist. crit. II. p. 189., in eo tamen falsus, quod Lambino praeeunte Menandro hunc versum tribuit. Lambini error inde fluxit, quod ejus oculi ad sequens ap. Stob. fragmentum, quod e Menandri Thrasyleonte petitum est, aberrarent. Quare dubitari non potest, quin Archippo comico locus ille tribuendus sit, idque etiam numerorum conformatio docet. Priori versu ἀπὸ τῆς γῆς scribendum videtur, ut correxit etiam Scaliger Proverb. Stromat. p. 153., quem quid moverit, ut doricas formas praeferret ἀδὺ et ἀπὸ τᾶς γᾶς, non intelligo; probavit tamen Eichstadt Suspic. IV. p. 198. Doederlein Specim. Sophocl. p. 105. ἀπὸ γῆς εἰσορᾶν conjecit. Eodem jure possis ἔσθ' ὁρᾶν. Ceterum ex hoc Archippi loco et Eurip. fragm. ap. Plut. Symp. II, 1. p. 630. E. colorem duxit Epictetus ap. Schweigh. T. III. p. 104. ὡς ἡδὺ τὴν θάλασσαν ἀπὸ γῆς ὁρᾶν, οὕτως ἡδὺ τῷ σωθέντι μεμνῆσθαι τῶν πόνων.

ΙΕΡΕΙΑ.

Hac fabula, cujus obiter mentionem injecit Zenob. V, 39. ὄνου παρακύψεως. μέμνηται ταύτης Μένανδρος ἐν Ἱερείᾳ, ἐπὶ τῶν καταγελάστως συκοφαντουμένων, quibus verbis similia

legas ap. Suid. II. p. 699. hac fabula igitur Menander mulierem quandam induxisse videtur, liberaliter illam quidem educatam, sed superstitionis contagio, communi istius aetatis morbo, adeo contaminatam, ut conditionis suae prorsus oblita inter Cybeles sacrificulas nomen profiteretur suum, et denique ob temeritatis et impudentiae procederet, ut per vicos et plateas libere vagata aeris tinnitu et cymbalorum sonitu quicquid vellet a deorum matre se impetrare posse jactaret. Apposite Clericus laudat Arnob. VII, 17. *etiam dii sertis coronis afficiuntur et floribus? etiamne aeris tinnitibus et quassationibus cymbalorum?* Cfr. Vossius ad Virgil. Georg. I. p. 139. Isti mulierculae poetam Rhodes nomen indidisse docent fragmenta quae supersunt, quorum alterum servavit Justinus de Monarch. p. 39. E., alterum Stobaeus Serm. LXXII. p. 437. Gesn. LXXIV. p. 321. Grot.:

Οὐδεὶς δι᾽ ἀνθρώπου θεὸς σώζει, γύναι,
ἑτέρου τὸν ἕτερον· εἰ γὰρ ἕλκει τὸν θεὸν
τοῖς κυμβάλοις ἄνθρωπος εἰς ὃ βούλεται,
ὁ τοῦτο ποιῶν ἐστι μείζων τοῦ θεοῦ.
ἀλλ᾽ ἔστι τόλμης καὶ βίου ταῦτ᾽ ὄργανα
εὑρημέν᾽ ἀνθρώποις ἀναιδέσιν, Ῥόδη,
εἰς καταγέλωτα τῷ βίῳ πεπλασμένα. —
Τοὺς τῆς γαμετῆς ὅρους ὑπερβαίνεις, γύναι,
τὴν αὐλίαν· πέρας γὰρ αὔλιος θύρα
ἐλευθέρα γυναικὶ νενόμιστ᾽ οἰκίας·
τὸ δ᾽ ἐπιδιώκειν εἰς τε τὴν ὁδὸν τρέχειν,
ἔτι λοιδορουμένην, κυνός ἐστ᾽ ἔργον, Ῥόδη.

Vs. 2. Grotius in Excerpt. p. 725. dedit *ἕλκοι*, sine causa. — Vs. 5. *καὶ βίου ταῦτ᾽ ὄργανα.* Bentlejus, qui haec verba sine corruptelae suspicione laudaverat ad Horat. Carm. III, 19, 27., in Menandreis p. 33. *βίας ταῦτ᾽ ὄργανα* legendum conjecit, Clericus comparat Orac. Chald. 289. *τάδ᾽ ἀθύρματα πάντα ἐμπορικῆς ἀπάτης στηρίγματα.* Adde Clement. Alex. Paedag. II. p. 71. Sylb. ubi cymbala et tympana *τὰ τῆς ἀπάτης ὄργανα* vocantur, — Vs. 9. *τὴν αὐλίαν.* Vulgatur ap. Stob. *διὰ τὴν αὐλάν.* Bentl. p. 34., Salmasii vestigia premens, *αὐθαδίᾳ.* Ms. apud Grot. *διὰ τὴν αὐλὰν λίαν*, quod recta via ad genuinam loci scripturam ducit, quam diu ante Toup. ad Suid. I. p. 25. in margine adscripsit Gesnerus. Dicitur autem utrumque, *αὐλία* et *αὐλεία* sive *αὔλιος* (sc. *θύρα*, ut *ἡ κηπαία porta hortensis* apud Hermipp. Athen. p. 658. a.), frustra renitentibus

D'Orvillio ad Charit. p. 217. et Chardon de la Rochette Mel. de crit. I. p. 245. qui unice *αὔλειος* probant. Moeris Att. p. 88. *αὐλία θύρα, ἀττικῶς.* Cfr. Intpp. Hesych. I. p. 615. Mox *αὔλειος* legisse videtur Harpocr. p. 32. *αὔλειος, ἡ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ πρώτη θύρα τῆς οἰκίας, ὡς δηλοῖ Μένανδρος.* Nimirum duplex fuit graecarum aedium janua, altera *αὔλειος* *atriensis* in plateam, altera *μεσαύλιος* in gynaeconitin sive interiorem partem aedium ducens. Illam matronas, hanc virgines transgredi nefas putabatur, ut docet Philo de Legg. Spec. p. 803. c. *θηλείας δ' οἰκουρία καὶ ἔνδον μονή* (sc. *ἁρμόζει*), *παρθένοις μὲν εἴσω κλισιάδων, τὴν μεσαύλιον ὅρον πεποιημένας, τελείαις δ' ἤδη γυναιξὶ τὴν αὔλιον,* quo loco, quem etiam Toupius attulit, uti debebat Boettigerus de Med. Eurip. p. VI. Menandreis mirifice abusus.

I M B P I O I.

Unus, quod sciam, Stobaeus ex hac fab. fragmentum servavit, Serm. III. p. 35. Gesn.:

Οὐκ ἔστιν οὐδέν, πάτερ, ἐν ἀνθρώπου φύσει
μεῖζον λογισμοῦ· τῷ διαθέσθαι πράγματα
ἕκαστός ἐστι καὶ λογίσασθαι κατὰ τρόπον
ἄρχων, στρατηγός, ἡγεμὼν δήμου, πάλιν
σύμβουλος· ὁ διαφέρων λογισμῷ πάντ' ἔχει.

Fabulae elogium a Grotio omissum recte addunt Gesn. et Schowius. Vs. 2. edidi ut legitur apud Gesn. et Grotium. Schowius vero continuavit sententiam hoc modo:

μεῖζον λογισμοῦ τῷ διαθέσθαι πράγματα.

ratione et consilio nihil est ad res suas rite disponendas accommodatius. Idem sequutus est Erfurdt. ad Sophocl. Oed. Tyr. 381. et Observatt. in Athen. p. 16. Ita vero minime intelligas, quo verba *καὶ λογίσασθαι,* quae tertio versu leguntur, referenda sint: nisi forte pro *καί,* quod in duobus Schowii codd. non comparet, *τῷ* legendum statuas. Idque verum arbitror: nam vulgata loci distinctio mira laborat scabritie. Videndum autem, ne tertio versu nova ordiatur sententia, a priori illa sejungenda. — Vs. 5. *βουλῆς* pro *σύμβουλος* conjecit Bentl. p. 34. Durissime incedere senarium nemo non sentit. Si quid mutandum, malim cum Porsono in Tracts et Miscell. p. 250. *ὁ λογισμῷ διαφέρων.* Nam *συμβούλου* mentio cur importuna visa fuerit Bentlejo, non perspicio. Eorum officium quod fuerit

docet Demosth. Olynth. I. p. 13. Iidem ῥήτορες vocantur Olynth. II. p. 26. et περὶ συντάξ. p. 172. cll. Orat. adv. Mid. p. 575. ad quem locum respexit Suidas III. p. 259. Hinc σύμβουλον καὶ ῥήτορα conjunxit Demosth. pro Ctesiph. p. 257. Differebant autem a ceteris oratoribus eo, quod publica auctoritate essent constituti. Ceterum Senatum et Populum suos utrumque habuisse consiliarios colligas ex Aesch. adv. Ctesiph. 5, 2. p. 11. Bekk.

Qui praeterea hujus fabulae vel fragm. servaverit, vel mentionem injecerit, reperio neminem. Caecilii Imbrios praeter Nonium Marc. p. 159. laudat Priscian. VI. p. 697. 13. et X. p. 888. 22. sed utroque loco male editur *Caecilius in Umbris.*

ΙΠΠΟΚΟΜΟΣ.

Diogenes Laert. VI, 83. ἐγένετο δὲ (ὁ Μόνιμος) ἀνὴρ ἐλλόγιμος, ὡς καὶ Μένανδρον αὐτοῦ τὸν κωμικὸν μεμνῆσθαι· ἔν τινι γοῦν τῶν δραμάτων, ἐν τῷ Ἱπποκόμῳ, εἶπεν οὕτως·

Μόνιμός τις ἦν ἄνθρωπος, ὦ Φίλων, σοφὸς
ἀδοξότερος, μίαν δὲ πήραν οὐκ ἔχων,
πήρας μὲν οὖν τρεῖς· ἀλλ' ἐκεῖνος ῥῆμά τι
ἐφθέγξατ' οὐδὲν ἐμφερές, μὰ τὸν Δία,
τῷ γνῶθι σαυτόν, οὐδὲ τοῖς βοωμένοις
τούτοις· ὑπερεῖδε ταῦθ' ὁ προσαιτῶν καὶ ῥυπῶν·
τὸ γὰρ ὑποληφθὲν τῦφον εἶναι πᾶν ἔφη.

Recepit haec sed foedissime contaminavit Grot. Exc. p. 727. — Vs. 1. Ita Codd. et edd. Steph. et Menagii. Vulgo φιλόσοφος pro ὦ Φίλων, σοφός. — Vs. 2. Menag. conjicit ἐνδοξότερος. Immo recte ἀδοξότερος, *ignobilior ille quidem, peras tamen habens tres numero* Quod Comico dignissimum. Exhibui autem Bentl. lectionem, Cod. Flor. auctoritate munitam. Vulgo μικρῷ δὲ ὁ τὴν πήραν ἔχων. Steph. μικρὰν δὲ πήραν ἦν ἔχων. — Vs. 3. Ita Menag. et Bentl. pro vulgato ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνος ῥήματι, sive, ut Cod. Flor. habet, ῥῆμά τι. — Vs. 6. Ita Scaliger et Bentl. pro ὑπὲρ δέ. — Vs. 7. Menagius comparat Sextum adv. Log. VIII. 5. p. 459. τάχα δὲ καὶ Μόνιμος ὁ κύων τῦφον εἰπὼν πάντα. Antonin. Phil. II. 15. πᾶν ὑπόληψις, δῆλον μὲν γὰρ τὰ πρὸς τοῦ Κυνικοῦ Μονίμου, ubi v. Gatakerum.

Praeterea binis locis Hippocomum commemorat Pollux, Lib. X, 80. *εἴρηνται δὲ οἱ τρίποδες — ὥσπερ καὶ τριπόδια, ὡς ἐν Ἱπποκόμῳ Μενάνδρου·*

Τὰ δ' ἐκ μέσου τριπόδια καὶ τραγήματα.

ubi mirari licet Clerici supinam negligentiam, Pollucis verba *ὥσπερ καὶ τριπόδια* tanquam Menandri fragmentum apponentis, reliquis, quae perfectum senarium constituunt, plane omissis. Notavit etiam Pauwius. Tum ibid. §. 98. *ὑπόφαυλοι δὲ οἱ ἐν Ἱπποκόμῳ Μενάνδρου τηγανισμοί.* Improbat grammaticus, ut solet, Menandri vocem *τηγανισμός*. Hic iterum mirare Clerici *ῥῖνα κριτικήν*, qui non *τηγανισμοί* sed *ὑπόφαυλοι* pro voce Menandrea exhibuerit.

ΚΑΝΗΦΟΡΟΣ.

Apud Stobaeum Serm. XXII. p. 189. Gesn. p. 117. Grot.:

Τὸ γὰρ προθύμως μὴ πονῆσαν εὐτυχεῖ.
εὐδαιμονία δ' εἴωθ' ὑπερηφανίας ποιεῖν.

Priorem versum utpote Stobaei titulo *περὶ ὑπεροψίας* minime congruentem Grotius in Floril. omisit et in Excerpta retulit p. 727. Neque ego quomodo huc pertineat intelligo. Scripsi autem *εὐτυχεῖ*, ut e duobus codd. edidit Schowius. Vulgo *εὐτύχησεν*. Nostram lectionem etiam apud Grot. reperio, qui hunc versum per interrogationem extulit: *τί γὰρ προθύμως κτλ.* Vir doctus ap. Burm. Praef. ad Philel. Lips. p. 18. conjecit: *οὐ γὰρ προθύμως* — debebat certe *οὐ γὰρ τὸ προθύμως* —. Secundum versum incerto poetae tribuit Grotius, Menandro Schowius, qui tamen uncinis inclusit. Legebatur autem *εὐδαιμονί' εἴωθεν* — quod correxi.

Ibid. Serm. CVI. p. 567. Gesn. CVIII. p. 453. Grot.:

Ἀλογίστου τρόπου
ἀτύχημα φεύγειν ἐστὶν οὐκ αὐθαίρετον.

Recte, opinor, Clericus explicat: *fieri non potest ut homo imprudens imprudentiae suae poenas subinde non luat.* Grotius vertit: *infortunia inopina fugere non est in nostra manu.*

Suidas s. v. *ἀντάλλαγον.* *Μένανδρος Κανηφόρῳ·*

Ἐδεῖτο χρῆσαι τὴν σεαυτῆς θυγατέρα
ἀντάλλαγον.

Χήρᾳ· Ἐκοῦσ' ἀδελφή κτλ. Ita haec constituit Valck. diatr. p. 206. pro vulgato: ἀντάλλαγον χήραν ἑκοῦσ' ἀδελφή, κτλ. Confirmat quodammodo Lex. Seguer. I. p. 407. ubi recte Menandri fragm. in ἀντάλλαγον desinit, reliquis verbis plane omissis. Simile vitium ex eodem Suida s. v. ἀποκρινεῖται sustulit Wessel. Probab. p. 250., ubi male editur: Μένανδρος Κανηφόρῳ· ὁ δ' ἀποκρινεῖται κἂν ἐγὼ λέγοιμί σοι ὑποβολιμαῖα ὡς μηδὲν κτλ. Recte Wesselingius:

Ὁ δ' ἀποκρινεῖται, κἂν ἐγὼ λέγοιμί σοι.

Ὑποβολιμαίῳ· Ὡς μηδὲν κτλ. Et ita plane Lex. Seguer. I. p. 429.

Denique Harpocrat. p. 18. Αἰξωνεῖς — ἐκωμῳδοῦντο εἰς βλασφημίαν, ἀφ' οὗ καὶ τὸ κακῶς λέγειν, αἰξωνεύεσθαι ἔλεγον. Μένανδρος ἐν Κανηφόρῳ. Similia Apostolius Prov. I, 92. De Aexonum calumniandi et maledicendi libidine vide Taylor. Lect. Lys. Vol. IV. p. 300. Rsk. et Ruhnk. ad Tim. p. 15.

ΚΑΡΙΝΗ.

Obiter hanc fab. commemorat Athen. IV. p. 175. a. μνημονεύει τῶν γίγγρων αὐλῶν — Μένανδρος ἐν Καρίνῃ. Gingras tibias quo nexu Menander hac fabula commemoraverit, non obscurum esse potest cogitanti, Καρίνας Graecis dictas fuisse praeficas e Caria adscitas, quae sub tibiarum aliorumque instrumentorum sonitu lugubres modos cantarent. V. Scaliger ad Varron. VI. p. 227. Bip. et Intpp. Hesych. II. p. 150. cll. Rutgersio Var. Lect. I, 20. p. 80. Formam Καρίνη cur insolentiorem dixerit Valcken. Eleg. Callim. p. 70. non assequor; utuntur ea Plutarch. Mulier. virt. p. 246. e. Eustath. ad Hom. I. p. 456. alii. Ac satis eam vulgarem fuisse vel hinc intelligitur, quod praeter Menandrum etiam Antiphanes ap. Athen. p. 503. b. hoc nomine fabulam inscripsit. Caecilii Carinam e Menandrea haud dubie expressam laudant Fest. p. 436. 524. et Priscianus VI. p. 726. *Caecilius in Cratino: modo fit obsequens hilaris comis communis concordis, dum id quod petit potitur.* Leg. videtur *in Carina*.

Apud Stobae. Serm. XXII. p. 211. Gesn. p. 139. Grot.:

Ὦ μεγίστη τῶν θεῶν
νῦν οὖσ' Ἀναίδει', εἰ θεὸν καλεῖν σε δεῖ·
δεῖ δέ, τὸ κρατοῦν γὰρ νῦν νομίζεται θεός·
ἐφ' ὅσον βαδίζεις, ἐφ' ὅσον ἥξειν μοι δοκεῖς.

Opportune Suidas II. p. 179. ἐτιμᾶτο δὲ καὶ Ἀθήνησιν ἡ Ἀναίδεια, καὶ ἱερὸν αὐτῆς. Contumeliae et Impudentiae fanum ap. Athenienses commemorat Cicero Legg. II, 11. Eadem tradunt Theophrast. ap. Zenob. IV, 36. et Clemens Alex. Protr. p. 7. Sylb. Ad tertium versum respexit Artemid. Oneirocr. II, 36. ὀρθῶς γὰρ καὶ τοῦτο τὸ παλαιὸν ἔχει· τὸ κρατοῦν δύναμιν ἔχει θεοῦ. et 69. εἶτα βασιλεῖς καὶ ἄρχονται· τὸ κρατοῦν γὰρ δύναμιν ἔχει θεοῦ. qui nisi memoriter locum citavit, legisse videri potest: δεῖ δέ, τὸ κρατοῦν γὰρ νῦν δύναμιν ἔχει θεοῦ.

Denique Suidas s. v. ἀλύσιον, πλοκίου γένος περὶ τὸν τράχηλον. Μένανδρος Καρίνῃ·

Περὶ τὸν τράχηλον ἀλύσιόν τί σοι δότω.

Ita edit. Mediol., ut monuit Bentl. p. 35., qui cur τί in τίς mutaverit, non perspicio. Veram loci lectionem habet etiam Gramm. Seguer. I. p. 380. ubi scribitur ἀλύσιον. V. Hemsterh. ad Polluc. X, 167.

ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΟΣ.

Probabile est ex hac fabula Plautum expressisse Poenulum suam: sic enim ille in Prol. 53 sq.

Carchedonius vocatur haec comoedia,
Latine Plautus, patruus Pultiphagonides.

Quem locum bene Toup. Emend. in Suid. III. p. 572. admovit Menandri fragmento apud Athen. IX. p. 385. e. Μένανδρος Καρχηδονίῳ·

Ἐπιθυμιάσας τῷ Βορέᾳ λιβανίδιον.
ὀψάριον οὐδὲν ἔλαβον. ἑψήσων φακῆν.

Ita Bentl. p. 36. praeclare correxit vulgatum: ἐπιθυμήσας τῷ Βορέᾳ ἴδιον ὀψάριον οὐδὲν κτλ. Pro Βορέᾳ ἴδιον Heringa Observ. p. 246. Βορέᾳ 'γὼ νὴ Δία. Sed illud unice verum; nec Toupii conjectura opus est: ἐπεὶ δ' Ἐπιθυμιάσας — ἔλαβον, ἑψήσω φακῆν. Similiter jam Casaub. ἐπεὶ δὲ θύσας — ἔλαβον, ἑψήσω φακῆν. Si quid in novissimis verbis mutandum, malim: οὐδὲν ἔλαβον· ἥψησα φακῆν.

Eustath. ad Homer. III. p. 1412. ὅτι δὲ τῇ μητρὶ ἀνάκειται ἡ περὶ τῶν παίδων ἀκριβὴς εἴδησις δηλοῖ καὶ Μένανδρος·

Αὑτὸν γὰρ οὐδεὶς οἶδε τοῦ πότ' ἐγένετο,
ἀλλ' ὑπονοοῦμεν πάντες ἢ πιστεύομεν.

Ad Carchedonium hunc locum retuli propter Stobae. LXXIV.

p. 449. Gesn. LXXVI. p. 331. Grot. ubi primus versus e Men. Poenulo citatur, sed male editur: αὐτὸς γὰρ οὐδεὶς οἶδε πῶς ἐγένετο (ἐγείνατο Grotius); πῶς ποτ' ἐγένετο in eodem Menandri loco habet Scholion ad Odyss. I, 215.

Photius Lex. p. 167. Λιτυέρσης, εἶδος ᾠδῆς. Μένανδρος Χαλκηδονίῳ·

Ἄιδοντα λιτυέρσην ἀπ' ἀρίστου τέως.

Eadem ferme vide apud Suid. s. v. et Apostol. XII, 7. Corrig. Καρχηδονίῳ, qui satis frequens est librariorum error, ut docuerunt Sylburg. ad Clem. Alex. p. 355. et Hemsterh. ad Polluc. II. p. 1257. quem tamen falli puto quum apud Schol. Apoll. Rhod. II, 168. Χαλκηδόνιος pro Καλχηδόνιος scribit. Calchedon enim antiqua et genuina forma pro qua alii Chalcedon, qua passim etiam recentiores scriptores usi sunt. V. Spanhem. de P. et U. Num. II. p. 117. Jac. Gronov. Praef. Thesauri Ant. graec. X. p. 3. et Wesseling. ad Hieroclis Itin. p. 690.

Praeterea laudatur haec fab. a Stobaeo Serm. IX. p. 101.:

Τὸ καλῶς ἔχον που κρεῖττόν ἐστι καὶ νόμου.

Pollux X, 73. Μένανδρος ἐν Καρχηδονίῳ κέχρηται τῷ ὀνόματι ἀσκοπυτίνη, et Schol. Arist. Vesp. 1493. μέσατος ἀντὶ τοῦ μέσος. Μένανδρος Καρχηδονίοις, sive potius Καρχηδονίῳ. Denique Toup. Emend. in Suid. p. 571. Lips. hunc versum, quem Suidas I. p. 682. omisso auctoris nomine servavit,

Χρεία διδάσκει κἂν ἄμουσος ᾖ σοφὸν
Καρχηδόνιον —

recte ad Menandri Poenulum retulit. Toupium sequitur Wyttenb. Bibl. crit. III, 2. 13. Nihil decernit Valck. Diatr. p. 206. Expressus est ex Eurip. Electr. 375. et Teleph. ap. Stob. Grot. p. 131. Plura vide ap. Gatak. Misc. p. 528. et Valcken. Epist. ad Roev. p. XII.

ΚΑΤΑΨΕΥΔΟΜΕΝΟΣ.

Stephan. Byz. p. 205. Μύλασα, πόλις Καρίας. τὸ ἐθνικὸν Μυλασεύς. ὡς Μένανδρος Καταψευδομένῳ. — Antiattic. p. 97. ἐπεπτώκειμεν. Μένανδρος Καταψευδομένῳ. — Schol. Plat. Ruhnk. p. 29. ἱππεῖς προκαλεῖσθαι εἰς πεδίον. Πλάτων καὶ Μένανδρος Καταψευδομένῳ, de quo pro-

verbis vide Toup. Cur. Noviss. p. 225, Wyttenb. Epist. crit. p. 264. Lips. Heindorf. ad Plat. Theaet. p. 429. — Suidas III. p. 485. τὸν ἀφ᾽ ἱερᾶς γραμμῆς, ἐν τῇ τῶν πεττῶν παιδιᾷ. — Μένανδρος Καταψευδομένῳ. Eadem Phot. habet p. 437. Ridiculus est Westerhofii error ad Terent. Eun. IV, 2, 12., Suidae verba ἐν τῇ τ. π. παιδιᾷ pro Menandreis venditantis; nec melius Clericus. Proverbialis erat locutio κινεῖς τὸν ἀφ᾽ ἱερᾶς de iis qui extrema periclitarentur, V. Schol. Plat. Ruhnk. p. 230. Meurs. de Lud. Graec. p. 50. et Scaliger. in Varron. VI. p. 161. Lepide variavit paroemiam Alcaeus comicus ap. Eustath. Vol. II, p. 633. κινεῖς τὸν πήρας πυκινὸν λίθον, de quo v. D'Orvill. Vann. crit. p. 270.

ΚΕΚΡΥΦΑΛΟΣ.

Athen. VI. p. 245. c. ὅτι δ᾽ ἦν ἔθος, τοὺς γυναικονόμους ἐφορᾶν τὰ συμπόσια, καὶ ἐξετάζειν τῶν κεκλημένων τὸν ἀριθμόν, εἰ κατὰ νόμον ἐστι, Τιμοκλῆς φησὶν οὕτως· — Μένανδρος δ᾽ ἐν Κεκρυφάλῳ.

Παρὰ τοῖς γυναικονόμοις δὲ τοὺς ἐν τοῖς γάμοις
διακονοῦντας ἀπογεγράφθαι πυθόμενος
πάντας μαγείρους κατὰ νόμον καινόν τινα,
ἵνα πυνθάνωνται τοὺς κεκλημένους ἐὰν
πλείους τις ὢν ἔξεστιν ἑστιῶν τύχῃ,
ἐλθὼν —

Retulit Grot. in Excerpt. p. 729. qui postremam vocem, quam novissimus editor in ἦλθον mutandam censet, delevit. Utrumque temere; quis enim praestet, non excidisse hic ea, unde participium pendeat? De officio et munere γυναικονόμων docte disseruit Meursius Lectt. Att. II, 5. cfr. Menander Rhetor de Encom. p. 105.

Suidas s. v. αἴρειν — ἐπὶ τοῦ παρακειμένην ἀφελεῖν τὴν τράπεζαν, Μένανδρος Κεκρυφάλῳ·

Εἶτ᾽ εὐθὺς οὕτω τὰς τραπέζας αἴρετε,
μύρα, στεφάνους ἑτοίμασον, σπονδὰς ποίει.

Eadem habet Lexicon Seguer. I. p. 358. ubi postrema pars ita descripta legitur:

*μύρα, στεφάνους ἑτοίμασον, σπονδὰς * **
ποίησον —

Primo versu Jacobs. Nott. Mss. τὰς τραπέζας αἶρε, καί. Ingeniosa nec tamen necessaria mutatio. Respexit ad hunc locum Salmas. de Usur. XX. p. 621. *apud Menandrum*, inquit, *notant veteres* αἴρειν τραπέζας *idem esse quod* παρατιθέναι. In quo fallitur vir doctissimus, qui Suidae locum memoriae lapsu confudit cum Hesychii glossa: αἴρειν τραπέζας, παρατιθέναι, quam verbi vim erudite declaravit praeter Albertum ad Hesych. l. l. Valckeu. ad Adon. p. 236. B. In Menandri loco recte Suidas αἴρειν τραπέζας interpretatur *mensas removere*.

Athen. XV. p. 691. a. ναρδίνου μύρου μέμνηται Μένανδρος ἐν Κεκρυφάλῳ οὕτως· ἡδὺ τὸ μύρον, παιδίον· ἡδύ, πῶς γὰρ οὔ; νάρδινον. Recte, ni fallor, Jacobs. Addit. p. 363.

α. ὡς ἡδὺ τὸ μύρον, παιδίον; β. ἡδύ· πῶς γὰρ οὔ;
οὐ νάρδινον;

Possis etiam οὐχ ἡδὺ τὸ μύρον; vel ἡδύ γε τὸ μύρον, ὦ παιδίον.

Apud Stobae. Eclog. Phys. T. I. p. 200. ed. Heer.:

Ταὐτόματον ἡμῖν ἀφανὲς ὂν συλλαμβάνει,

ubi duo praeterea cum his senarii connectuntur, quos quare sejungendos putarim, vide ad Τίτθης fragmenta.

Praeterea his locis laudatur Κεκρύφαλος. Athen. VI. p. 241. e. μνημονεύει δ' αὐτοῦ (Philoxeni Pternocopidis parasiti) καὶ Μένανδρος ἐν Κεκρυφάλῳ, αὐτὸ μόνον Πτερνοκοπίδα καλῶν. De homine isto variisque nominis Πτερνοκοπίς explicationibus exposuit Schweigh. ad Athen. Vol. III. p. 408. — Ibid. p. 243. a. καὶ Μένανδρος αὐτοῦ (Chaerephontis parasiti) μνημονεύει ἐν Κεκρυφάλῳ. — Schol. Platon. Ruhnk. p. 12. de proverbio δεύτερος πλοῦς. ἐμνήσθη ταύτης καὶ Μένανδρος Κεκρυφάλῳ. — Ibid. p. 142. de proverbio ἀπὸ μηχανῆς θεός. Μένανδρος Θεοφορουμένῃ καὶ Κεκρυφάλῳ. — Suidas s. v. ἀβυρτάκη, ὑπότριμμα βαρβαρικόν. ἐστὶ δὲ ἐν Κεκρυφάλῳ Μενάνδρου τοὔνομα. Eadem habet Lexic. Seguer. I. p. 323. y. Eustath. ad Hom. Vol. III. p. 1854. et Coray ad Hippocr. περὶ ἀέρων II. p. 183.

ΚΙΘΑΡΙΣΤΗΣ.

Plutarch. de Tranquill. p. 466. B. τοὺς μὲν γὰρ ἀφωρισμένως ἕνα βίον ἄλυπον νομίζοντας — ἱκανῶς ὁ Μένανδρος ὑπομιμνήσκει λέγων·

Ὤιμην ἐγὼ τοὺς πλουσίους, ὦ Φανία,
οἷς μὴ τὸ δανείζεσθαι πρόσεστιν, οὐ στένειν
τὰς νύκτας, οὐδὲ στρεφομένους ἄνω κάτω
οἴμοι λέγειν, ἡδὺν δὲ καὶ πρᾶόν τινα
ὕπνον καθεύδειν, ἀλλὰ τῶν πτωχῶν τινα.
νυνὶ δὲ καὶ τοὺς μακαρίους καλουμένους
ὑμᾶς ὁρῶ ποιοῦντας ἡμῖν ἐμφερῆ.
Ἆρ᾽ ἐστὶ συγγενές τι λύπη καὶ βίος;
τρυφερῷ βίῳ σύνεστιν, ἐνδόξῳ βίῳ
πάρεστιν, ἀπόρῳ συγκαταγηράσκει βίῳ.

Apud Plutarchum desunt verba *ἀλλὰ τῶν πτωχῶν* — *ἡμῖν ἐμφερῆ.* Supplevi locum e Stobaeo Serm. XCV. p. 517. Gesn. XCVII. p. 391. Grot., ubi idem Menandri locus, sed tribus ultimis versibus omissis, servatus est. Versum octavum habet Stob. Serm. XCVI. p. 530. Gesn. XCVIII. p. 411. Grot. unde fabulae indicium petitum est. Vs. 3. Stobaeus vulgo *ἂν νύκτα.* Cod. *ἀνώκτω*, quod in *ἄνω κάτω* mutandum vidit Grotius. Et sic perspicue Plutarchus. Vs. 8. per interrogationem extuli. V. Diogen. Laert. VII. 68. Ceterum priores 7 versus receperunt Stephanus Com. graec. p. 176. et Brunck. Poes. Eth. p. 193. Postremos inde a verbis *ἆρ᾽ ἐστι* in Excerpta retulit Grot. p. 729.

Apud Stobae. Serm. XCIII. p. 512. Gesn. XCV. p. 383. Grot.:

Τὸ κουφότατόν σε τῶν κακῶν πάντων δάκνει,
πενία· τί γὰρ τοῦτ᾽ ἐστίν; ἧς γένοιτ᾽ ἂν εἷς
φίλος βοηθήσας ἰατρὸς ῥᾳδίως.

Recepit Stephan. Com. Graec. p. 171. et Brunck. Poes. Eth. p. 192. Respexit ad hunc locum Plutarch. divit. am. p. 524. e. *τήν γε χρηματικὴν (πενίαν), ὥς φησιν ὁ Μένανδρος, εἷς ἂν φίλος ἀπαλλάξειεν εὐεργετήσας.* Versu 2. Steph. tacite dedit *οὗ γένοιτ᾽ ἂν* — me quidem non probante. Verba *τί γὰρ τοῦτ᾽ ἐστίν* ita sunt reliquae orationi interposita, ut *πῶς γὰρ* apud Sophoclem Electr. 907. *οὐδ᾽ αὖ σύ· πῶς γάρ· ἥ γε μηδὲ πρὸς θεοὺς ἔξεστ᾽ ἀποστῆναι.* aliisque locis.

Ibid. IX. p. 101. Gesn. p. 59. Grot.:

Εἰ τοὺς ἀδικηθέντας, πάτερ, φευξούμεθα,
τίσιν ἂν βοηθήσαιμεν ἄλλοις ῥᾳδίως;

Ita in tribus codd. scriptum reperit Schowius pro *βοηθήσοιμεν.* Sequitur statim ap. Stobaeum:

Τὸ

Τὸ μηδὲν ἀδικεῖν ἐκμαθεῖν γάρ, ὦ Λάχης,
ἀστεῖον ἐπιτήδευμα κρίνω τῷ βίῳ.

ubi in Schowii margine adscriptum est: *Μένανδρος ἐν ταὐτῷ.* Grotius incerto poetae tribuit. In Gesneri margine adnotatum video: *Philemonis alii Menandri Trophonio*, quae satis mira est lectionis varietas. Primo versu *Λάχης* e codd. scripsi pro *Λάχη*. Ibid. *μηδέν' ἀδικεῖν* scribi voluit Burmann. Praef. ad Bentl. Emend. p. 25. sine causa. Vid. Euripid. Troad. 473. ibique Seidlerum. Mitto alia. Tum *τοῦ βίου* tacite edidit Grotius.

Athen. VI. p. 247. f. de voce *οἰκόσιτος* agens: *Μένανδρος ἐν Κιθαριστῇ·*

Οὐκ οἰκοσίτους τοὺς ἀκροατὰς λαμβάνεις.

Quae ipsi illi *κιθαριστῇ* dicta fuisse suspiceris. Eodem traxerim hunc locum ap. Athen. XII. p. 510. a. *Μένανδρος δ' ἐν Κιθαριστῇ περί τινος μουσικευομένου λέγων φησί·*

Φιλόμουσον εἶν' αὐτὸν πάνυ,
ἀκούσματ' εἰς τρυφήν τε παιδεύεσθ' ἀεί.

Haec quin ita a Menandro scripta fuerint, nemo criticorum videtur dubitasse. Equidem vereor ne infinitivi pendeant ab Athenaei *φησί*. Suspiceris igitur: *φιλόμουσός ἐστι γὰρ πάνυ, Ἀκούσματ' εἰς τρυφήν τ' ἀεὶ παιδεύεται*, vel simili modo. Grotius Exc. p. 729. pro *ἀεί* dedit *ἅμα*, calami puto errore.

Apud Stobaeum Serm. CIX. p. 578. Gesn. CXI. p. 461. Grot., qui minus recte in margine adscripsit, *Menander Fidicina*:

Οὕτω τι πρᾶγμ' ἐστ' ἐπίπονον τὸ προσδοκᾶν.

Ita Porson. Advers. p. 81. pro *ἐστιν ἐπίπονον*.

Apud eund. Eclog. Phys. T. I. p. 212. Heer.:

Ὡς ποικίλον πρᾶγμ' ἐστὶ καὶ πλάνον τύχη.

ubi qui sequitur versus: *τὸ τῆς τύχης τοι μεταβολὰς πολλὰς ἔχει*, inter Menandri incerta relatus est a Clerico. E Citharista sumtum statuit D'Orvillius ad Charit. p. 255. Sed est Chaeremonis versus, non Menandri.

Photius Lex. p. 386. *σκοῖδος, ταμίας τις καὶ διοικητής. Μακεδονικὸν τὸ ὄνομα. διόπερ καὶ Μένανδρος ἐν Κιθαριστῇ σκοῖδον τὸν Διόνυσον καλεῖ.* Vide de hac voce Hemsterh. ad Polluc. X, 16. Intpp. Hesychii II. p. 1214. cll. Sturzio de Dial. maced. p. 26. *Ταμίας Ἴακχος* est apud Sophocl. Antig. 1139.

ΚΝΙΔΙΑ.

Duo hujus fabulae fragmenta servavit Stobaeus, alterum Serm. LXXXIV. p. 491. Gesn. LXXXVI. p. 353. Grot., alterum Eclog. Phys. I. p. 196.:

Οὐδὲν γένους γένος γὰρ οἶμαι διαφέρειν,
ἀλλ', εἰ δικαίως ἐξετάσεις, καὶ γνήσιος
ὁ χρηστός ἐστιν, ὁ δὲ πονηρὸς καὶ νόθος. —
Ταὐτόματόν ἐστιν, ὡς ἔοικέ που, θεός,
σώζει τε πολλὰ τῶν ἀοράτων πραγμάτων.

Ad prius fragm. compares Eurip. sententiam in Fragm. p. 447. Alteri loco, in margine adscriptum legitur: *Μενάνδρου Ἀκηδίᾳ*, in quo *Cnidiae* nomen latere vidit Clericus. Respexisse videtur ad hos versus, Palladas Alex. Epigr. 118.

εὖ γε λέγων τὸν καιρὸν ἔφης θεόν, εὖγε, Μένανδρε —

et paullo post:

πολλάκι γὰρ τοῦ σφόδρα μεριμνηθέντος ἄμεινον
προσπεσὸν εὐκαίρως εὗρέ τι ταὐτόματον.

ΚΟΛΑΞ.

Hac fabula Menandrum consummati adulatoris ejusdemque parasiti mores indolemque adumbrasse diserte testatur Athen. VI. p. 258. e. *κεχαρακτήρικε δὲ ὡς ἔνι μάλιστα ἐπιμελῶς τὸν Κόλακα Μένανδρος ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι.* a quorum verborum sensu mirifice aberrarunt Harles. ad Fabric. Bibl. Graec. II. p. 465. et Schweigh. Ind. Athen. IX. p. 147. Nam quum proxime apud Athenaeum Antiphanis ecloga antecedat e *Lemniis* petita, ad hanc illi fabulam retulerunt Athenaei verba *ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι*, unde factum est, ut *Lemnias* tanquam Menandri fabulam in indices suos referrent. Partem fabulae in Eunuchum suam transtulit Terentius, quemadmodum ipse testatur Prol. 30 sq.

Colax Menandri est; in ea est parasitus colax
Et miles gloriosus; eas se non negat
Personas transtulisse in Eunuchum suam.

ell. Donato ad II, 1, 22. Isti parasito, quem Terentius *Gnathonem* appellavit, Menandrum *Struthiae* nomen indidisse docet Athenaei locus X. p. 434. c. *ἔπινε δὲ ὁ Ἀλε-*

ξανδρος πλεῖστον, ὡς καὶ ἀπὸ μέθης συνεχῶς κοιμᾶσθαι δύο ἡμέρας καὶ δύο νύκτας. — Μένανδρος δ' ἐν Κόλακί φησι·

— Κοτύλας χωροῦν δέκα
ἐν Καππαδοκίᾳ κόνδυ χρυσοῦν, Στρουθία,
τρὶς ἐξέπιον μεστόν γ'. — Ἀλεξάνδρου πλέον
τοῦ βασιλέως πέπωκας. — Οὐκ ἔλαττον, οὔ,
μὰ τὴν Ἀθηνᾶν. — Μέγα γε.

Cujus fragm. partem priorem a κοτύλας — Στρουθία iterum apposuit Athenaeus XI. p. 477. f. ubi codd. et editt. praebent Στρουθίον, quod non mirer si quis in Στρουθίων mutandum censeat, qua forma bis usus est Alciphro Epist. I, 9. et III, 43. Alteram formam tamen tuetur Aelian. H. A. IX, 7. de parasitis agens: καὶ ὁ τοῦ Μενάνδρου Στρουθίας τοιοῦτός ἐστι. Idem Menandri Struthias primariis veteris aevi parasitis adnumeratur ab auct. anonymo apud Suid. I. p. 607. διώνυμοι κόλακες περιηχοῦσιν ἡμᾶς Κλείσοφοί τε καὶ Στρουθίαι καὶ Θήρωνες, et II. p. 327. οἱ Ἕλληνες Κλεισόφους τε ᾄδουσι καὶ Θήρωνας καὶ Στρουθίας καὶ Χαιρεφῶντας, ἀνθρώπους ἐσθίειν εἰδότας εἰς κόρον καὶ δεινοὺς γαστέρα. Cum Gnathonide conjungitur a Luciano Fugit. Vol. III. p. 375. κολακείας ἕνεκα τὸν Γναθωνίδην ἢ Στρουθίαν ὑπερβαλέσθαι δυνάμενοι. Quibus locis qui praeter Struthiam commemorantur parasiti, non dubium est quin ipsos quoque passim Menander in fabulis suis aut obiter tetigerit aut data opera spectatoribus ridendos propinaverit. De Clisopho, Philippi regis assentatore et parasito, quae narrat Athen. VI. p. 248 sq. ita comparata sunt, ut largissimam Comicis poetis ridendi materiam praebere potuerint. Chaerephontem non una tantum fabula tetigisse Menandrum docet Athen. VI. p. 243. a. Prae ceteris tamen Theronem ornasse videtur Menander, de quo Aelian. l. l. καὶ ὁ μὲν τοῦ Μενάνδρου Θήρων μέγα φρονεῖ, ὅτι ῥινῶν ἀνθρώπους φάτνην αὐτοὺς ἐκείνους εἶχε, de quo loco infra dicam in Incertis.

Sed redeo ad Menandri locum ex Athenaeo allatum. Colloquuntur ibi parasitus et miles gloriosus, cui Terentius *Thrasonis* nomen imposuit. A Menandro eum *Biantem* appellatum fuisse docet Plutarchus de Adulat. et Amic. p. 57. a. loco sane quam memorabili. Maxime cavendum esse inquit Plutarchus τὸν κόλακα περὶ τοὺς ἐπαίνους· ὅπερ οὐδὲ αὐτὸν ἐκεῖνον λέληθεν, ἀλλὰ δεινὸς ὢν φυλάττεσθαι τὸ ὕποπτον, ἂν μὲν εὐπαρύφου τινος (h. e. *militis*: vid. Polluc. VII, 46. Nicostrat. Athen. p. 230. d. et Boettig. Spec. nov. ed. Terent. p. 52.) ἢ ἀγροίκου λάβηται φορίνην παχεῖαν φέ-

ροντος, ὅλῳ τῷ μυκτῆρι χρῆται, καθάπερ ὁ Στρουθίας ἐμπεριπατῶν τῷ Βίαντι, καὶ κατορχούμενος τῆς ἀναισθησίας αὐτοῦ τοῖς ἐπαίνοις,

— Ἀλεξάνδρου πλέον
τοῦ βασιλέως πέπωκας —

καὶ γέλωτι πρὸς τὸν Κύπριον ἐκθανούμενος. Sic enim constituendus est hic locus, in quo praeter Struthiam parasitum et Biantem militem gloriosum duae commemorantur personae comicae, Ἄγροικος et Κύπριος. Quorum qui primo loco commemoratur Ἄγροικος, multum fallatur, opinor, qui Chremeti apud Terentium respondere sibi persuadeat, qui si hanc quoque personam e Menandrea fabula in Eunuchum suam transtulisset, non dubitari potest, quin spectatores ejus rei in Prologo admoniturus fuisset. Neque omnino intelligitur quid Rusticus ille cum Chremete Terentiano commune habere potuerit. Quantum conjectura assequi licet, Menandri Ἄγροικος fuit homo beatus et opulentus, sed idem stupore, si quis alius, oppletus, cujus agrestem animum Struthias pingui et inepto palpo percuteret. Nec multo diversam personam sustinuit Cyprius, cujus cum Struthia colloquium, quantum e Plutarchi verbis καὶ γέλωτι πρὸς τὸν Κύπριον ἐνηθούμενος, sive potius cum Wyttenbachio ἐκθανούμενος, colligere licet, ita instituisse videtur Menander, ut cum Cyprius ille se *risisse* dixisset, ille assentandi libidine abreptus *se prae risu tantum non mortuum esse* responderet. Quam quidem sententiam ipse, ni fallor, Plutarchus confirmat, qui p. 54. c. ὁ δὲ κόλαξ, inquit, μνημονεύων τοῦ τὰ δεύτερα λέγειν ὑφίεται τῇ ὁμοιότητι τῆς ἰσότητος ἡττᾶσθαι πανταχοῦ καὶ ὑπολείπεσθαι πλὴν τῶν φαύλων ὁμολογῶν. Ἐν δὲ τοῖς φαύλοις οὐ παρίησι τὸ πρωτεῦον, ἀλλά φησιν, ἂν ἐκεῖνος ᾖ δύσκολος, αὐτὸν εἶναι μελαγχολικόν, ἂν ἐκεῖνος δεισιδαίμων, αὐτὸν θεοφόρητον, ἐρᾶν ἐκεῖνον, μαίνεσθαι δ᾽ αὐτόν· ἀκαίρως (fort. ἀκαρῶς *paululum*), φησίν, ἐγέλας, ἐγὼ δ᾽ ἐξέθνησκον ὑπὸ τοῦ γέλωτος. quae mirer, nisi ex ipso adumbrata sint Menandro. Eodem ferme modo adulatoris imaginem informavit Juvenalis Sat. III, 86 — 111. ex quibus maxime huc pertinet vs. 100. *rides: majore cachinno concutitur.* Conf. Theophrast. Char. II. p. 19. Alia est Wyttenbachii ratio, non male comparantis Terent. Eun. III, 2, 44. ubi Gnatho Thrasoni risus causam quaerenti respondet: *istud quod dixti modo, Et illud de Rhodio dictum in mentem venit*, ut Menandri Cyprio Terentius Rhodium substituerit. Quae si vera est conjectura sensus verborum hic est: *ad dicterium illud, quod*

miles se in Cyprium conjecisse narraverat, prae risu moriens. — Superest ut Boettigeri de Plutarchi loco sententiam in Specim. novae edit. Terent. p. 53. proditam ipsis viri doctissimi verbis apponam. „Posteriora, inquit, Plutarchi verba ita sanari posse putabam γέλωτος πρὸς τὸν „Κύπριον ἐμφορούμενος. Bias Menandri est ἄγροικος et re„spondet Chremeti. Κύπριος est miles vel Θρασωνίδης vel „Θρασυλέων appellatus. — Secundum Menandrum Chreme„tem bene potum illudere debuisset Gnatho. Respuit hoc „Terentii urbanitas." Haec igitur Boettigerus, in quibus si ne verbum quidem verum esse dixero, non verendum est, ne vir humanissimus dissentienti irascatur.

Sed persequar reliqua hujus fabulae fragmenta, in qua etiam coquo suas partes tribuisse Menandrum auctor est Athen. XIV. p. 659. d. Μένανδρος ἐν Κόλακι τὸν μάγειρον — ποιεῖ ταυτὶ λέγοντα·

Σπονδή· δίδου σὺ σπλάγχν' ἀκολουθῶν· ποῖ βλέπεις;
σπονδή· φέρ' ὦ παῖ Σωσία· σπονδή· καλῶς.
ἔγχει. θεοῖς Ὀλυμπίοις εὐχώμεθα
Ὀλυμπίαισι πᾶσι πάσαις· λάμβανε
τὴν γλῶτταν ἐν τούτῳ· διδόναι σωτηρίαν,
ὑγίειαν, ἀγαθὰ πολλά, τῶν ὄντων τε νῦν
ἀγαθῶν ὄνησιν πᾶσι· ταῦτ' εὐχώμεθα.

Recepit Grotius Exc. p. 731. qui hunc locum inter loquentes personas ita distribuit, ut insignem ei venustatem detraxerit. Vs. 2. codd. et edd. φέρω vel φερέω πλείω ὥσια. Has tenebras removerunt Heringa Observ. p. 247. et Pierson. ad Moer. p. 298. — Vs. 3. ἔγχει. Hoc etiam Piersono debetur. Vulgo εὔχου. Mox Ὀλυμπίοις Ὀλυμπίαισι πᾶσι πάσαις. Ita solent Graeci, copula omissa. Compares ἄνδρες γυναῖκες, νέοι γέροντες et similia apud Eurip. Suppl. 744. aliosque. V. Schaef. ad Long. p. 403. Prorsus ita, ut Menander, loquutus est Alciphro Epist. II, 2, 30. πέμπων οὐ διαλέλοιπεν ἐσθῆτας, χρυσεῖα, θεραπαίνας θεράποντας Ἰνδοὺς Ἰνδάς. ubi malim Ἰνδὰς Ἰνδούς. Menandri verba e solenni sacrificantium formula dicta sunt, qua lepide usus est Aristoph. Av. 866. εὔχεσθε ὄρνισιν Ὀλυμπίοις καὶ Ὀλυμπίαισι πᾶσι καὶ πάσαισι — διδόναι Νεφελοκοκκυγιεῦσιν ὑγίειαν καὶ σωτηρίαν. Conf. Pac. 1104 sqq. — Vs. 5. Grotius post γλῶτταν interpunxit et verba ἐν τούτῳ ad sequentia traxit; non male, opinor. Fortasse tamen legendum: ἐπὶ τούτῳ διδόναι σωτηρίαν. De linguae usu in sacrificiis omnia per-

vulgata. — Vs. 7. ante Schweigh. ὄνησιν· πᾶσι ταῦτ' εὐχώμεθα.

Ibid. XIII. p. 587. d. Μένανδρος δ' ἐν Κόλακι τάσδε καταλέγει ἑταίρας·

Χρυσίδα, Κορώνην, Ἀντικύραν, Ἰσχάδα,
καὶ Ναννάριον ἔσχηκας ὡραίαν πάνυ.

Ita Schweigh. e codd. pro Νάννιον, in quo frustra laborabat Bentl. p. 38. Eandem formam restitue Philetaero ap. Athen. l. l. Anticyram meretricem commemorat etiam Harpocr. p. 30.

Ibid. VII. p. 301. d. ἠλακατῆνες — εἰσὶ κητώδεις, ἐπιτήδειοι εἰς ταριχείαν. Μένανδρος Κόλασι (recte corrigunt Κόλακι) φησι·

— Κωβιός, ἠλακατῆνες
καὶ κυνὸς οὐραῖον. —

Haec vulgo uno versu continuata leguntur. Sunt anapaestorum reliquiae. Iisdem plane verbis eodem metro adstrictis usus est Mnesimachus Athen. p. 403. b. ex quo conjicias καὶ ante κυνὸς delendum esse.

Apud Stobae. Serm. X. p. 127. Gesn. p. 69. Grot.:

Οὐδεὶς ἐπλούτησε ταχέως δίκαιος ὤν·
ὁ μὲν γὰρ αὑτῷ συλλέγει καὶ φείδεται,
ὁ δὲ τὸν πάλαι τηροῦντ' ἐνεδρεύσας πάντ' ἔχει.

In Gesneri margine legitur ἐν Κολακείᾳ, in Grotiano *Menander Adulatione.* Meursius Bibl. Att. p. 1559. a. conjecit ἐν Κόλακι α'. Non male, quamquam qui de duplici Colacis editione prodiderit, scio neminem. Tertium et quartum versum, cur inc. poetae tribuerit Grotius, non perspicio.

ΚΟΝΙΑΖΟΜΕΝΑΙ.

Ita margo Stobaei Gesner. Serm. CVI. p. 568. ubi hoc Menandri fragm. servatum est:

Ὥστε μηδεὶς πρὸς θεῶν
πράττων κακῶς λίαν ἀθυμήσῃ ποτέ·
ἴσως γὰρ ἀγαθοῦ τοῦτο πρόφασις γίνεται.

Idem locus in Grotii Floril. exhibetur Titul. CVIII. p. 455. sed omisso fabulae elogio, quod an recte in Κονιζόμεναι *Luctatrices* mutarit Clericus, vehementer dubito. Fort. Κωνειαζόμεναι *cicutam bibentes.*

ΚΟΤΤΑΒΙΖΟΥΣΑΙ.

Hanc quoque fabulam unus commemorat Stobaeus Serm. XXI. p. 176. Gesn.:

Τὸ γνῶθι σαυτὸν ἔστιν ἂν τὰ πράγματα
ἴδῃς τὰ σαυτοῦ καὶ τί σοι ποιητέον.

Gesneri margo: *Menander in Catazom.* in quo *Καταψευδομένου* nomen latere suspicatus est Clericus. In marg. Floril. Grot. p. 109. nihil praeter Menandri nomen legitur. At Schowii codd. perspicue *Μενάνδρου ἐκ Κοτταβιζουσῶν.* Similis tituli fabulam *Ἀποκοτταβίζοντες* scripsit Amipsias ap. Athen. p. 307. e. — Sec. versu *εἰδῇς* legendum videtur. Philostratus, ut hoc obiter moneam, Vit. Apoll. II, 17. scripsit *εἴτι τοῦ ποταμοῦ οἶδε*, non *εἴ τι τ. π. εἶδε.* Ibid. III, 19. male edidit Olearius *ἔργα τε αὐτοῦ μεγάλα ᾔδε.* Revocanda omnium librorum lectio *οἶδε novit, memoravit.* Vid. Wyttenb. ad Bakii Posid. p. 277.

ΚΥΒΕΡΝΗΤΑΙ.

Apud Stobaeum Serm. XXII. p. 188. Gesn. p. 151. Grot.:

Τἀργύριον εἶναι μειράκιόν σοι φαίνεται
οὐ τῶν ἀναγκαίων καθ' ἡμέραν μόνον
τιμὴν παρασχεῖν δυνατόν, ἄρτων, ἀλφίτων,
ὄξους, ἐλαίου, μείζονός τ' ἄλλου τινός·
ἀθανασίας δ' οὐκ ἔστιν, οὐδ' ἂν συναγάγῃς
τὰ Ταντάλου τάλαντ' ἐκεῖνα λεγόμενα·
ἀλλ' ἀποθανεῖ, καὶ ταῦτα καταλείψεις τισίν.
τί οὖν λέγω; μηδ' αὐτός, εἰ σφόδρ' εὐπορεῖς,
πίστευε τούτῳ, μήτε τῶν πτωχῶν πάλιν
ἡμῶν καταφρόνει, τοῦ δέ γ' εὐτυχεῖν ἀεὶ
πάρεχε σεαυτὸν τοῖς ὁρῶσιν ἄξιον.

Inter incertae sedis fragm. retulit haec Cleric. p. 214. Ac deest fabulae titulus apud Stob. l. l., sed additur Serm. CXXVIII. p. 597. = CXXIX. p. 487. ubi vs. 5—7. iterum apponuntur. — Vs. 4. Ita Cod. Schowii. Vulgo *μείζονος δ' ἄλλου.* — Vs. 5. *οὐκ ἔστιν*, scil. *δυνατὸν τιμὴν παρασχεῖν*, nisi ex altero loco Stob. praeferas *ἀθανασία δ' οὐκ ἔστιν.* — Vs. 6. Stob. utroque loco *τάλαντα ἱκανά*, quod Grot., praeeunte Salmasio, priore loco in *τάλαντ' ἐκεῖνα* mutavit, sed

altero intactum reliquit. De proverbio *Ταντάλου τάλαντα* praeter Apostol. XVIII, 4. ceterosque Paroemiographos, vide Eustath. ad Odyss. p. 1071. a Clerico laudatum. — Vs. 7. vulgo legitur *ἀλλ' ἂν ἀποθάνῃς, ταῦτα* —, pro quo Bentl. p. 79., probante D'Orvillio Vann. crit. p. 239., scripsit *ἀλλ' ὅταν ἀποθάνῃς*. Quo nihil proficimus. Expende quaeso sententiae nexum. *Pecunia, inquit, omnium rerum usum tibi praebere videtur. Immortalitatem vero frustra sit qui inde se consequuturum speret; sed quando morieris opes tuas aliis utendas relinques.* Vides haec postrema hiulca esse nec apte cum prioribus cohaerere. Tollit has difficultates, quam in altero Stob. loco reperi, lectio:

ἀλλ' ἀποθανῇ καὶ ταῦτα καταλείψεις τισίν.

Scripsi autem *ἀποθανεῖ.* Praeterea malim *καὶ πάντα*, quamquam illud etiam habet quo se tueatur. — Vs. 8. cod. B. *ἂν σφόδρ' εὐπορῇς.* — Vs. 10. Schowius e septem codd. *τοῦ δ' εὐτυχεῖν.* Idem vs. 11. ex uno cod. notavit *παράσχε σαυτόν.* Non male; conf. Porson. ad Hecub. 836., nisi forte *παράσχες αὐτὸν* malis. In alio Menandri loco Serm. XX. p. 171. Gesn. *ἐπίσχε* Clerici est *παρόραμα*; recte vulgo *ἐπίσχες*. Moneo propter Matthiaeum Add. ad Gramm. graec. p. XXIX.

Ibid. Serm. XXII. p. 187. Gesn. p. 113. Grot. et Anton. Mel. XXXVI. p. 52.:

Ὦ τρισάθλιοι
ἅπαντες οἱ φυσῶντες ἐφ' ἑαυτοῖς μέγα·
αὐτοὶ γὰρ οὐκ ἴσασιν ἀνθρώπου φύσιν.

Vitiose apud Anton. editur *πάντες φυσῶντες ἑαυτοῖς μεγάλα.* Form. *φυσᾶν μέγα* exemplis illustraverunt Bergl. ad Alciphr. I, 37. Valck. ad Herod. V. p. 418. et Lennep. ad Phalar. p. 206.

Lexicon Seguer. I. p. 438. *ἀποτρώγειν, ἀφαιρεῖν. οὕτω Μένανδρος Κυβερνήταις·*

Τί λέγων ἀποτρώγειν ἀξιώσει νῦν ἐμοῦ
τὸ μισθάριον; μένω γὰρ ἐξ ἐχθιζινοῦ.

Ita *μισθοὺς ἀποτρώγειν* dixit Aristoph. Ran. 367. Hinc *τρώκτης defraudator*, de quo Salmas. de Usur. XX. p. 613. et Intpp. Hesych. II, p. 1431. Photius *τρώκτης, ἀποστερητὴς καὶ ἀπατεών, οἷον ἐπιτρώγων*, leg. *ἀποτρώγων*. conf. Zonar. II. p. 1742.

Ibid. p. 462. *ἀτυφία, ταπεινοφροσύνη. Μένανδρος Κυβερνήταις· εἰς τὴν πονηρίαν ἀτυφίαν νομίσαντές ποτε*

ἀξιοῦσι πέρας. Gaudebo si quis tenebras, quibus haec obscurata sunt, felici conatu dispulerit. — Denique Prisc. XVIII. p. 1163. *Attici* ἐπιλέλησμαι τοῦδε καὶ τόδε. — *Menander* Κυβερνήταις· Ἐπελάθεθ' αὐτὸν ὅστις εἴη. Recepit Grotius Exc. p. 701.

Ceterum Casaub. ad Athen. IV. p. 166. b. hanc fabulam non diversam fuisse existimat ab ea, quae Ναύκληρος inscribitur. Sed ejusmodi conjecturis ut nihil expeditius, ita nihil incertius.

ΛΕΥΚΑΔΙΑ.

Egregium hujus fabulae fragmentum servavit Strabo X. p. 452. quod ex ipso dramatis initio petitum esse recte Clericus e Schol. Hephaest. p. 126. ed. nov. colligit. Est autem hoc:

Οὗ δὴ λέγεται πρώτη Σαπφὼ
τὸν ὑπέρκομπον θηρῶσα Φάων'
οἰστρῶντι πόθῳ ῥῖψαι πέτρας
ἀπὸ τηλεφανοῦς· ἀλλὰ κατ' εὐχὴν
σήν, δέσποτ' ἄναξ, εὐφημείσθω
τέμενος περὶ Λευκάδος ἀκτῆς.

Ita praeclare hunc locum constituit Bentl. p. 38. cui postrema verba εὐφημείσθω — ἀκτῆς, quae apud Strabonem desunt, subministravit Hesych. II. p. 456. Λευκάδος· Μένανδρος Λευκάσιεσιν (leg. Λευκαδίᾳ)· εὐφημείσθω τέμενος περὶ Λευκάδος ἀκτῆς. Versu 5. Bentl. σόν, δέσποτ' ἄναξ, de cujus mutationis necessitate dubites. κατ' εὐχὴν σὴν *ex tuo voto, quemadmodum tibi vovimus*. Ita Aeschyl. Pers. 696. τὴν ἐμὴν αἰδῶ μέθες, Sophocl. Philoct. 1227. σὸς φόβος. et aliis locis. Ceterum quod his versibus memoratur Leucatae Apollinis templum, id Menandrum hac ipsa fabula a Phaone exstructum narravisse, colligas e Servio ad Virg. Aen. III, 279. *Menander et Turpilius Comici a Phaone id templum conditum dicunt: qui cum esset navicularius, solitus a Lesbo in continentem proximos quosque mercede transvehere, Venerem mutatam in anus formam gratis transvexit; quapropter ab ea donatus unguenti alabastro, cum se in dies inde tum ungeret, foeminas in sui amorem trahebat, in queis fuit una, quae de monte Leucate, cum potiri ejus nequiret, abjecisse se dicitur.* Quae omnia, utcunque de argumento Leucadiae statuatur, ex

hac fabula adumbrata videntur. Similia narrant Aelian. V. H. XII, 18. et Lucian. dial. mort. Vol. I. p. 361. Phaonis et Veneris amorem tangit Cratinus apud Athen. II. p. 69. d. Turpilii Leucadiam a Cicerone, Nonio aliisque laudatam ex Alexidis ejusdem nominis fab. expressam fuisse statuit Casaub. ad Athen. III. p. 94. f. quem sequitur Davis. ad Cicer. Tusc. IV, 34. Ad Menandri exemplar eam compositam fuisse vel Servii locus docet; cujus postrema verba: „quae de monte Leucate

cum potiri ejus nequiret se abjecisse dicitur"

ex ipso Turpilio petita esse vix dubites, si Menandrea comparaveris: *οὗ δὴ λέγεται πρώτη Σαπφὼ — ῥῖψαι πέτρας ἀπὸ τηλεφανοῦς.*

Apud Stob. duo Leucadiae fragm. servantur, Serm. X. p. 127. Gesn. (ubi margo *Lasasia al. Leucadia*) p. 69. Grot., et Serm. XCIII. p. 512. Gesn. XCV. p. 382. Grot.:

Ὅστις ὑπέχει χρυσίῳ
τὴν χεῖρα, κἂν μὴ φῇ, πονηρὰ βούλεται. —
Ἀεὶ νομίζονθ' οἱ πένητες τῶν θεῶν.

Prius fragm. est etiam ap. Maxim. CXL. p. 221. ubi editur *κἂν μή φησι.* Mox *βούλεται* e cod. dedit Grotius. Maximus ut ceterae editt. Stob. *βουλεύεται.* — Ad sec. fragm. apte Clericus comparat Hom. Odyss. ξ, 57, *πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες Ξεινοί τε πτωχοί τε.* Adde Philostr. Epist. 68. p. 947. *πένησι μὲν γὰρ μηδὲ ἀντιλίπῃς ποτέ, ἀκούουσιν αὐτῶν οἱ θεοί.* ubi si *μηδὲν* scripseris, integrum habebis senarium, fortasse e comico poeta ductum.

Etymol. M. p. 407. 22. *ζάκορος, νεωκόρος, ἤγουν ἡ διακονοῦσα περὶ τὸ ἱερόν. Μένανδρος· ζάκορος, ἡ κοσμοῦσα τὸν ναὸν τεκνόν. καὶ ὁ ὑπηρέτης. Λευκαδίᾳ· Ἐπίθες τὸ πῦρ ἡ ζάκορος, οὑτωσὶ καλῶς· ἢ ὁ ἱερεὺς ὁ τὸν ναὸν κοσμῶν καὶ σαρῶν.* In his viri docti duo Menandri fragmenta latere crediderunt, unum a Sylburgio et Bentlejo p. 39. ita correctum:

ἡ ζάκορος, ἡ κοσμοῦσα τὸν ναόν, τέκνον.

alterum:

ἐπίθες τὸ πῦρ, ἡ ζάκορος, οὑτωσὶ καλῶς.

Et hoc quidem recte; idem locus, sed vitiose scriptus legitur ap. Phot. p. 41. et Suid. II. p. 1. ubi tamen desunt postrema verba *οὑτωσὶ καλῶς.* Sed ad prius fragm. quod attinet, vereor equidem ne haec non Menandri sed Grammatici verba sint. Quid enim opus erat, ut *τῷ ζάκορος*

subjicerentur verba Grammatico quam poeta digniora: ἡ κοσμοῦσα τὸν ναόν. Sed totus Etymol. locus mirifice turbatus est, qui vide an ita ad saniorem rationem revocari possit: Ζάκορος, νεωκόρος, ἤγουν ἡ διακονοῦσα περὶ τὸ ἱερόν. Μένανδρος. — Ζάκορος, ἡ κοσμοῦσα τὸν ναόν. Μένανδρος Λευκαδίᾳ· Ἐπίθες τὸ πῦρ, ἡ ζάκορος, οὑτωσὶ καλῶς. Καὶ ὁ ὑπηρέτης ἢ ὁ ἱερεὺς ὁ τὸν ναὸν κοσμῶν ἢ σαρῶν. Ita clara omnia et perspicua. Voc. τέκνον, quod post τὸν ναὸν legebatur, e διττογραφίᾳ ortum videtur.

Schol. Arist. Acharn. 283. τῷ δὲ συντριβείη καὶ Μένανδρος κέχρηται ἐν Λευκαδίᾳ. Leg. συντρίβειν. Simili modo ὑμῖν abiit in ὑγιῆ in Sopatro Athen. p. 160. f., εἴψειν in εἰψείη ibid. in Antiphane p. 158. e. et Περινθία in Περιηθέα ap. Schol. Hermog. p. 391.

Zenob. VI, 13. Μένανδρος δέ φησιν ἐν Λευκαδίῳ (Λευκαδίᾳ) τὴν ἀγαθὴν ἡμέραν λευκὴν καλεῖσθαι. Fort. φασὶν et καλεῖ. λευκὴν ἡμέραν θύειν dixit Philostr. V. A. IV, 42. conf. Eupolis ap. Phot. 158. Casaub. ad Pers. II. p. 175. et Savar. ad Sidon. Apoll. Carm. XIV. p. 146.

Choeroboscus Ms. apud Bekk. An. Gr. III. p. 1431. Χέλυς χέλυος. σημαίνει δὲ τὴν κιθάραν· πάφωνε οὐρεία χέλυς. Μένανδρος ἐν Λευκαδίᾳ. Non expedio.

ΛΟΚΡΟΙ.

Zenob. VI, 27. ὑγιέστερος κρότωνος ἐπὶ τῶν πάνυ ὑγιαινόντων ἡ παροιμία. Μέμνηται τούτου (ταύτης;) Μένανδρος ἐν Λοκροῖς. Eandem fabulam obiter commemorat Quint. X, 1. Alexidis Λοκροὶ laudantur ab Athen. III. p. 123.

ΜΕΘΗ.

In hac etiam fabula parasiti partes fuisse docet Athen. VI. p. 247. e. Voce Μέθη significari *convivium* opportune monuit Clericus ex Athen. II. p. 40. e. Insigne fabulae fragm. servavit Athen. VIII. p. 364. d. θύοντες τοῖς θεοῖς ὀλίγιστα εἰς τὰς θυσίας καὶ τὰ τυχόντα δαπανῶμεν, ὥσπερ ὁ καλὸς Μένανδρος ἐν τῇ Μέθῃ παρίστησιν·

Εἶτ' οὐχ ὅμοια πράττομεν καὶ θύομεν;
ὅπου γε τοῖς θεοῖς μὲν ἠγορασμένον
δραχμῶν ἄγει προβάτιον ἀγαπητὸν δέκα,

αὐλητρίδας δὲ καὶ μύρον καὶ ψαλτρίας
ταύτας, Θάσιον, ἐγχέλεις, τυρόν, μέλι,
μικροῦ ταλάντου γίνεται τὸ κατὰ λόγον.
δραχμῶν μὲν ἀγαθὸν ἄξιον λαβεῖν δέκα
ἡμᾶς, ἐὰν καὶ καλλιερηθῇ τοῖς θεοῖς,
τούτων δὲ πρὸς ταῦτ' ἀνελεῖν τὴν ζημίαν·
πῶς οὐχὶ τὸ κακὸν τῶν ἱερῶν διπλάζεται;
ἐγὼ μὲν οὖν ὤν γε θεὸς οὐκ εἴασα τὴν
ὀσφὺν ἂν ἐπὶ τὸν βωμὸν ἐπιθεῖναί ποτε,
εἰ μὴ καθήγιζέν τις ἅμα τὴν ἔγχελυν,
ἵνα Καλλιμέδων ἀπέθανεν εἷς τῶν συγγενῶν.

Priores sex versus iterum apposuit Athen. IV. p. 146. d. In Excerpta h. l. retulit Grotius p. 733. — Vs. 1. εἶτ' οὐχ ὅμοια. Lib. VIII. εἶτ' οὐχ ἅπαντα. Mitto virorum doctt. conjecturas. Recte ὅμοια ex Lib. IV. tenet Bentlejus, male tamen vertens: *non aeque stulte sacrificamus, ac cetera agimus?* Sensus, opinor, hic est: *Non mirum est male nobiscum agi, cum male diis litemus.* Ita etiam intellexit Zedelius Magazin für Schulen II. p. 360. cujus haec est interpretatio: πράττομεν κακῶς καὶ θύομεν κακῶς. — Vs. 3. ἀγαπητὸν (MS. A. ἀγαπητῶν) δέκα δραχμῶν, *vix decem drachmarum oviculam.* Ita Hipparch. ap. Athen. p. 477. f. δαπίδιον ἓν ἀγαπητὸν ποικίλον. conf. Diphilus ap. Stob. LVII. p. 219. Grot. et Clem. Alex. Str. VII. p. 324.; μόγις καὶ ἀγαπητῶς conjungit Julian. Misop. p. 369. c. — Vs. 5. ταύτας, Θάσιον. Ita Lib. IV. at Lib. VIII. legitur: Μενδαῖον, Θάσιον. Brunck. Μενδαῖον οἶνον, vel οἶνόν τε Θάσιον. Minus etiam placet Schweigh. conj. καὶ τἄλλα, Θάσιον. Probabilius Porsonus Adv. p. 94.: Μενδαῖον, ἐγχέλεις, Θάσιον, τυρόν, μέλι, in quo si cui Θάσιον a Μενδαῖον sejunctum displiceat, is vs. 4. videat, ubi similiter αὐλητρίδες καὶ ψάλτριαι disjunguntur. Thasium et Mendaeum vinum conjunxit etiam Demosth. T. II. p. 935. conf. Jacobs. ad Anthol. Gr. Vol. XI. p. 368. — Vs. 6. ταλάντου. Ita pro τάλαντον e Ms. A. dedit Schweigh. Ibid. τὸ κατὰ λόγον. Ita Lib. IV.; at Lib. VIII. τε κατὰ λ. quod Schw. demum in τὸ mutavit vertens: *si summam omnium rerum subducas.* Similiter Bentl. *si rem putes.* — Vs. 7. ἀγαθὸν debetur Casaub. pro ἀγαθῶν, quod in Ἀγάθων mutavit Bentlejus, cujus interpretatio a sensu loci plane aberrat: καλλιερεῖν non est *opima sacra facere* sed *perlitare,* neque λαβεῖν est *ferre* sed *accipere.* Pejus etiam Schweigh.: *bonum quidem est drachmarum sumere decem*

pretium, modo rite ex hoc fiat sacrificium. Unus omnium optime vs. 7. et 8. interpretatus est Grotius: *quare nos aequum est, sacra si cedant bene, a dis accipere drachmas quod valeat decem.* Infinitivum igitur (λαβεῖν) pendere fecit ab *ἄξιον par* est, aequum est, ut apud Demosth. de Halon. I. p. 82. Rsk. οὐ γὰρ ἄξιον εἶναι εἰρήνην λύειν. Idem de Cherson. I. p. 102. ἃ μήτε γένοιτο, οὔτε ἄξιον λέγειν. Sed redeundum ad vs. 7. ubi verba τὸ κατὰ λόγον ex graecae linguae indole nihil significare possint quam *id quod rationi est consentaneum,* quod nostro quidem loco ineptum. Fort. igitur inde a vs. 2. continuanda est sententia in hunc modum: ὅπου γε τοῖς θεοῖς μὲν ἄγω προβ. δρ. δέκα, αὐλητρίδας δὲ — καὶ μέλι μικροῦ ταλάντου, γίνεταί τοι κατὰ λόγον, ἀγαθὸν λαβεῖν ἡμᾶς δέκα δραχμῶν ἄξιον κτλ. h. e. „Quandoquidem diis quidem emtam duco oviculam vix decem drachmarum, tibicinas vero propemodum talenti, rationi profecto consentaneum est, ut nos vicissim nihil quod decem drachmarum pretium superet a diis impetremus, ἀγαθὸν δέκα δρ. ἄξιον. — Vs. 9. non expedio. Bentl. ἐπανελεῖν pro ἀνελεῖν. Schweigh. τούτων δὲ καὶ πρὸς ταῦτ' ἀν. τ. ζ. vertens: *sed id si parte magna multas insuper, annon sacrorum damnum duplicabitur.* Quae non intelligo. — Vs. 11. ὢν θεός, *si deus essem,* qui frequens est usus participii. V. D'Orville ad Charit. p. 227. Praeterea Reisig Conject. I. p. 134. ὢν γ' ὁ θεός, *si ipse ille deus essem, cui sacra faciunt.* V. ad Fragm. inc. CXXX. — Vs. 13. Vulgo ἅμα καὶ τὴν ἐγχ. Emendavit Bentlejus, confirmat Ms. A. — Vs. 14. συγγενῶν. V. Bentl. De Callimedonte, oratore eodem lurcone famosissimo v. Alexis apud Athen. III. p. 100. c. p. 104. d. VIII. p. 339. f. et Plutarch. Phoc. T. V. p. 24. Cor.

Athen. VI. p. 243. καὶ Μένανδρος αὐτοῦ (Chaerephontis) μνημονεύει ἐν Κεκρυφάλῳ· — ἐν δὲ Μέθῃ·

Ἐμὲ γὰρ διέτριψεν ὁ
κομψότατος ἀνδρῶν Χαιρεφῶν, ἱερὸν γάμον
φάσκων ποιήσειν δευτέραν μετ' εἰκάδα
καθ' αὑτόν, ἵνα τῇ τετράδι δειπνῇ παρ' ἑτέροις.
τὰ τῆς θεοῦ γὰρ πανταχῶς ἔχειν καλῶς.

Locus mira obscuritate laborans; unde factum est, ut Grotius nonnisi ultimum versum in Exc. p. 733. reciperet. Unus omnium emendationem tentavit Pauwius Emend. in Menandri Reliqu. p. 49. sed nullo cum fructu. Verba ipsa nihil corruptelae traxisse videntur; tenebrae unice interpretatione dispellendae, quam gaudebo si quis felici suc-

cessu instituerit. De sacris nuptiis, quas se celebraturum dicit parasitus, perdocta sunt Hemst. collectanea ap. Valck. ad Theocr. Adon. p. 367. quem Menandri locum modo obiter tetigisse merito doleas. Conf. Boettiger de Nupt. Aldobrand. p. 126. Non de nihilo videtur quod Chaerephon se *ἱερὸν γάμον δευτέραν μετ' εἰκάδα* facturum ait. Vicesimum enim quemque mensis diem Apollini sacrum fuisse tradit Etymol. M. p. 298. eoque die lauta inter amicos vel cognatos instituta fuisse convivia, colligere licet e Plutarch. *num suave viv. sec. Epic.* II. p. 1089. c. *ποσάκις Ἡδείᾳ καὶ Λεοντίῳ* (meretricum nomina) *συνῆλθον, ἢ ποῦ Θάσιον ἔπιον, ἢ ποίας εἰκάδας ἐδείπνησα πολυτελέστατα.* Quamquam hoc rectius trahas ad *εἰκαδιστάς* h. e. eos qui Epicuri memoriam vicesimo quoque mensis die lautis epulis celebrarent. Minus obscurum est, quod vs. 4. legitur: *ἵνα τῇ τετράδι δειπνῇ παρ' ἑτέροις.* Hoc enim die beatiores Atheniensium juvenes conviviis sese excipere solebant, credo in Herculis honorem, quem fuerunt qui eo die natum perhiberent, unde notum fluxit proverbium *τῇ τετράδι γέγονας*, quod non sine acrimonia Aristonymus et Sannyrio in Aristophanem jactabant. V. Schol. Plat. ined. apud Porson. Tracts and Misc. critic. p. 268. Eustath. Vol. III. p. 1534. 33. Hesychius II. p. 1372. et Phot. Lex. p. 426. Fallitur Stephan. Thes. Gr. III. p. 1420. f. ut patet ex Eustath. Vol. II. p. 1353. in. Qui istis conviviis interessent peculiari nomine *τετραδισταί* vocabantur; vid. Alexis ap. Athen. VII. p. 287. e. et Hesych. s. h. v. Postremus versus ad Euripidis imitationem factus est Iphig. Taur. 467. *τὰ τῆς θεοῦ μὲν πρῶτον ὡς καλῶς ἔχῃ.*

Suidas I. p. 120. *ἄλλο ἕτερον, ἐκ παραλλήλου. Μένανδρος Μέθῃ·*

Εἶτ' οὐκ εἶχεν οὐ πῦρ, οὐ λίθον,
οὐκ ἄλλ' ὁ,τιοῦν ἕτερον.

Ita vulgatum *οὐκ ἄλλο τι οὐθ' ἕτερον* correxit Porsonus Miscell. p. 200. Apud Gramm. Seguer. I. p. 379. editur *οὐκ ἄλλο τι ἕτερον.* Conf. Reisig. Conj. in Arist. I. p. 61. Inter loquentes personas haec verba minus recte distribuit Bentl. p. 41. Proferuntur enim a Suida, ut *ἄλλο* et *ἕτερον* conjungi posse doceat. Prorsus ita Crates apud Suidam:

τοῖς δὲ τραγῳδοῖς ἕτερος σεμνὸς πᾶσιν λόγος ἄλλος ὅδ' ἐστίν.

Sic enim corrigit Porsonus, firmante Lexico Seguer. l. l. Euripides Suppl. 589.:

πολλοὺς ἔτλην δὴ χἀτέρους ἄλλους πόνους.

ubi vide Hermannum. Non abundat his locis ἄλλος, sed *praeterea* vertendum, ut in Euripidis loco: *multos jam alios praeter hunc labores sustinui.* Conf. Wunderlich Observ. in Aesch. p. 66. et Schneid. ad Xenoph. Anab. I, 5, 5.

Denique quod ex Etym. M. inter hujus fabulae reliquias posuit fragmentum Clericus: οἱ δὲ τὴν ὀσφὺν ἄκραν θύσαντες, non e Metha sed e Dyscolo petitum est.

ΜΗΝΑΓΥΡΤΗΣ.

Duo hujus fabulae fragmenta servata sunt, alterum a Stob. Serm. XCII. p. 510. Gesn. XCIV. p. 381. Grot.:

Οὕτω μαθεῖν δεῖ πάντα, καὶ πλοῦτον φέρειν·
ἀσχημοσύνης γὰρ γίνετ' ἐνίοις αἴτιος.

(quem locum Grotius et Clericus duobus senariis auctum apposuerunt, quos quare sejungendos putarim, dixi ad Demiurgum), alterum ab Athen. XI. p. 472. b. θηλυκῶς δὲ τὴν θηρίκλειον εἶπε Μένανδρος ἐν Θεοφορουμένῃ·

Μέσως μεθύων τὴν θηρίκλειον ἔσπασεν,

καὶ ἐν Μηναγύρτῃ·

— Προπίνων θηρίκλειον τρικότυλον·

Corrigit Schweigh. προπιὼν τὴν θηρ. τρικότυλον, non sine soloecismi vitio. Videtur Athenaeus hoc Menandri testimonium paullo negligentius subjunxisse. — Ceterum recte haec fabula et Stobaei et Athenaei loco vocatur Μηναγύρτης, quod in Μητραγύρτης mutari voluit Gesnerus in margine Stobaei. Idem cum Grotio Exc. p. 733. et Fabric. Bibl. Gr. V. 30. p. 714. sequutus est Clericus. Utro modo scribatur ne tantillum quidem interest, ut monuerunt Intpp. Polluc. VII, 188. et Ruhnk. ad Tim. p. 11. qui tamen cum sacrificulos istos eam ob causam μηναγύρτας vocatos esse affirmat, quod singulis mensibus stipem colligerent, vellem sententiam suam idonea auctoritate muniisset. Rectius opinor μηναγύρτην explices τὸν τῇ Μήνῃ h. e. Κυβέλῃ ἀγείροντα. Cfr. Creuzeri Comment. Herod. I. p. 256. Ejusdem potestatis vocabulum est ἀγερσικύβηλις, quo Lamponem, famosissimi nominis vaticinatorem, acerbe vocaverat Cratinus apud Grammat. Seguer. I. p. 336. et Suidam s. v. κυβηλίσαι T. II. p. 388.

ΜΙΣΟΓΥΝΗΣ.

In hoc dramate, quam omnium poetae nostri fabularum praestantissimam vocat Phrynichus Ecl. Att. p. 417. Menander hominem in scenam produxerat, quem uxore in matrimonium ducta mox adeo facti poenituit, ut, quicquid ea ageret, vehementissime ejus animum irritaret; quo factum est, ut omni contumeliarum genere eam vexaret, tantoque in eam odio exardesceret, ut ne gravissimis quidem amicorum admonitionibus ad saniorem rationem revocari posset. Docet hoc egregius locus apud Stobae. Serm. LXVII. p. 420. Gesn. LXIX. p. 285. Grot.:

α΄. Πρὸς τὸ πρᾶγμ' ἔχω
κακῶς. β΄. ἐπαριστερῶς γὰρ αὐτὸ λαμβάνεις.
τὰ δυσχερῆ γὰρ καὶ τὰ λυπήσαντά σε
ὁρᾷς ἐν αὐτῷ, τὰ δ' ἀγάθ' οὐκ ἐπιβλέπεις·
εὕροις δ' ἂν οὐδὲν τῶν ἁπάντων, Σιμύλε,
ἀγαθὸν, ὅπου τι μὴ πρόσεστι καὶ κακόν.
γυνὴ πολυτελής ἐστ' ὀχληρὸν, οὐδ' ἐᾷ
ζῆν τὸν λαβόνθ' ὡς βούλετ'· ἀλλ' ἔνεστί τοι
ἀγαθὸν ἀπ' αὐτῆς, παῖδες· ἐλθόντ' εἰς νόσον
τὸν ἔχοντα ταύτην ἐθεράπευσεν ἐπιμελῶς.
ἀτυχοῦντι συμπαρέμεινεν, ἀποθανόντα τε
ἔθαψε, περιέστειλεν οἰκείως· ὅρα
εἰς ταῦθ', ὅταν λυπῇ τι τῶν καθ' ἡμέραν.
οὕτω γὰρ οἴσεις πᾶν τὸ πρᾶγμ'· ἂν δ' ἐκλέγῃ
ἀεὶ τὸ λυποῦν, μηδὲν ἀντιπαρατιθεὶς
τῶν προσδοκωμένων, ὀδυνήσῃ διὰ τέλους.

Primos 4. versus servavit Clem. Alex. Strom. II. p. 181. Sylb.: vss. 3—7. cum clausula loci, inde a verbis *ἂν δ' ἐκλέγῃ*, leguntur ap. Stob. Serm. CVI. p. 568. Gesn. CVIII. p. 455. Grot., denique vs. 7. cum reliquis usque ad finem servavit idem Stob. Serm. LXXII. p. 420. Gesn. — Vs. 2. *ἐπαριστερῶς.* Theognetus ap. Athen. p. 671. b. *ἐπαριστέρ' ἔμαθες γράμματα.* Tetigit Musgrav. ad Soph. Aj. 182. et Lobeck. ad Phryn. p. 260. — Vs. 3. Clemens *τὰ δυσχερῆ τε καί*, quod ne praeferas propter praecedens *γάρ*, impedit Porson. ad Med. 139. — Vs. 4. Ita Clemens. Stobaeus: *τἀγαθὰ δ' οὐκ ἔτι βλέπεις.* Ibid. Grotius *ἐν αὐτῷ* vertit *tecum ipse spectas*, immo *in matrimonio*. — Vs. 5. *Σιμύλε.* Ex his verbis nomen istius mulierum osoris disceremus, nisi receptam lectionem alius Stobaei locus incertum faceret. Nam

Nam Serm. CIII. p. 558. Gesn. CV. p. 433. Grot., ubi 5. et 6. versus iterum leguntur, non *Σιμύλι* sed *Δημέα* scriptum reperio, quod ob prosodicas rationes praeferendum videtur. Simyli nomen, observante Donato ad Terent. T. I. p. 726. West., descendit a *Σίμων*, ut *Κρατύλος* a *Κράτων*, *Φειδύλος* a *Φείδων*, *Θρασύλος* a *Θράσων*, *Μειδύλος* a *Μείδων*: conf. Bast. Epist. crit. p. 244. Jam cum *Σίμων* apud Aristoph. Eccl. 867. Eubul. Polluc. VII. 205. et ubique, ni fallor, primam syllabam corripiat, apparet Simyli nomen hic quidem metro adversari; nisi forte ex utraque lectione in unum conjuncta *Demyli* nomen elicias, quo tum alii usi sunt tum Lucianus Vol. III. p. 53. Quamquam quid impedit, quominus, spreta Donati auctoritate, Simyli nomen aut cum Etymol. M. p. 40, 8. ab adjectivo *σιμός*, aut a nomine proprio *Σῖμος*, cujus frequentissimus est usus, derivemus? Simonis nomen, ut hoc addam, restituendum videtur Theoni Prog. p. 105. *λέγουσιν Ἥρωνα μὲν τὸν σκυτοτόμον, Λεόντιον δὲ τὴν ἑταίραν φιλοσοφῆσαι.* De Simone sutore philosopho res nota e Diog. Laert. II. 122. et praesertim Boeckhio de Plat. Min. p. 43. cfr. Bekkeri Anecd. II. 728. — Vs. 6. *ἀγαθόν, ὅπου.* Ita Stob. Serm. CVI., at Serm. CIII. *ἀγαθόν, ἐν ᾧ.* Illud praestat; conf. Bast. Ep. crit. p. 238. et Intpp. Terent. Heaut. IV, 6, 9. — Vs. 8. *ἔνεστί τοι.* Gesnerus conjecit *ἔνεστί τι.* Recepit Grotius. — Vs. 11. Grotius tacite dedit *ἀποθανόντα σε.* — Vs. 12. Stob. *ὁρᾷ.* Certatim emend. Gesnerus, Grotius, Steph. Com. Graec. p. 104. — Vs. 14. *ἂν δ' ἐκλέγῃ.* Ita Stob. Gesn. Serm. CVI. nisi quod *δ'* deest; altero loco Serm. LXVII. *ἂν δὲ λέγῃς*, quod retinuit Stephanus. Grot. et Brunck. Poes. Eth. p. 190. *ἂν δ' ἐκλέγῃς.* Unice verum *ἐκλέγῃ* ab *ἐκλέγομαι.* — Vs. 16. exhibui lectionem Stobaei Serm. CVI.; eandem in cod. suo reperit Brunckius. Serm. LXVII. editur *τῶν προσλεγομένων οὐ δυνήσῃ διὰ τέλους.* Grot. utroque loco e conjectura dedit *τῶν προσδεχομένων οὐ δυνήσῃ διατελεῖν.* De *ὀδυνήσῃ* recte statuerat jam Stephanus, hoc ipsum altero loco Stobaei legi nescius.

Ex septimo hujus fragmenti versu: *γυνὴ πολυτελής ἐστ' ὀχληρὸν οὐδ' ἐᾷ ζῆν τὸν λαβόνθ' ὡς βούλεται*, intelligitur, Simylum nostrum, sive Demeam vel Demylum vocare malis, illud potissimum aegre tulisse, quod ducta uxore liberam suo more modoque vivendi potestatem sibi ademptam videret. Hinc de effreni et duro uxoris ingenio eum querentem audimus apud Apostol. XX. 43.

Φύσει γυνὴ δυσήνιόν τι καὶ πικρόν.

quem versum Brunckius in Gnomis monost. 143. ita exhibuit ut δυσήνιόν ἐστι scriberet. Neque hoc unum fuit quod miseri hominis animum irritaret. Nam idem illud, de quo supra disputavimus, fragmentum satis docet, uxorem Simyli sumptuosam fuisse: γυνὴ πολυτελής ἐστ᾽ ὀχληρόν. Non dubitari potest, hanc ipsam ob causam Simylum gravissimas fudisse querelas. Inter alia eum de sumptibus in unguenta et reliqua luxuriae instrumenta questum esse non temere suspiceris. Athen. XV. p. 691. e. ὡς μὲν Ἵππαρχός φησιν ἐν Παννυχίδι πέντε μνῶν (ἐπιπράσκετο ἡ τοῦ μύρου κοτύλη), ὡς δὲ Μένανδρος ἐν Μισογύνῃ δέκα. Quae res sane mira esset, nisi Simylum, ut sunt fere queruli et litigiosi homines ad exaggerandum promptissimi, ablatum iracundiae aestu unguenti pretium duplo auxisse statuas. Eodem haec Pollucis verba retulerim VII, 87. Μένανδρος ἐν Μισογύνῃ καὶ ἐπιχρύσους σανδαλοθήκας λέγει. cfr. ib. X, 50. 112. Sed prae ceteris dignus est, qui adscribatur, Strabonis locus VII. p. 297., ex quo illud etiam intelligitur, mulierculam istam superstitioni impense fuisse deditam, in quo egregium cerni poetae artificium verissime judicat Lessingius Collect. litter. Opp. Vol. XVI. p. 161. Docet autem Strabo, omnia ista superstitionum genera invenisse mulieres: ὅρα πάλιν, inquit, τὸν αὐτὸν ποιητὴν (Menandrum dicit) ἃ λέγει εἰσάγων τὸν ἀχθόμενον ταῖς περὶ τὰς θυσίας τῶν γυναικῶν ἀπάταις·

Ἐπιτρίβουσιν ἡμᾶς οἱ θεοὶ
μάλιστα τοὺς γήμαντας· ἀεὶ γάρ τινα
ἄγειν ἑορτὴν ἔστ᾽ ἀνάγκη.

Τὸν δὲ Μισογύνην αὐτὰ ταῦτα αἰτιώμενον·

Ἐθύομεν δὲ πεντάκις τῆς ἡμέρας,
ἐκυμβάλιζον δ᾽ ἑπτὰ θεράπαιναι κύκλῳ,
αἱ δ᾽ ὠλόλυζον.

Quos versus in Excerpta retulit Grot. p. 735. Pro ὠλόλυζον fort. ὠλόλυττον scribendum, quae forma Menandro tribuitur a Photio p. 240., nisi is ad alium locum respexit. Simile, de quo idem Photius, σαλπίττειν. Prior locus an itidem e Misogyne ductus sit, dubitari potest. Strabonis verba vitium traxisse videntur a nemine, quod sciam, animadversum. Quae enim sunt αἱ περὶ τὰς θυσίας τῶν γυναικῶν ἀπάται? Certissimum est, quem hic loquentem inducit poeta, de sumptibus queri, quos mulieres sacrificiis impendant. Proinde legendum videtur: τὸν ἀχθόμενον ταῖς περὶ τὰς θυσίας τῶν γυναικῶν δαπάναις. Quam conjecturam

confirmat ipsum illud, quod in Menandri versibus legitur, verbum ἐπιτρίβειν, quod hac in re proprium esse, non est quod doceam.

Quod supra dicebam, Simylum tantum in uxorem concepisse odium, ut quoquo modo eam vexaret et opprobriis cumularet, id verum esse ex eo intelligitur, quod illa se injuriarum dicam ei intenturam minatur. Locus extat ap. Priscian. XVIII. p. 1192. *Attici ὀμοῦμαί σοι τοὺς θεούς. Menander in Misogyno:*

Ὄμνυμί σοι τὸν Ἥλιον,
ἦ μὴν ποιήσειν σοὶ γραφὴν κακώσεως.

Ita edidit hunc locum Putschius; conf. Bentl. p. 44. Aldus εἰ μὴ ἔλθοις θήσειν, unde Porson. Advers. p. 292. ἦ μὴν ἐπιθήσειν scrib. conjecit. Markland ad Eurip. Suppl. 1192. ἦ μὴν ἐποίσειν. Idoneam mutandi causam non video. *Κακώσεως γραφή, injuriarum dica*, ut est apud Terent. Phorm. II, 2, 15. conf. Petiti de Legg. Att. p. 163. et Bergler. ad Alciphr. I, 6. Elegans est locus Aeliani Hist. Anim. I, 13. οὐδὲ μὴν δέδοικε κακώσεως δίκην ὁ αἰτναῖος, οὐδὲ αἰδεῖται Σόλωνα. Ὦ νόμοι γενναῖοι καὶ πόλεις σεμναί, οἷς ἀκόλαστοι ἄνθρωποι οὐκ αἰδοῦνται μὴ πείθεσθαι. ubi legendum suspicor: νόμοι γενναῖοι καὶ πολύσεμνοι. Ceterum minus recte a Prisciano fabula nostra vocatur Μισόγυνος. Gemino errore in Cicer. Tusc. IV, 11. ediderunt *odium mulierum, quale in μισογύνῳ Attili est.* Vulgo μισογυνείᾳ, quod in μισογύνῃ mutandum. Attilii Μισογύνην, uni Ciceroni commemoratam, si quis e Menandreo expressam statuat, non repugnem.

Non frustra minatam esse mulierem, colligas ex hoc loco apud Phot. p. 285. παράστασις — ἔστι δραχμὴ καταβαλλομένη ὑπὸ τῶν δικαζομένων τὰς ἰδίας δίκας. Μένανδρος Μισογύνῃ·

Ἕλκει δὲ γραμματίδιον
ἐκεῖ σε δίθυρον, καὶ παράστασις, μία
δραχμή.

Ita post Maussac. haec digessit Bentl. p. 43. Idem locus ap. Suidam s. v. παράστασις et Harpocrat. p. 142. Γραμματίδιον δίθυρον, quod inepte Petitus de Legg. Att. p. 175. et, qui hujus scrinia compilavit, Schleusnerus ad Phot. p. 70. in γράμμα τ' ἴδιον mutari voluerunt, est *duarum plagularum liber judicialis*, πινάκιον δικαστικόν. V. Hemst. ad Pollux. II. p. 1215. Observatt. Miscell. Vol. V, 1, p. 18. cll. D'Orvillio ad Charit. p. 616. Postremam vocem δραχμή

deleri jubet Petitus. Utrumque et *μία* et *δραχμή* abjecerunt Clericus et Toup. Ep. crit. p. 84.

Praeterea his locis laudatur Misogynes. Priscian. XVIII. p. 1193. *Attici ὅσῳ χρόνῳ. Menander Misogyne:*

α'. Χαῖρ' ὦ Γλυκέριον. Γλ. καὶ σύ. πολλοστῷ χρόνῳ
ὁρῶ σε

Ita distinxit haec Bentl. p. 44.; sed male *πολλῷ τῷ χρόνῳ* scripsit, quod temere probavit Valck. ad Phoen. 313. Recte Priscianus *πολλοστῷ χρόνῳ*, *longum post tempus*. Vide Buttm. Gramm. Gr. I. p. 288. et Porsoni Tracts and Miscell. p. 251. — Idem Prisc. XVIII. p. 1213. *Attici φροντίζεσθαι τάδε καὶ τῶνδε. Μένανδρος Μισογύνῃ·*

Ἀλλ' οὐ τὰ βιότου νῷν ἴσως δεῖ φροντίσαι.

Ita Bentl. p. 44. pro *βίου*. Salvini Observ. in Menandrum: *ἀλλ' οὐδὲ τὰ βίου*. Possis etiam *οὐχί*. — Phrynichus Ecl. Att. p. 417. *γῦρος: καὶ τούτῳ* (ita recte Clericus pro *τοῦτο*) *Μένανδρος τὴν καλλίστην τῶν κωμῳδιῶν τῶν ἑαυτοῦ, τὸν Μισογύνην, κατεκηλίδωσεν, εἰπών· * * * * Τί γὰρ δὴ γῦρός ἐστιν, οὐ συνίημι.* Excidisse Menandri verba monuit Bentlejus p. 44. — Pollux X, 139. *αἱ δὲ ἀορταὶ εἴρηνται ἐν Ποσειδίππου Ἐπισταθμῷ·*

— *σκηνάς, ὄχους,*
σίσκους, ἀορτάς, τάχανα, λαμπῆνας, ὄνους.

Τὸ γὰρ ἐν Μισογύνῃ Μενάνδρου·

— *Χλαμύδα, καυσίαν,*
λόγχην, ἀορτήν, ἱμάτια, —

ἀμφίβολον, ὅτι ἔνιοι καὶ ἀορτῆρα γράφουσιν. et VII, 70. *ἴσως καὶ ἀορταί, Μενάνδρου εἰπόντος· Χλαμύδα καὶ μυσίαν* (sic), *λόγχην, ἀορτήν.* Trimetrorum reliquias recte digessit Bentl. p. 45. De *καυσίᾳ* vid. Plutarch. Amat. p. 760. b. Antipat. Thess. in Brunckii Anal. II. p. 111. sive ap. Etymol. M. p. 487. 52. cll. Valck. ad Adoniaz. p. 345. B. In Posidippi loco corruptum est illud *τάχανα*, quod Bentl. Epist ad Hemsterh. in *τάχα δὲ* mutavit. Leg. aut *λάχανα* aut *λάσανα*.

ΜΙΣΟΥΜΕΝΟΣ.

Primas laudatissimae fabulae partes Thrasonidae, militi jactatori, delatas fuisse docet Libanius Orat. XXXI.

p. 701., quem locum, quoniam egregius est ad perspiciendum fabulae argumentum, totum apponam. Ἔχεις, inquit, ἐκ τῆς Κωμῳδίας παραλαβών, ὡς ὑπέρογκόν τι καὶ σοβαρὸν καὶ πολλή τις ἀλαζονεία στρατιώτης ἀνήρ. Εἴ τις ὑμῶν φαντάζεται τὸν Μενάνδρου Θρασωνίδην, οἶδεν ὃ λέγω· στρατιωτικὴν γάρ φησιν ἀηδίαν νοσοῦντα τὸν ἄνθρωπον εἰς ἀπέχθειαν αὐτῷ κινῆσαι τὴν ἐρωμένην· καὶ γέγονεν ἀμέλει προσηγορία τῷ δράματι τοῦ Θρασωνίδου τὸ μῖσος. Haec Libanii verba quum Meursius in Bibl. Attica et Clericus solita negligentia inspexissent, factum est, ut novam inde fabulam Θρασωνίδου μῖσος inscriptam Menandro affingerent. Sed hoc commentum refutavit jam Bentl. p. 33. Discimus autem e Libanii verbis, Thrasonidem illum inepta ac stolida, qua facinora sua augere solebat, jactantia acerrimum sibi puellae, quam amaret, odium peperisse. Ad futiles istas hominis gloriationes respexit Plutarch. non suav. viv. sec. Epicur. p. 1095. c. ubi habes Θρασωνίδας τινὰς καὶ Θρασυλέοντας, ὀλολυγμοὺς καὶ κροτοθορύβους ποιοῦντας. Fortasse etiam Themistius Orat. XXI. p. 259. C. ἀποκναίσμε δ' ἂν καὶ στρατιώτης ἀλαζὼν οἷος ἐν τῇ κωμῳδίᾳ, quamquam hoc etiam ad alias fabulas trahi potest. Nec male ad hanc fabulae partem retuleris Incerti poetae fragm. apud Schol. Hermog. p. 391. τῶν κωμικῶν τις περὶ ἀλαζόνος στρατιώτου φησί·

Καὶ γὰρ μετὰ Κάλλα γέγονα καὶ μετ' Ἀγαλλία,
*καὶ μετὰ * * νύκτα, καὶ [μετὰ] Περδίκκα πάλιν,*
καὶ ναί γε μὰ Δία τρίτον ἔτος μετὰ Κινησία.

certe non dedecent Thrasonidem nostrum, quorum ducum auspiciis stipendia fecerit magnifica quadam jactantia enarrantem. Hinc egregie a poeta factum arbitror, quod hominem istum doricis genitivorum formis utentem fecerit. Primo versu legebatur καὶ γὰρ μετὰ καλά, quod negotia facessit Koenio ad Greg. Cor. p. 329. De Calla, qui Olymp. CXI. 2. cum Macedonum et mercenariorum militum exercitu contra Persas pugnavit, vide Diodor. XVIII. p. 165. XIX. p. 344. Tertio versui quomodo medear non habeo; nec ceterorum ducum nomina praeter Perdiccam et Cinesiam expedio. Aliam gloriationum a Thrasonide jactatarum particulam servavit Scholium a Majo editum ad Odyss. ρ, 442. p. 488. ed. Buttm. πολλοὺς εἶχεν ἡ Κύπρος βασιλεῖς. Ἐν ταὐτῷ φησι καὶ Μένανδρος ἐν Μισουμένῳ ὡς ἐκ παραβάσει ἐκ Κύπρου λαμπρῶς πάνυ λαμπρὰ πράττων, ἐκεῖ γὰρ ὑπό τιν' ἦν τῶν βασιλέων. ex quo hoc discimus, jactasse militem, in Cypro se meruisse stipendia, unde auctus opibus

redierit. Verba ὡς ἐν παραβάσει non intelligo. Cetera sic concipienda videntur:

ἐκ Κύπρου λαμπρῶς πάνυ
πράττων, ἐκεῖ γὰρ ὑπό τιν' ἦν τῶν βασιλέων.

Vidimus igitur Thrasonidem in gravissimum amasiae odium incurrisse. Quo facto quid fecerit homo ingenti puellae amore percussus, discimus ex Arriani Dissert. Epict. III, 26. (IV, 1, 19.) p. 533. Schw., quo loco post Bergler. ad Alciphronis Epist. II, 4, 143. usus est etiam Boettiger. Exc. ad Spec. edit. Terent. p. 55. Vide, inquit Arrianus, quid dicat faciatque Thrasonides: πρῶτον μὲν ἐξελήλυθε νυκτός, ὅτε Γέτας (qui est servus militis) οὐ τολμᾷ ἐξελθεῖν. εἶτα τί λέγει;

Παιδισκάριόν με καταδεδούλωκ' εὐτελές,
ὃν οὐδὲ εἷς τῶν πολεμίων οὐπώποτε.

Sic enim legendum videtur pro vulgato ὃν οὐδεὶς τῶν πολ. πώποτε, nisi praeferas quod cod. habet: ὃν πώποτ' οὐδεὶς τῶν πολεμίων. Priori versu ante Bergler. ad Alciphr. II, 4, 143. ἀτελές. Eundem locum respexit Clemens Alex. Strom. II. p. 463. τὸν γὰρ κωμικὸν ἐκεῖνον Θρασωνίδην ἄλλη σκηνή, παιδισκάριόν με, φησίν, εὐτελὲς καταδεδούλωκεν. Aliorum imitationes vide ap. Boettig. l. l. p. 56. Quo sensu παιδισκάριον capiendum sit docet Clemens Alex. Paedag. I. p. 38. Sylb. qui παιδίσκας ex atticae linguae consuetudine dici monet τὰς καλὰς καὶ ἐλευθέρας νεάνιδας, παιδισκάρια δὲ τὰς δούλας. Igitur domi habuisse videtur Thrasonides puellam belli jure partam. Sed videamus reliqua apud Arrianum. Τάλας, inquit, ὅς γε καὶ παιδισκαρίου δοῦλος εἶ, καὶ παιδισκαρίου εὐτελοῦς. Τί οὖν ἔτι σαυτὸν ἐλεύθερον λέγεις; τί δὲ προφέρεις σου τὰς στρατηγίας; εἶτα ξίφος αἰτεῖ, καὶ πρὸς τὸν ὑπ' εὐνοίας μὴ διδόντα χαλεπαίνει, καὶ δῶρα τῇ μισούσῃ πέμπει, καὶ δεῖται καὶ κλάει· πάλιν δὲ μικρὰ εὐημερήσας ἐπαίρεται· πλὴν καὶ τότε πῶς; κτλ. Vides argumentum fabulae tanquam in tabula propositum. Ex eadem scena, quam adumbravit Arrianus, etiam hic locus petitus est apud Plutarch. de amore divit. p. 525. a., quem ad hanc fabulam referendum esse primus vidit Toup. Epist. crit. p. 27. cll. Porsono ad Eurip. Phoen. 1367. Insanire dicit Plutarchus eos, qui veste non utantur propter frigus, neque pane propter famem, neque opibus propter avaritiam: ἀλλ' ἐν τοῖς Θρασωνίδου κακοῖς ἐστι·

Παρ' ἐμοὶ γάρ ἐστιν ἔνδον, ἔξεστιν δέ μοι
καὶ βούλομαι τοῦτ'. οὐ ποιῶ δέ —

Quae sunt ipsa Thrasonidae verba, qui καίπερ ἐξουσίαν ἔχων τῆς ἐρωμένης, διὰ τὸ μισεῖσθαι ἀπέχει αὐτῆς, ut est apud Diog. Laert. VII, 130., et monente Berglero ad Alciphr. II, 4, 110., apud Suid. I. p. 862. Sequuntur ap. Plutarchum hi versus:

Ἄπολλον, ἀνθρώπων τιν' ἀθλιώτερον
ἑόρακας; ἆρ' ἐρῶντα δυσποτμώτερον;

Vulgo ἑώρακας, quod correxit Porson. ad Phoen. l. l.; fallitur Wyttenb. ad h. l., nec Jacobsii ratio probanda Addit. ad Athen. p. 369. De forma perfecti ἑόρακα dubitavit nuper Buttmannus. Omnem dubitationem tollit Machonis locus apud Athen. VI. p. 244. d. Sunt autem Getae verba, quem adfuisse in scena, dum haec agebantur, ex alio loco intelligitur, quem servavit Justinus de Monarch. p. 40. B.

Εἰ γὰρ ἐπίδοιμι τοῦτο, καὶ ψυχὴν πάλιν
λάβοιμ' ἐγώ· νυνὶ γὰρ — ἀλλὰ ποῦ θεοὺς
οὕτως δικαίους ἐστὶν εὑρεῖν; ὦ Γέτα.

Nam si hoc viderem sc. puellam meam mihi recuperatam, *tum sane animum reciperem; nam nunc quidem flaccescit.* Hoc enim vel simile quid ad νυνὶ γάρ subaudiendum esse monuit Bentl. p. 45. Similiter Homerus Iliad. 18, 88. utinam, inquit Achillis, mortalem conjugem duxisset Peleus! νῦν δ', ἵνα καὶ σοὶ πένθος ἐνὶ φρεσὶ μυρίον εἴη. Quod primo versu legitur πάλιν, addidi Bentl. conjecturam sequutus. Cfr. Porsonus Add. ad Eurip. Hecub. 1169.

Quod supra ex Arriano attulimus πάλιν δὲ μικρὰ εὐημερήσας ἐπαίρεται, docet opinor puellam tandem repetitis militis obtestationibus hoc dedisse, ut foris prodiret et mitiorem animum ostenderet. Quam rem probabile est ita instituisse poetam, ut Thrasonides identidem se alios mores sequuturum esse sanctissime juraret. Quibus ita respondisse videtur puella, ut se affirmanti parum fidei habere diceret:

Ἀπαμφιεῖ γὰρ τὸ κατάπλαστον τοῦτό σου
καὶ λανθάνειν βουλόμενον ἡ μέθη ποτέ.

Quae, tacito Menandri nomine, e Misumeno afferuntur a Suida s. v. ἀμφιέσαντες. Menandri nomen excidisse vidit Kusterus. Idem locus est ap. Grammat. Seguer. I. p. 415. ubi legitur τοῦτο μέν. Suidas habet τοῦτό μου, quod emendavit Hemsterh. ad Lucian. I. p. 443. — Poetae nomen iterum reticetur apud Gramm. Segu. I. p. 429. ἀπεκτόνασιν

οὐκ ἀπεκτάγκασι. Μισουμένῳ· πάτερ μὲν Θράσων' ἀπεκτάγκασι δ' οὔ. Quorum verborum emendatio e Suida petenda, qui Vol. I. p. 252. haec habet: ἀπεκτακασι καὶ ἀπεκτόνασι· Μισοῦσι μέν, ὦ πάτερ, Θράσωνα ἀπεκτάκασι δ' οὔ. quae eadem fere iterum apponuntur s. v. ἀποκτιννύναι. Recte autem Lexicon Seguer. ἀπεκτάγκασι, de qua forma vide Schaefer. ad Schol. Apoll. Rhod. II. p. 147. Versuum reliquiae ita digerendae videntur:

— Μισοῦσι μέν,
ὦ πάτερ, Θράσων' ἀπεκτάγκασι δ' οὔ —

Ad trimetros revocavit Toup. Epist. p. 28. ita: ὦ πάτερ, Μισοῦσι μὲν κτλ.

Vidimus ex Arriano Thrasonidem nocte intempesta foras prodiisse, non quo dominae suae παρακλαυσίθυρον caneret, quae Boettigeri est sententia, sed ut animi dolorem elugeret et amoris aestum quoquo modo sedaret. Hinc petitus videtur hic versus:

Τί οὐ καθεύδεις; σὺ μ' ἀποκναίεις περιπατῶν.

quamquam quo nexu haec verba dicta fuerint, ut nunc res est, ignoramus. Legitur hic versus apud Schol. Aristoph. Vesp. 679. Suid. I. p. 277. et Lexic. Seguer. I. p. 428. ἀποκναίει, ἀποκόπτει, ἀπολύει (leg. ἀπολλύει)· ἢ λυπεῖ· οἷον Τί οὐ καθ. σὺ μ' ἀποκν. π. Μένανδρος Μισουμένῳ. Vim verbi uberius, quam opus erat, explicuerunt Ruhnk. ad Tim. p. 42. Valck. ad Hippol. p. 278. Pierson. ad Moer. p. 74. alii.

Reliqua nostrae fabulae fragmenta haec sunt. Photius Lex. p. 390. σπαθᾶν. Μένανδρος Μισουμένῳ, τὸ ἀλαζονεύεσθαι. Deest haec significatio in Lexicis nostris. — Suidas s. v. Λακωνικαὶ κλεῖδες. Μένανδρος Μισουμέναις (Μισουμένῳ)·

Λακωνική κλεῖς ἐστιν, ὡς ἔοικέ μοι.

De clavi Laconica multa dixerunt Salmas. Exercitt. Plin. p. 653. b. et Scaliger ad Plauti Mostell. II, 1, 57. — Pollux X, 146. σπάθη ἐπὶ τοῦ ξίφους, καὶ ἐν τῷ Μισουμένῳ Μενάνδρου, ὅταν λέγῃ·

— Ἀφανεῖς γεγόνασιν αἱ σπάθαι.

Denique Schol. Isocrat. Nicocl. 9. ἣν καὶ μικρῷ μείζω τῶν ὁμόρων δύναμιν ἔχωσιν.] ὅρα πῶς εἰς ἀνάγκην ἐλθὼν τοῦ εἰπεῖν κἂν οὐκ εἶπεν, ἐπειδὴ οἶδε σπανίως αὐτὸ λεγόμενον καὶ παραχαραττόμενον, ὡς τὸ παρὰ Μενάνδρῳ ἐν Μισουμένῃ (Μισουμένῳ)·

Εἴσελθε κἂν νῦν, ὦ μακάριε. — Recte Coray Tom. I. p. 441. Menandri locum nihil ad Isocratis verba facere monet: τὸ γὰρ εἴσελθε κἂν νῦν ταὐτὸν σημαίνει τῷ, εἴσελθέ γε ἢ γοῦν νῦν. Καὶ ὅρα, ὅπως Μενάνδρου τοῦτο καινοτομήσαντος. Postrema vellem omisisset vir doctissimus. Eodem sensu illud κἂν νῦν dixerat jam Solon in Brunckii Poesi Eth. p. 73.:

ἀλλ' εἴ μοι κἂν νῦν ἔτι πείσεαι, ἔξελε τοῦτο,

quem locum temere sollicitatum vindicavit Hermannus ad Viger. p. 924. Aristoph. Acharn. 1021. μέτρησον εἰρήνης τι μοι, κἂν πέντ' ἔτη. Theocritus Idyll. 23, 41. κἂν νεκρῷ χάρισαι τὰ σὰ χείλεα, *nisi vivum certe mortuum osculare;* ubi nihil novandum. Cfr. ibid. 35. Apud seriores nihil hoc usu frequentius. Ita Philostratus Epist. 28. p. 926. εἰ καί με φεύγεις, ἀλλ' ὑπόδεξαι κἂν τὰ ῥόδα ἀντ' ἐμοῦ, *certe rosas suscipe.* Epist. 64. p. 945. ἀλλ' ἐπεὶ τετέλεσται τὰ δεινά, κἂν μήνυσον καὶ κόμας ποῦ κεῖνται, *indica saltem ubi jaceat capillus.* Xenophon Ephes. II, 11. δέομαί σου, ἂν ἀποκτείνῃς, κἂν ὀλίγον θάψον με τῇ γῇ, *saltem levi pulveris particula me conde.* Vide Locell. p. 202.

Ceterum quantam celebritatem haec Menandri fabula adepta sit, vel Alciphronis verba docent Lib. II. ep. 4., ubi Glycera admonet Menandrum ut hanc etiam comoediam ad Ptolemaeum afferre ne negligat. Obiter eam praeter Irenaeum c. Haer. II, 27. p. 151. ed. Gr. commemorant Agathias Schol. Anal. Br. II. p. 38. Fronto ib. III. p. 346. et Martial. Lib. XIV. ep. 114., quorum verba supra ad Dyscoli, Georgi et Disexapatontos fragmenta adscripsimus. Luciani dial. meretr. XIII. p. 315. Vol. III. et Alciphronis Epist. 36. Lib. III. ex eadem Menandri fabula expressum esse, vere monuit Boettigerus Spec. Terent. p. 57.

ΝΑΥΚΛΗΡΟΣ.

Primas fabulae partes egisse videtur Theophilus, navicularius, cujus ex mari Aegaeo reditum, diu frustra exspectatum, nescio quis laetabundus nuntiabat Stratoni, patri Theophili. Docet hoc locus ab Athen. XI. p. 474. c. servatus, ubi de cantharo, navigii genere disputat:

Α. Ἥκει λιπὼν Αἰγαῖον ἁλμυρὸν βάθος
Θεόφιλος ἡμῖν, ὦ Στράτων· ὡς ἐς καλὸν
τὸν υἱὸν εὐτυχοῦντα καὶ σεσωσμένον

πρῶτος λέγω σοι, τόν τε χρυσοῦν κάνθαρον.
Στ. ποῖον; Α. τὸ πλοῖον· οὐδέ μ' οἶσθά σ' ἄθλιε.
Στ. τὴν ναῦν σεσῶσθαί μοι λέγεις; Α. ἔγωγε μὴν
τὴν ναῦν ἐκείνην ἣν ἐποίησε Καλλικλῆς
ὁ Καλύμνιος, Εὐφράνωρ δ' ἐκυβέρνα Θού-
ριος.

Primos quinque versus servavit etiam Macrob. Saturn. VI, 21. *sequitur ut quando cantharum et poculi et navigii genus esse supra diximus, probetur exemplis. Menander in Nauclero*: Ἥκει λιπὼν κτλ. Primum versum iterum habet Athen. I. p. 4. a. Eum e Troadum initio sumtum esse monuit jam Valcken. ad Eurip. Phoen. p. 216. a. — Vs. 4. vitiose Macrobius πρῶτος δ' ἐγώ σοι. τόνδ' ἐχρύσουν κάνθαρον. — Vs. 5. τὸ πλοῖον. Suidas II. p. 596. ἀντικρὺς δὲ Μένανδρος ἐν Ναυκλήρῳ κάνθαρον εἶπε πλοῖον εἶναι. cfr. Ruhnk. de tutelis et insign. nav. in Opusc. p. 267. Tum quae sequuntur verba οὐδέ μ' οἶσθά σ' ἄθλιε Athenaeus omisit. Bentl. p. 46. corrigit: οὐδέ γ' οἶσθας ἄθλιε; quod vertit: *nonne tuas res nosti, miser?* Voluit igitur οἶσθα σ', ἄθλιε, idque monetur etiam in Erratis. Desidero tamen articulum. Antiquiora Macrobii exemplaria, ut e Casauboni verbis ad Athenaei locum conjicio, habent: οὐδὲν οἶσθα σύ, ἄθλιε. Fort. οὐδὲν οἶσθας, ἄθλιε, *nihil nosti, o miser; omnia tibi memoria exciderunt.* Forma οἶσθας etsi paullo rarior non videtur tamen ab Atticorum usu abhorruisse. Egregie Suidas sive Grammaticus, cujus scrinia compilavit, T. II. p. 672. οἶσθα ἀντὶ τοῦ οἶδας λέγεται ἄνευ τοῦ σ̄· μετὰ δὲ τοῦ σ̄ ποτὲ ἢ διὰ τὸ μέτρον ἢ διὰ τὸ συγκροῦσαι φωνήεντα οἶσθας. Utuntur hac forma Cratinus apud Bekkerum in Anecd. Gr. III. p. 1295. Oracul. ap. Plutarch. Opp. Morr. p. 408. a. et Aristoph. Vesp. 4. Vid. Pierson. ad Moer. p. 283. et Brunck. ad Arist. Pac. 143. Nec dubitandum, quin frequentiora haberemus exempla, si per librarios licuisset. In Nicaeneti Epigr. IV, 1. scribendum: γραῖα καλή· τί γάρ; οἶσθας ὅτ' ἦν νέα. Membr. Palat. οἶσθα, quod in οἶδας mutavit Brunckius. Jacobs. οἶσθ' ὅτ' ἔην edidit. Eadem ratione corrigendus Theocrit. XXII. 116. et Cornelius Longus in Anthol. Palat. I. p. 246. — Vs. 6. ἔγωγε μὴν κτλ. Emendavit haec partim Grotius Excerpt. p. 735. partim Bentl. p. 46. Vulgo corruptissime: ἔγωγε τὴν ἐμὴν κεινὴν ναῦν Καλλικλῆς ἐποίησε. τὸν καλούμενον εὐφράνορ' ἐκυβέρνα Θούριος. Quod ult. versu legitur ὁ Καλύμνιος debetur Heringae ingenio Observatt. critt. p. 251. Nam Bentl.

scripserat: ἣν ἐποίησ' ὁ Καλλικλῆς καλούμενος. Articulum rectius omittas.

Theophilus quum post diuturnam a patriis laribus absentiam rediisset, laetabundus patriam terram his verbis salutat:

Ὦ φιλτάτη γῆ μῆτερ, ὡς σεμνὸν σφόδρ' εἶ
τοῖς νοῦν ἔχουσι κτῆμα πολλοῦ τ' ἄξιον.
ὡς δῆτ' ἐχρῆν, εἴ τις πατρῴαν παραλαβὼν
γῆν καταφάγοι, πλεῖν τοῦτον ἤδη διὰ τέλους,
καὶ μηδ' ἐπιβαίνειν γῆς, ἵν' οὕτως ἤσθετο,
οἷον παραλαβὼν ἀγαθὸν οὐκ ἐφείσατο.

Servavit haec Athen. IV. p. 166. B. χρὴ δὲ τοὺς τὰ πατρῷα κατεδηδοκότας κατὰ τὸν Μενάνδρου Ναύκληρον οὕτως κολάζεσθαι· φησὶ γάρ· ὦ φιλτάτη et quae sequuntur. In Excerpta retulit Grotius p. 735. — Vs. 4. γῆν πατρῴαν καταφάγοι. Haud infrequens dicendi forma, copiose illustrata a Scaligero ad Varron. VI. p. 242. et Valcken. ad Hippol. p. 233. b. Imitantur Latini, ut multis exemplis docuit Gronovius Notis in Terent. p. 78. cll. Valcken. ad Adoniaz. p. 310. c. Callimachus apud Schol. ined. Heynii ad Hom. Vol. VIII. p. 117. (Bentl. fr. 200.) scripsisse videtur:

Κλῆρον ὃς αἰζηῶν ἔγρασε κηδόμενος.

Plane sic Hipponax ap. Athen. p. 304. b. et Pallad. Alex. Br. Anal. II. p. 419. — Vs. 5. καὶ μηδ' ἐπιβαίνειν γῆς. Ms. Epit. καὶ μηδέποτε ἐπιβαίνειν, quod negotia facessit Schweighaeusero. Vulgatum recte habet: ne attingere quidem terram patriam, nedum in ea habitare. Ita ἐλλειπτικῶς dici μηδέ vel οὐδέ docuerunt Bergler. ad Alciphr. I, 32. et Erfurdt. Observ. ad Athen. Part. I. p. 13.

Schol. Sophoclis Oed. Col. 1375. καὶ Μένανδρος ἐν Ναυκλήροις sive potius Ναυκλήρῳ·

Ὅ τε Πολυνείκης πῶς ἀπώλετ' οὐχ ὁρᾷς;

Fort. ὁ δὲ Πολυνείκης. Recepit Grot. Excerpt. p. 735. — Denique duo hujus fabulae fragm. leguntur ap. Stobaeum; alterum Serm. LXI. p. 386. Gesn. LXIII. p. 245. Grot.:

Καὶ φύσει πως εὐάγωγός ἐστι πᾶς ἀνὴρ ἐρῶν.

ut recte hunc locum constituit Bentl. p. 46.; alterum Serm. CIX. p. 578. Gesn. CXI. p. 460. Grot.:

Ὦ Ζεῦ πολυτίμηθ', οἷον ἔστ' ἐλπὶς κακόν.

ΝΟΜΟΘΕΤΗΣ.

Ammonius p. 173. λυχνίον λύχνου (Nunnesius ad Phryn. p. 313. Lob. λυχνούχου) διαφέρει. Λυχνίον μὲν γάρ ἐστιν ἡ λυχνία, — λύχνος (λυχνοῦχος) δὲ ὁ φανός. Μένανδρος ἐν Νομοθέταις· Ἑτέρου λυχνοῦχος, ἑτέρου λήκυθος. Recepit Grot. Exc. p. 735. Fort. leg.:

Ἑτέρου λυχνοῦχός ἐστιν, ἑτέρου λήκυθος.

— In hac etiam fabula parasitum partes suas habuisse testatur Athen. VI. p. 247. e. ubi singulari numero effertur Νομοθέτης, ut vocatur etiam a Quintil. Inst. X, 1. — Quae praeterea ad hanc fabulam retulit fragmenta, ea ego inter Incerta exhibere malui.

ΞΕΝΟΛΟΓΟΣ.

Theon Soph. Prog. IV. p. 48. Cam. Διὸ καὶ παρὰ τοιούτοις ποιηταῖς ἐπὶ πλεῖστόν ἐστιν, ὡς παρὰ Μενάνδρῳ πολλαχοῦ μὲν ἀλλαχόθι καὶ ἐν ἀρχῇ τοῦ τε Δαρδάνου καὶ τοῦ Ξενολόγου·

Ἀνδρὸς πένητος υἱὸς ἐκτεθραμμένος
οὐκ ἐξ ὑπαρχόντων, ἰδὼν ᾐσχύνετο
τὸν πατέρα μίκρ' ἔχοντα· παιδευθεὶς γὰρ εὖ
τὸν καρπὸν εὐθὺς ἀπεδίδου χάριτος καλόν.

ὁ γὰρ τελευταῖος στίχος ἐκ περιττοῦ πρόσκειται. Dubitari potest utrum e Dardani an Xenologi prologo locus poetae desumtus sit. Ad Dardanum retulit Grotius Exc. p. 755. quem sequutus est Clericus. Vs. 2. οὐκ ἐξ ὑπαρχόντων, *sumptuosius quam res patris ferebant*, ut recte Bentl. p. 21. Nonnihil differt formula ἐξ οὐχ ὑπαρχόντων, *opibus aliunde acquisitis, non propriis.* Plutarch. Vit. Them. p. 209. Cor. δοκῶν ἐξ οὐχ ὑπαρχόντων παρ' ἀξίαν ἐπαίρεσθαι, προσωφλίσκανεν ἀλαζονείαν. Conf. Wyttenb. Bibl. crit. III, 3. p. 90.

Stobaeus Eclog. Phys. Vol. I. p. 216. ed. Heeren.:

Οὕτως ἀσυλλόγιστον ἡ Τύχη ποιεῖ,
τὸ συμφέρον τί ποτ' ἐστὶν ἀνθρώπου βίῳ·
οὐ χρῆται νόμοις, καθ' οὓς κρίνει τὰ πράγματα.
οὐδ' ἔστιν εἰπεῖν ζῶντα ταῦτ' οὐ πείσομαι.

Heerenius his quintum addidit versum, etiam ab Intpp. Terentii ad Hecyr. III, 3, 20. Menandro adscriptum:

πρὸς τὰς τύχας γὰρ τὰς φρένας κεκτήμεθα.

Ultimum versum, inquit vir celeberrimus, *secernunt a prioribus Grotius et Clericus, sed codd. omnes eum jungunt, neque quum sensus bene procedat ab iis divellendus videtur.* Recte omnino fecit Grotius, quod hunc versum a ceteris separavit, sed nollem et ab hoc ipso et a Clerico p. 200. pro Menandreo receptus esset. Est enim Euripidis versus ex Hippol. 785. Jam quae in margine Stobaei mirifice depravata sunt, facili opera in ordinem redigi poterunt. Sequitur enim continuo apud Stobaeum Euripidis locus e Danae petitus, ad quem quum in Canteri margine adscriptum legatur: *Ex Euripidis Hippolyto*, facile vides, haec verba illi, quem Menandri versum putarunt, adscribenda esse. De tertio versu multae prostant virorum doctorum hariolationes. Zedelius Magazin für Schulen II. p. 365. conjecit: οὐ χρᾷ νόμους, *non oraculo edit leges.* Heerenius vero χρῆτ' οὐ νόμοις. Grotii aliorumque conjecturas vide apud Bentl. p. 47. qui quam ipse tentavit rationem:

καθ' οὓς δὲ κρίνει πράγματ' οὐ χρῆται νόμοις,

etsi ceterorum commentis longe praeferendam, vix tamen cuiquam placituram confido, quum et verba justo audacius transponantur, neque sententia loci multum adjuvetur. Quid igitur hoc versu faciendum? Nimirum abeat, unde male pedem intulit. Nam, nisi egregie fallor, illa verba, e prosario scriptore ducta, quum primum ad illustrandam Menandri sententiam a quopiam in margine adscripta essent, postea in ipsos Menandri versus irrepserunt. Quae ratio si forte minus placeat, non impedio, quo minus haec verba a Stobaeo quidem adscripta, sed a librario suo loco mota censeantur, id quod aliquoties in Stobaei eclogis accidisse constat. Ultimo versu praeter Stobaeum Serm. CX. p. 579. Gesn. CXII. p. 465., utitur Plutarch. de animi tranqu. p. 476. d. πολλοὶ καὶ τὸ τοῦ Μενάνδρου πεφρίκασιν· Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ζῶντα ταῦτ' οὐ πείσομαι. Ad Enchiridii fragmenta eum retulit Clericus, qui error unde fluxerit, Stobaei locum inspicienti facile erit ad intelligendum.

Ceterum quo jure Clericus et Fabric. Bibl. Gr. II. p. 266, hanc fabulam Ξενολογίαν vocaverint, non apparet. Stobaeus et Theon unanimi consensu habent Ξενολόγος h. e. *delector*, sive *mercenariorum militum conductor*, de quo uberius exposuerunt Vales. ad Harpocr. p. 129. a,

Wesseling. ad Diod. Sic. I. p. 679. et Boettigerus Specim. Terent. p. 45.

ΟΛΥΝΘΙΑ.

Apud Stobaeum Serm. CV. p. 564. Gesn. CVII. p. 447. Grot.

Ὡς ἄδικον, ὅταν ἡ μὲν φύσις
ἀποδῷ τι σεμνόν, τοῦτο δ' ἡ Τύχη κακοῖ.

Zenobius VI, 51.

Ὡς οὐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος.

Ταύτης μέμνηται Μένανδρος ἐν Ὀλυνθίᾳ. Apud Grot. Exc. p. 735. In auctore hujus versus perhibendo non consentiunt veteres scriptores. Suidas II. p. 771. eum Aristarcho tragico tribuit. E Chaeremonis Thersita ductum dicit Athen. XIII. p. 612. ubi legitur: τάδ' οὐχ ὑπάρχων. Tacito auctoris nomine eo usus est Demosth. adv. Neaer. T. II. p. 1345. item Photius p. 455. et Suidas III. p. 532. Nec mirum, quum in proverbii usum abierit. Sensum recte cepit Clericus: *non laedere incipiens*, quem usum verbi ὑπάρχειν praeter Budaeum Comment. Graec. p. 167. a. explicuit Valcken. ad Phoen. p. 427. b. Convenit plane Terentii illud Prol. Phorm. 20. *hic respondere voluit, non lacessere,* et Prolog. Eun. 7. *responsum non dictum esse qui laesit prior.*

Suidas III. p. 593. φέρειν, λαμβάνειν. — Μένανδρος Ὀλυνθίᾳ·

Μετ' Ἀριστοτέλους γὰρ τέτταρας τῆς ἡμέρας
ὀβολοὺς φέρων.

Vid. Bentl. p. 48. Idem usus activae formae apud Xenoph. Oecon. I, 6. ubi nihil contra librorum fidem mutandum. Nec aliter Theopompus apud Polluc. IX, 64. et Archippus ap. Athen. p. 322. a. qui locus ita scribendus est:

Ἐκήρυξεν βόαξ,
σάλπης δ' ἐσάλπιγξ', ἑπτ' ὀβολοὺς μισθὸν φέρων.

Vulgatur ἡ κῆρυξ μὲν ἐβόαξε.

Denique laudatur nostra fabula a Polluce X, 170. καὶ περιθέτην (κόμην), ὡς ἐν Ἄμφιδος Ἀλκμαίωνι καὶ Μενάνδρου Ὀλυνθίᾳ. Dicit comam supposititiam, quo sensu προσθέτους κόμας habes ap. Xenoph. Cyrop. I, 3, 2. et πρόσθετον κόμης apud Philostr. p. 931. Vid. Hemst. ad Polluc. l. l. et Salmas. ad Tertull. de Pall. p. 353. Cod. Falkenb. pro

περιθέτην habet περίθεσιν. Utrum praeferas, parum interest; περιθέτας κόμας dixit etiam Polybius III, 78.

ΟΜΟΠΑΤΡΙΟΙ.

Duobus locis laudatur haec fabula a Stobaeo, Serm. XXXI. p. 216. Gesn. et p. 137. Grot. et Serm. XXXVII. p. 218. Gesn. p. 147. Grot.

Ἅπας ἐρυθριῶν χρηστὸς εἶναί μοι δοκεῖ. —
Χρηστοὺς νομιζομένους ἐφόδιον ἀσφαλὲς
εἰς πάντα καιρὸν καὶ τύχης πᾶσαν ῥοπήν.

Versu 1. scripsi ἅπας cum Grotio pro πᾶς. Alia proposuit Jacobs. Addit. ad Athen. p. 24. et Erfurdt. Observ. in Athen. Part. I. p. 3. Sed unice tenendum ἅπας; nihil hoc corruptelae genere frequentius. Ad sententiam convenit Terentii illud in Adelphis: *erubuit, salva res est.* Notum est Catonis dictum, qui se dicebat μᾶλλον ἀγαπᾶν τῶν νέων τοὺς ἐρυθριῶντας ἢ τοὺς ὠχριῶντας, ut est apud Plutarch. de Vit. Pud. p. 528. f. conf. Senecae Epist. XI. p. 30. — Vs. 2. a Grotii conjectura vindicavit Bentl. p. 48.

Perobscurum est, quod Suidas ex hac fabula affert, fragmentum T. I. p. 28. ἀλφάνει, εὑρίσκει. Μένανδρος Ὁμοπατρίοις· Ἦν δῆλον οὔτι νύμφιός τε ἀλφάνει. Vid. Bentl. p. 48.

ΟΡΓΗ.

Memorabilem hujus fabulae locum servavit Athen. IV. p. 166. a. Καὶ Κτήσιππος δ' ὁ Χαβρίου υἱὸς εἰς τοσοῦτον ἦλθεν ἀσωτίας, ὡς καὶ τοῦ μνήματος τοῦ πατρός, εἰς ὃ Ἀθηναῖοι χιλίας ἀνήλωσαν δραχμάς, τοὺς λίθους πωλῆσαι εἰς τὰς ἡδυπαθείας· — καὶ Μένανδρος ἐν Ὀργῇ περὶ αὐτοῦ τάδε λέγει·

Καίτοι νέος ποτ' ἐγενόμην κἀγώ, γύναι,
ἀλλ' οὐκ ἐλούμην πεντάκις τῆς ἡμέρας
τότ'· ἀλλὰ νῦν· οὐδὲ χλανίδ' εἶχον· ἀλλὰ νῦν·
οὐδὲ μύρον εἶχον· ἀλλὰ νῦν· καὶ βάψομαι,
καὶ παρατιλοῦμαι, νὴ Δία, καὶ γενήσομαι
Κτήσιππος, οὐκ ἄνθρωπος ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ·
κᾆθ' ὡς ἐκεῖνος κατέδομαι καὶ τοὺς λίθους
ἀπαξάπαντας, οὐ γὰρ οὖν τὴν γῆν μόνον.

Recepit Grot. Exc. p. 737. De Ctesippo, perditissimo nebulone, vide Wolfii Prol. ad Demosth. adv. Lept. p. LIII. — Vs. 2. ἐλούμην πεντάκις τῆς ἡμέρας. Ita fere Simonides ap. Aelian. H. A. XVI, 24.

λοῦται δὲ πάσης ἡμέρας ἀπὸ ῥύπου
δίς, ἄλλοτε τρίς, καὶ μύροις ἀλείφεται.

Adde, quem Clericus laudat, Arrian. Alex. VII. extr. — Vs. 3. οὐδὲ χλανίδ' εἶχον, quae fere delicatiorum molliumque hominum fuit. Vid. Anaxilas ap. Athen. p. 548. c. Posidippus ap. Stobae. Serm. LXIV. p. 242. et Dio Chrysost. Orat. VIII. p. 285. — Vs. 8. οὐδὲ μύρον εἶχον. Egregia dederunt Rigaltius ad Artemid. Onirocr. I. p. 69. et Valcken. ad Callim. Eleg. p. 190. Tum sequitur καὶ βάψομαι, ad quae Clericus: *crines et barbam sibi pingebant luxuriosi senes. V. Hadr. Junius de Com. p.* 552. Adde Perizon. ad Aelian. V. H. IX, 9. Nec obstat quominus de barba unguentis delibuta interpreteris. Vid. D'Orvill. Vann. Crit. p. 572. — Vs. 15. καὶ παρατιλοῦμαι, quod hominum erat θηλυδριῶν. Africanus ap. Gellium N. A. VII, 22. *cujus supercilia raduntur, qui barba volsa feminibusque subvolsis ambulat.* Clericus affert Senec. Epist. CXIV. et Junium de Coma p. 476. — Vs. 6. et 7. vulgo ita distinguuntur:

Κτήσιππος οὐκ ἄνθρωπος· ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ,
καθὼς ἐκεῖνος, κατέδομαι καὶ τοὺς λίθους —

Illud καθὼς ne in Menandro quidem ferendum videtur. V. Thom. Mag. p. 488. Dawesii Miscell. p. 247. et Lobeck. ad Phryn. p. 426. E Machone ap. Athen. p. 579. d. recte sustulit Coray. In Menandri loco eandem rationem iniisse videtur Porsonus Advers. p. 258.

Athen. VI. p. 243. a. κἀν τῇ Ὀργῇ δέ φησι Μένανδρος·

— Διαφέρει Χαιρεφῶντος οὐδὲ γρῦ
ἄνθρωπος, ὅστις ἐστίν, ὃς κληθείς ποτε
εἰς ἑστίασιν δωδεκάποδος ὄρθριος
πρὸς τὴν σελήνην ἔτρεχε τὴν σκιὰν ἰδὼν
ὡς ὑστερίζων, καὶ παρῆν ἅμ' ἡμέρᾳ.

Recepit Grotius Exc. p. 737. — Vs. 1. διαφέρει. Fort. οὐδὲν praeponendum, ut ap. Aristoph. Nub. 504. ο'ὐδὲν διαφέρεις Χαιρεφῶντος τὴν φύσιν. Possis etiam Μὰ Δία διαφέρεις — et quid non? Mox οὐδὲ γρῦ Casauboni est correctio pro οὐδέ που. — Vs. 2. ὃς κληθείς ποτε. Ad hunc vel similem locum respexisse videtur Pollux VI, 8. κληθῆναι ἐπὶ

δεῖ-

δεῖπνον ἥ τε παροιμία λέγει καὶ Μένανδρος. Proverbium illud, cujus sedem frustra quaesiverunt intpp. Pollucis, latet ap. Schol. Theocr. Eid. VII, 24. ἐπὶ δὲ τῶν βραδυνόντων παροιμία·

> Ὅστις ἐπὶ δεῖπνον ὀψὲ κληθεὶς ἔρχεται
> ἢ χωλός ἐστιν ἢ οὐ δίδωσι συμβολάς.

Ita scribendum; editur κληθεὶς ὀψὲ, quod retinuit Casaub. ad Diog. Laert. I, 81. p. 10. Sec. versu Schottus Prov. metr. p. 616. ἐστ' ἢ οὐ. Eandem paroemiam respexit Plut. Symp. p. 726. B. — Vs. 3. δωδεκάποδος „nempe σκιᾶς. „Locum hunc multis explicat Casaub., ubi ex umbrae lon„gitudine de tempore conjecturam factam ostendit. Um„bra autem illa e gnomone horologii sciotherici desumeba„tur, non e corpore humano, ut voluit Salmas. Exerc. Plin. „p. 446. et 455. quem confutavit Petav. Dissert. Var. VII, 7." Haec Clericus. Non omittendus ad h. l. Hesychius I. p. 1053. δωδεκάποδος· οὕτως ἔλεγον ἐλλειπτικῶς στοιχείου ἢ σκιᾶς. οὕτω γὰρ συνέθεντο ἐπὶ δεῖπνον ἥξειν, τοῦ στοιχείου ὄντος δωδεκάποδος. Apposite ad nostrum locum Plutarch. de amic. et adul. p. 50. e. parasitus, inquit, ἀλίσγεται σκιὰν καταμετρῶν ἐπὶ δεῖπνον.

Ibid. VI. p. 247. e. Μένανδρος ἐν Ὀργῇ περὶ φίλου λέγων οὐχ ὑπακούοντος γάμων δείπνῳ φησί·

> Τοῦθ' ἑταῖρός ἐστιν ὄντως. οὐκ ἐρωτᾷ, πηνίκα δεῖπνόν ἐστιν; ὥσπερ ἕτεροι, καὶ τί δειπνεῖν κωλύει
> τοὺς παρόντας; εἶτα δεῖπνον ἕτερον εἰς τρίτην βλέπει,
> εἶτα περίδειπνον πάλιν.

Quartum versum ingeniose Porson. Advers. p. 73. ita supplevit:

> εἶτα δ' ἕτερον εἰς τετάρτην, εἶτα περίδειπνον πάλιν.

Quod primo versu legitur τοῦτο non sollicitandum. Notus est senarius ap. Strabonem et Eustathium: Τάδ' οὐχὶ Πελοπόννησος ἀλλ' Ἰωνία. Comicus apud Athenaeum et Eustath. ad Hom. p. 531. 13. Τάδ' οὐ Κόρινθος, οὐδὲ Λαΐς, ὦ Σύρε. V. Hemst. ad Lucian. I. p. 337. et Erfurdt. ad Soph. Oed. T. 1326.

Ibid. XII. p. 552. b. de Philippide: ἦν δ' εὐτελὴς τὸ σῶμα διὰ λεπτότητα — Μένανδρος Ὀργῇ·

Ὁ λιμὸς ὑμῖν τὸν καλὸν τοῦτον λαβὼν
Φιλιππίδου λεπτότερον ἀποδείξει νεκρόν.

Ita Bentl. p. 49.; probante Hemst. ad Luc. I. p. 420., pro edito ὑμῶν. Philippidis tenuitatem in proverbium abiisse satis constat; vid. Meursius Lect. Att. II, 5. et Kuster. ad Suid. s. v. Φιλιππίδης. Lepide Alexis apud Athen. p. 230. d. tenue ψυκτηρίδιον dicit Φιλιππίδου λεπτότερον. Sed totum locum apponam. Inducitur autem, ut Athenaei verbis utar, νεανίσκος ἐρῶν καὶ ἐπιδεικνύμενος τὸν πλοῦτον τῇ ἐρωμένῃ. Jam quarto versu ita pergit:

— — *κύαθος δ' ἦν ἀργυροῦς, τἀκπώματα*
ἦγε δύο δραχμάς, κυμβίον δὲ τέτταρας
ἴσως ἑτέρας· ψυκτηρίδιον, δέκ' ὀβόλους,
Φιλιππίδου λεπτότερον· ἀλλὰ ταῦθ' ὅλως
πρὸς ἀλαζονείαν οὐ κακῶς νενοημένα
ἦν.

Ut ab ultimis ordiamur, verba ἀλλὰ ταῦτα — νενοημένα ἦν, quae neque Jacobsio neque Porsono suspecta fuere, a poetae oratione sejungenda videntur. Qui ea servata cupit, is explicet velim quomodo cum reliquis cohaereant. Sunt Athenaei verba sive potius Aemiliani, pariter atque ea quae continuo sequuntur, quae et ipsa fuerunt qui pro Alexidis senariis venditarent. Tertio versu, ut de metro taceam, quid volunt sibi illa ἴσως ἑτέρας? Tacent interpretes. Equidem vereri me fateor ne litura sanari debeant. Neque obscurum est unde irrepserint. Est enim librarii adnotatio, qui quum vocem τέτταρας in codice suo parum dilucide scriptam legere nequiret, dubitanter adscripsit, fortasse ἑτέρας legendum esse. Ac confirmat hanc suspicionem alius Athenaei locus p. 502. f., ubi idem Alexidis fragm. legitur, sed importunis illis ἴσως ἑτέρας omissis. Jam cum postrema nullam amplius moram objiciant, locus ita constitui poterit:

κυμβίον δὲ τέτταρας,
Ψυκτηρίδιον δὲ δυ' ὀβόλους, Φιλιππίδου
λεπτότερον. —

Sed redeo ad Menandrea.

Apud Stob. Serm. VI. p. 79. Gesn., p. 42. Grot. ex Ὀργῇ hoc adfertur fragmentum:

Οὐκ ἔστι μοιχοῦ πρᾶγμα τιμιώτερον,
θανάτου γὰρ ἐστιν ὤνιον.

Ante Scaligerum erat ἐντιμότερον. Confirmat versus Eurip. ap. Stob. I. p. 2. οὐκ ἔστιν ἀρετῆς κτῆμα τιμιώτερον.

Sententiam loci Grotius ita extulit: *res pretiosa adulter, nam saepe mulieri morte constat.* Melius Clericus de moecho intelligit, qui deprehensus in furto impune occidi poterat. Taylor. Lectt. Lys. XI. p. 301. ell. Valcken. ad Hippol. p. 209. a. Postrema verba illustrantur proverbio *θανάτου τὸ κέρδος ὤνιον*, quod, ut alios mittam, tetigit Casaub. ad Pers. Sat. VI. p. 512.

Denique Pollux VI, 102. *ἀριστόδειπνον δὲ Μένανδρος εἴρηκε καὶ ἄδειπνον ὁ αὐτὸς ἐν Ὀργῇ*, — et Hesychius: *οὐ μάτην, οὐκ ἀληθῶς. Μένανδρος ἐν Ὀργῇ*, quae verba vix dici potest quam largam grammaticis disputandi materiam praebuerint. Bentl. ad Men. p. 49. et ad Callim. Epigr. p. 302. Ern. correxit *οὐ μὰ τήν*, quod praeter Wolfium ad Reizii libellum de incl. acc. p. 15., Hemsterh. ad Plut. p. 120. ita probavit, ut eandem formulam Theophilo ap. Athen. XI. p. 472. d. restituendam putarit. Hoc quidem frustra; recte Schweigh. *μὰ τὴν γῆν*. Nec magis probandum quod Porphyrio hanc locutionem restitui voluit Abresch. Diluc. p. 390. Nihilominus Bentl. rationem lubens amplector. Frequens est jurandi formula *μὰ τόν, οὐ μὰ τόν*, de qua accurate exposuit Koenius ad Greg. Cor. T. I. p. 150. E Platone, non philosopho, quae Valcken. erat sententia ad Callim. Eleg. p. 21., sed comico poeta, affert eam Schol. Arist. Ran. 1421. Neque alteram formam, in qua deae nomen subaudiendum, *μὰ τήν* vel *νὴ τήν* insolentem fuisse docent Grammatici. Hesych. *καὶ τάν, οὕτως οἱ ἀρχαῖοι, θεῶν ὀνόματα μὴ προστιθέντες.* Photius *καὶ τάν, οὕτως ὤμνυον.* Suidas *νὴ τήν, μὰ τήν. ἐλλειπτικῶς κατὰ τὸ μὰ τόν, καὶ μὰ τάς.* Mitto alia. Reliquum est ut ceteras criticorum conjecturas afferam. Lamb. Bosius Animadv. III. p. 14. aut pro *ἀληθῶς* scribi vult *ἄλλως*, aut vulgatam lectionem ita explicandam censet, ut verba *οὐκ ἀληθῶς* interrogative accipiantur. Prius certe ingeniosum. Suidas: *μάτην, ἄλλως.* Idem conjecit Huschke Anal. crit. p. 39. Denique Passovius in Act. Societ. Philol. Lips. T. I. p. 107. *οὐκ* ante *ἀληθῶς* delendum conjecit.

ΠΑΙΔΙΟΝ.

Apud Stobaeum Serm. LX. p. 382. Gesn. LXII. p. 237. Grot.:

Ἅπαντα δουλεύειν ὁ δοῦλος μανθάνει,
πονηρὸς ἔσται· μεταδίδου παῤῥησίας,

βέλτιστον αὐτὸν τοῦτο ποιήσει πολύ.

Gesnerus, adstipulante Grotio, εἰ πάντα dedit, Clericus εἰς ἅπαντα. Vid. Bentl. p. 50.

Suidas I. p. 106: ἀλεξιφάρμακα, ἀλεξιτήρια φαρμάκων. Μένανδρος Παιδίῳ·

Ἐφέσια τοῖς γαμοῦσιν οὗτος περιπατεῖ

λέγων ἀλεξιφάρμακα.

Ita Grot. Exc. p. 739. et Kusterus. Vulgabatur: Μένανδρος· Παιδίων, Ἐφέσια τοῖς γαμοῦσιν οὕτω κτλ. Frustra Pauwius p. 58. Μέν. Παιδίῳ ἢ Ἐφεσίῳ. Τοῖς γαμοῦσιν —. Ephesiae litterae, quarum aptissima hic fit mentio, quae fuerint docet Etymol. M. p. 402. et, qui eadem habet, Photius s. v. Ἐφέσια ἀλεξιφάρμακα, ὀνόματα ἄττα καὶ φωναὶ ἀντιπάθειαν φυσικὴν ἔχουσαι, quas qui pronuntiarent, aut tabella scriptas secum ferrent, in omnibus rebus prospero successu frui existimabantur, ut est ap. Apost. IX, 39. Memorabilis est Hesychii locus I. p. 1544., ubi docemur antiquissimis temporibus modo sex numero fuisse φωνὰς Ἐφεσίας, quem numerum postea impostores auxisse. Tum earum nomina ponit haec Ἄσκιος, Κατάσκιος, Λίξ, Τετράς, Δαμναμενεύς, Αἴσιον. Earum inventionem ad Idaeos Dactylos refert Clemens Alex. Strom. I. p. 132. Vid. Canteri V. L. I, 18. et Lobeck. de Idaeis Dact. p. 9.

Pollux X, 187. de voce λιθοκόλλητος, Μένανδρος Παιδίῳ·

Χρυσοῦν ἐπόρισας· εἴθε λιθοκόλλητον ἦν·

καλὸν ἦν ἂν οὕτως.

Huic versui nescio an statim subjecerit Menander haec apud Athen. III. p. 94. b.

Μάραγδον εἶναι ταῦτ' ἔδει καὶ σάρδια.

Quae vide num meretriculae verba fuerint, muneribus ab amatore oblatis non contentae. Fallitur Salvinus Observ. ad h. l. p. 162.: ἐπόρισας *comparasti*, ἔπορες *dedisti*. V. Valck. ad Phoen. 992. Casaubonus ad Athen. l. l. comparat Nonium Cap. XIV. p. 789. ubi similia Menandreis afferuntur e Naevii *Pedio* sive potius *Paedio*. Hanc enim fabulam pariter ac Turpilii *Paedium* e Menandrea expressam fuisse haud temere suspiceris. Conf. Reines. V. L. III, 3. p. 383. De forma μάραγδον, cujus causa Menandri versum excitavit Athenaeus, vide Duker. ad Thucyd. IV, 3. Eustath. ad Iliad. Vol. II. p. 842. καὶ τὸ σμάραγδος μάραγδος. οἷον Μάραγδον εἶναι ταῦτ' ἔδει καὶ σάρδια. Idem p. 853. καὶ ὁ παρὰ Μενάνδρῳ δίχα τοῦ σ μάραγδος. Male

Toup. Emend. T. IV. p. 401. μαργάδιν' εἶναι corrigit. Infelicius etiam Bochart. Hieroz. II. p. 698.

Ammonius p. 57. δικαστὴς καὶ διαιτητὴς διαφέρει. — Μένανδρος ἐν Παιδίῳ·

Εἴ τις δικαστὴς ἢ διαιτητὴς θεῶν.

Ita e Ms. edidit Valck. pro Μένανδρος ἐν Πέμπτῳ, quod non suspectum habuerunt Meurs. Bibl. Att. p. 1563. et Fabric. Bibl. Gr. II. p. 467. Ad Παρακαταθήκην retulit Clericus. Pro εἴτις cur ἥτις malit Piers. ad Moerin p. 133. non exputo.

Denique Lexic. Segu. I. p. 436. et Suid. I. p. 294. ἀπόστα, οὐ μόνον ἀπόστηθι — Μένανδρος παιδίῳ· *Ἐνταῦθ' ἀπόστα μικρόν.*

ΠΑΛΛΑΚΗ.

Laudatur a Stobaeo Serm. II. p. 30. Gesn. p. 9. Grot.:

Πολλοὺς λογισμοὺς ἡ πονηρία κυκλεῖ.

ab eodem Serm. XXXVII. p. 218. Gesn. p. 147. Grot.:

Ἀλλὰ τῶν χρηστῶν ἔχει τιν' ἐπιμέλειαν καὶ θεός.

quae male ad senarios revocavit Grotius; ab Athenaeo XIV. p. 654. B.:

Μικρὸν ἐπιμείνας προστρέχει,
ἠγόρακά σοι περιστέρια λέγων.

ut recte Clericus pro ἐπέμεινας dedit; denique a Gramm. Seguer. I. p. 473. ἀφυβρίσαι, τὸ ἀκολάστως ὑβρίσαι δηλοῖ εἰς κόρον καὶ ὥστε ἀποπληρωθῆναι. Οὕτω Μένανδρος Παλλακῇ·

Νῦν πῖθι, νῦν ἀφύβρισον, ἣν ἀφύβρικα.

Ita Alexis ap. Athen. p. 36. e. ἀνάγκη τὸν νέον ἄνδρ' ἀποζέσαι — ἀφυβρίσαι τε, h. e. *desaevire, austoben.* Tetigit Wyttenb. ad Plutarch. de S. N. V. p. 39. Ad ἣν ex ἀφύβρικα assumendum videtur ὕβριν. — Ceterum ejusdem nominis fabulam scripsit Diphilus ap. Etym. M. p. 206, 16., quod Fabricius commemorare neglexit; nec *Danaides* Diphili ab Erotiano p. 116. laudatas commemoravit.

ΠΑΡΑΚΑΤΑΘΗΚΗ.

Athen. XIII. p. 571. e. Μένανδρος ἐν Παρακαταθήκῃ τῶν ἑταιρῶν τοὺς ἑταίρους διαστέλλων φησί·

Πεποιήκατ' ἔργον οὐχ ἑταίρων — —
— — ταὐτὰ δ' ὄντα γράμματα
τὴν προσαγόρευσιν οὐ σφόδρ' εὔσημον ποιεῖ.

Lacunam ita explevit Casaub. ut verba: νὴ Δία, μᾶλλον δ' ἑταιρῶν insereret, ad sensum recte, non item ad graeci sermonis puritatem. In textum tamen recepit Schweighaeuserus. Fortasse scripserat Menander:

Ὑμεῖς μὲν ἑταιρῶν οὐχ ἑταίρων, ὦ φίλοι,
πεποιήκατ' ἔργον· ταὐτὰ θ' ὄντα γράμματα —

Sed in hujusmodi fragmentis nihil certum. Imitatus est hunc locum Alciphro III, 64. ἑταίρου γὰρ οὐχ ἑταίρας ἔργον διεπράξατο. Similis lusus apud Plaut. Trin. III, 2, 25. *in foro operam amicis da, haud in lecto amicae.* Theopompus ap. Athen. p. 260. F. δικαίως ἄν τις αὐτοὺς οὐχ ἑταίρους ἀλλ' ἑταίρας ὑπέλαβε. conf. Demetrius de Elocut. 27. p. 15. — Vs. 2. ταὐτά. Ita Casaub. pro ταῦτα. Eurip. Hipp. 385. οὐκ ἂν δύ' ἤστην ταὔτ' ἔχοντε γράμματα. ubi v. Valck. — Vs. 3. οὐ σφόδρ' εὔσημον ποιεῖ. Casaub. *parum honestum* ἑταιρῶν *nomen faciunt.* Grotius Exc. p. 739.: *ambiguam faciunt appellationem.* Praeferam Casaub. rationem, ita tamen ut aut εὔφημον (οὐκ εὔφημος ἐπωνυμία Philostr. V. S. I, 15. p. 499.) aut, quod Schweigh. voluit, εὐσχημον scribendum putem, de qua forma vide Schaefer. ad Dionys. de Comp. Verb. p. 202. Ac confirmant hoc ipsa Athenaei verba, quae vide.

Apud Stobaeum tria nostrae fabulae fragmenta asservantur:

— — Στρατεία δ' οὐ φέρει περιουσίαν
οὐδεμί', ἐφήμερον δὲ καὶ προπετῆ βίον,
οὗ πεῖραν ἔχομεν ὄντος οὐ σωτηρίου. —
Αἰσχρὸν γενέσθαι πτωχὸν ἀσθενῆ θ' ἅμα. —
Εὔπιστον ἀτυχῶν ἐστιν ἄνθρωπος φύσει·
τὸν πλησίον γὰρ οἴεται μᾶλλον φρονεῖν
ὁ τοῖς λογισμοῖς τοῖς ἰδίοις πταίων ἀεί.

Horum locorum primum habet Stob. Serm. LI. p. 356. Gesn. LIII. p. 202. Grot. Versu sec. legebatur οὐδεμίαν. Correxit Bentl. p. 50. — Vs. 4. habet Stob. XCIV. p. 516. Gesn. XCVI. p. 388. Grot. Menandro hunc versum tri-

buit. Gesnerus, Aristophonti Grotius. Erroris origo in promptu est; vide Stobaeum. — Tertium fragm. est ap. Stob. Serm. CII. p. 556. Gesn. CIV. p. 426. Grot.

Pollux IX, 76. τὸ δὲ χρυσίον, ὅτι τοῦ ἀργυρίου δεκαπλάσιον ἦν σαφῶς ἄν τις ἐκ τῆς Μενάνδρου Παρακαταθήκης μάθοι·

Ὁλκὴν ταλάντου χρυσίου σοι, παιδίον,
ἕστηκα τηρῶν.

ἐπάγει μετὰ ταῦτα περὶ ταὐτοῦ λέγων·

Μακάριος ἐκεῖνος δέκα τάλαντα καταφαγών.

Livius a Clerico laudatus Lib. XXXVIII, 11. *pro argento si aurum dare mallent* (Aetoli) *conveniit, dum pro argenteis decem aureus unus valeret.* Sed haec pluribus persequutus est Boeckhius Oecon. Att. I. p. 30 sqq. In Menandri verbis fortasse corrupta sunt ista ἕστηκα τηρῶν, pro quibus Ms. ἔστη κατηγορῶν, quod frustra explicare conatus est Hemsterhusius. Editam lectionem tenent Casaubonus ad Athen. p. 571. D. et Wesseling. ad Diod. Sic. II. p. 126. Pro ἕστηκα fortasse ἔστησα scribendum, *pendi, ponderavi.* V. Valcken. Diatr. p. 288. B. Versu tertio Cod. Ms. δεκατάλαντον. Numeros in tanta fragmenti brevitate restituere velle periculosum est.

Praeterea his locis laudatur Παρακαταθήκη. Justin. Mart. de Mon. p. 40. B. καὶ ἐν Παρακαταθήκῃ·

Ἔστι κρίσις ἄδικος, ὡς ἔοικε, κἂν θεοῖς.

de quo confer Bentl. p. 51. — Lexic. Seguer. I. p. 368. ἀκολουθεῖν μετ' αὐτοῦ. Μένανδρος· Νίκη μεθ' ἡμῶν εὐμενὴς ἕποιτ' ἀεί. Κὰν τῇ Παρακαταθήκῃ· *Συνακολουθεῖ μεθ' ἡμῶν.* — Hesych.: Ὄφεις, τὰ δρακοντώδη γινόμενα ψέλλια. Μένανδρος Παρακαταθήκῃ· τοὺς ὄφεις, λέγει, καλῶς γέ μοι ἠγόρασας. Recte Bentl. p. 51. Menandrea sic constituit:

— Τοὺς ὄφεις καλῶς γέ μοι
Ἠγόρασας — —

Casaub. Hesychii locum ita constituit: Ὄφεις, τὰ δρ. γιν. ψέλλια Μένανδρος ἐν Π. τοὺς ὄφεις λέγει· Καλούς γέ μοι ἠγόρασας ὄφεις. — Harpocr. p. 132. ὅρος· οὕτως ἐκάλουν οἱ Ἀττικοὶ τὰ ἐπόντα ταῖς ὑποκειμέναις οἰκίαις (domibus oppigneratis) καὶ χωρίοις γράμματα δηλοῦντα ὅτι ὑπόκειντai δανειστῇ. — καὶ Μένανδρος Παρακαταθήκῃ. Eadem Phot. Lex. p. 255. — Ammonius p. 124. θύρα καὶ θυραία διαφέρει. θύρα μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἐξ ἀρχῆς γενομένη. Μένανδρος ἐν Παρακαταθήκῃ· *Θύραν ἔξελε.* θυραία δὲ τὸ μέλλον πρὸς ἐκ-

κοπὴν θύρας μέγεθος, et mox: θύρα καὶ θύραι διαφέρει· θύρα μὲν γάρ ἐστι τὸ ἐπίθεμα τὸ ἐκ σανίδων. θύραι δὲ τὸ ἄνοιγμα αὐτὸ καὶ τὰ χαλάσματα τῆς θύρας, ubi leg. videtur θυραία. Photius Lex. p. 76. θυραία, τὸ ἄνοιγμα τῆς θύρας, Μένανδρος. et paullo ante: θυρέαν, τὴν τοῦ μεσοτοίχου διακοπήν. Haec quomodo possint aut emendari aut inter se conciliari videant alii.

ΠΕΡΙΚΕΙΡΟΜΕΝΗ.

Unum hujus fabulae fragmentum superest, servatum illud a Grammat. Seguer. I. p. 427. ἀποδεῖξαι οὐ παραδεῖξαι· ὅμως δ' ἀπόδειξον ταῦτα τῇ γυναικί, καὶ Περικειρομένῃ Μένανδρος. Scribendum videtur:

Ὅμως δ' ἀπόδειξον ταῦτα τῇ γυναικί σου,

Μένανδρος Περικειρομένῃ. nisi forte inter verba τῇ γυναικί et καὶ Περικειρομένῃ alius poetae nomen excidisse statuas. Praeterea hanc fabulam obiter commemorant Fronto in Anal. Brunck. II. p. 346., cujus verba ad Georgum adscripsimus, et Agathias Scholasticus ibid. III. p. 38., cujus carmen, quum egregium sit ad perspiciendum fabulae argumentum, hoc loco integrum apponam:

Τὸν σοβαρὸν Πολέμωνα, τὸν ἐν θυμέλῃσι Μενάνδρου
  Κείραντα γλυκεροὺς τῆς ἀλόχου πλοκάμους,
Ὁπλότερος Πολέμων μιμήσατο, καὶ τὰ Ῥοδάνθης
  Βόστρυχα παντόλμοις χερσὶν ἐληΐσατο·
Καὶ τραγικοῖς ἀχέεσσι τὸ κωμικὸν ἔργον ἀμείψας
  Μάστιξε ῥαδινῆς ἅψεα θηλυτέρης.
Ζηλομανὲς τὸ κόλασμα· τί γὰρ τόσον ἤλιτε κούρη,
  Εἴ με κατοικτείρειν ἤθελε τειρόμενον;
Σχέτλιος· ἀμφοτέρους δὲ διέτμαγε· μεχρὶ καὶ αὐτοῦ
  Βλέμματος ἐνστήσας αἴθοπα βασκανίην;
Ἀλλ' ἔμπης τελέθει Μισούμενος· αὐτὰρ ἔγωγε
  Δύσκολος οὐχ ὁρόων τὴν Περικειρομένην.

Primas igitur fabulae partes Menander Polemoni demandaverat, importuno militi et gravissimis zelotypiae stimulis agitato. Hinc Lucianus, qui dicitur, Dial. Meretr. IX. p. 303. οὔτε τὸν Πολέμωνα τοιοῦτον ἐπανήκοντα χρήσιμον μὴ παραδέχεσθαι· προσέτι γὰρ καὶ ζηλότυπός ἐστι, et ibid. p. 304. ὀργιζομένῳ οὐχ οἷόν τε παρεῖναι Πολέμωνι, καὶ μᾶλλον ἐπιταθήσεται ζηλοτυπῶν. Iste igitur Polemo quum forte puellam suam perfidiae suspectam haberet, statim, ut erat homo ad iracundiam pronus, bacchatur et furore percul-

sus miseram istam puellam conviciis increpat, vestem dilacerat, et, quo nihil putabatur ignominiosius (v. Savar. ad Sidon. Apoll. V, 13. p. 335. et Boettiger. Specim. Terent. p. 60.), capillos detondet. Haec omnia discimus ex Agathia; quid porro fecerit homo furiosus docet nos Philostratus Epist. XXVI. p. 924. *οὐδὲ ὁ τοῦ Μενάνδρου Πολέμων καλὸν μειράκιον περιέκειρεν, ἀλλ᾽ αἰχμαλωτοῦ μὲν ἐρωμένης κατετόλμησεν ὀργισθείς, ἣν οὐδὲ αὐτὸς ἀποκείρας ἠνίσχετο. κλαίει γοῦν καταπεσὼν καὶ μεταγινώσκει τῷ φόνῳ τῶν τριχῶν.* Igitur facti poenitentia ductus et sibimet ipsi iratus ad flentis amasiae genua procumbit, crudele, quod perpetrarit, facinus exsecratur, et ut suam sibi dementiam ignoscat animo graviter commoto rogat. Ex hac ego scena versum petitum conjicio, quem tacito auctoris nomine servavit Plutarch. Opp. Mor. p. 799. d.

Οἵαν ἀδικῶ γυναῖχ᾽ ὁ δυσδαίμων ἐγώ.

Neque temere, opinor, indidem ducta esse suspiceris, quae e Menandro, sed non addito fabulae titulo, citantur ab Etymol. M. p. 57. 24. et Grammat. Seguer. I. p. 374.:

— Ὁ δ᾽ ἀλάστωρ ἐγὼ
καὶ ζηλότυπος ἄνθρωπος —

Certe utrumque egregie convenit homini factam injuriam commoto animo confitenti et delicti veniam petenti. Simillimum locum Tibulli Lib. I, 10, 53.:

Sed Veneris tunc bella calent, scissosque capillos
Femina perfractas conqueriturque fores,
Flet teneras subtusa genas; sed victor et ipse
Flet sibi dementes tam valuisse manus.

comparavit Cl. Huschkius Anal. crit. p. 177., qui ibid. p. 172. recte notavit Fabricium, Agathiae et Philostrati locis ita abusum, ut novam inde comoediam *Polemonis* nomine inscriptam Menandro affingeret. Sed errorem errore cumulat Fabricius, quum Polemonem et Glyceram unam eandemque fabulam fuisse existimat. Atqui dubitari posse, an unquam Menander fabulam Glycerae nomine vocatam docuerit, supra vidimus. Sed Fabricium Scaligerana Agathiae interpretatio latina in errorem induxit:

Quod Polemo ille facit, *Glycerae* cum conjugis aufert
In thymela crines, docte Menandre, tua.

Correxit igitur Vir Summus:

Κείραντα Γλυκέρας τῆς ἀλόχου πλοκάμους.

Atque ita edidit nuper Jacobsius Anthol. Palat. I. p. 147. codicis auctoritatem sequutus, qui pro vulgato *γλυκεροὺς*

praebet *γλυκερᾶς*. Scaligeri conjecturam hactenus tantum probat Huschkius p. 185., si ponatur, Menandrum Glycerae nomen pluribus comoediis intexuisse. Atqui id fecisse Menandrum satis docet fragmentum e Misogyne servatum apud Priscian. XVIII. p. 1193., idemque haud scio an colligi possit ex Alciphr. Epist. I, 29. fine. Nihilominus equidem Scaligeri correctionem rejiciendam arbitror, idque duplici motus argumento. Primum Polemonis amasiam Menander *αἰχμαλωτὸν* finxerat, ut diserte testatur Philostratus; tum vero, quis credat Menandrum, Glycerae amatorem tenerrimum, amoribus suis et deliciis *περικειρομένης* personam tribuisse? Itaque nisi quis in vulgata Agathiae lectione acquiescendum putet, videndum ne scripserit ille:

κείραντα γλυκερᾶς τῆς ἀλόχου πλοκάμους.

Atque hoc loco finem facere possem disputationi de hac fabula institutae, nisi Huschkius l. c. novam de ea sententiam attulisset. Sic enim statuit V. C., *Περικειρομένην* atque aliud non minus celebratum Menandri drama, *Ῥαπιζομένης* nomine inscriptum, non diversas fuisse fabulas, sed diversos tantum ejusdem fabulae titulos. Argumentorum, quae docte et eleganter exposuit, summa huc redit: non dubium videri posse, miseram puellam istam apud Menandrum non modo comis privatam fuisse a Polemone sed etiam plagis irrigatam. Manifesto enim hoc dicere Agathiam, idque confirmare praeter Lucianum Dial. Meretr. VIII., testes gravissimos, Ovidium, Tibullum, Propertium, quos respexisse ad Menandri fabulam, et rem eodem fere modo, quo Agathiam, uberius tamen exponere. Haec igitur Huschkius, qui quod Agathiae verba sententiae suae favere dicit, id haud scio an non satis tuto inde colligi possit, nec mirer si quis contrarium inde probari posse opinetur. Redivivus iste Polemo Rhodanthes capillos laceraverat; id *κωμικὸν ἔργον* vocat Agathias, propterea quod simile quid in Menandri comoedia perpetratum fuerat. Nec vero eo contentus fuit homo *ζηλότυπος*, sed eo dementiae processit, ut *tragicos superadderet ausus*. Verberibus enim caedit puellam, ex quo ipso colligi posset, apud Menandrum non caesam. Sed si vel maxime puellam istam etiam verberatam fuisse concedamus, non tamen hoc inde continuo sequi videtur, ut unam eandemque fabulam *Περικειρομένην* et *Ῥαπιζομένην* fuisse arbitremur. Unum idemque utriusque fabulae argumentum fuisse potius dixerim, quod nemo mirabitur in Menandro, qui in summa ingenii ubertate, eas tamen fabulas, quae uno

eodemque actionis genere continerentur, tam similes inter se fecisse censendus est, ut, si summam rei spectes, vix dignosci altera ab altera potuerint. Nec de Menandro tantum, sed de omnibus novae Comoediae poetis id dici potest. Ita fieri non potuit quin eae quoque comoediae, in quibus quid amantium ζηλοτυπία valeret, ostendere vellet poeta, miram quandam inter se haberent similitudinem. Denique ne illud quidem negligendum est, neminem veterum scriptorum ita alterutram fabulam ad partes vocasse, ut utramque pro una eademque fabula habuisse videatur. Illud autem facile largior Huschkio, Lucianum non minus quam Ovidium et Tibullum ex ipsa nostra Περικειρομένῃ suos rivulos irrigasse. Minus assentior de Propertio Lib. II, 5, 21.

Nec tibi perjuro scindam de corpore vestem,
 Nec mea praeclusas fregerit ira fores:
Nec tibi connexos iratus carpere crines,
 Nec duris ausim laedere pollicibus.
Rusticus haec aliquis tam turpia proelia quaerat,
 Cujus non hederae circuiere caput.

Quae ut e Menandreo fonte fluxisse concedam, non tamen e Περικειρομένῃ peti potuerunt, h. e. ex ea comoedia, in qua non rusticum sed militem istis amoris Furiis agitatum vidimus. Quod enim Huschkius dicit, postremis verbis: *rusticus, cujus non hederae circuiere caput*, ipsum illum Polemonem significari, id nemini facile probaverit. Certe quod ad confirmandam sententiam suam attulit, talem hominem a Plutarcho εὐπάρυφον et ἀγροῖκον παχεῖαν φορίνην φέροντα dici, in eo virum doctissimum ratio fefellit. Vide quae de illo Plutarchi loco ad Colacis fragmenta diximus. Tum ne verum quidem est, si verba rimari velis, Propertium eodem modo rem narrare quo Agathiam. Apud hunc enim caeditur puella verberibus, apud Propertium laeditur unguibus. Quae quum ita sint, ex alia potius fabula, in qua rusticum ζηλοτυπίας aestu agitatum poeta induxerit, Propertium sua traxisse putaverim. Nec ea longe quaerenda, si tamen vera sunt quae de argumento τοῦ Γεωργοῦ e Luciano nobis colligere visi sumus. Quamquam ne hoc quidem ejusmodi est, ut nihil dubitationis relinquatur. Pendet sane totus a Graecis Propertius; sed quae suis ipse oculis cernebat, et suo ipse exemplo expertus didicerat, num ea quoque eum trans mare petiisse censebimus? Zelotypiae stimulis agitari, fores frangere, vestem discindere, capillorum ornatum prae ira conscindere, verberare puellam, haec et similia a Graecis pariter atque Romanis certissima consummati amoris

indicia habebantur. Ita, ne plura commemorem, Polycratem Samium, quum amasium perfidiae insimularet, eo furoris processisse legimus, ὥστε δι' ὀργὴν ἀποκεῖραι τὸν ἐρώμενον, teste Athenaeo Lib. XII. p. 540. e. Neque sane Menandrum sequutus est Horatius Carm. I, 17, 24.

— nec metues protervum
Suspecta Cyrum, ne male dispari
Incontinentes injiciat manus,
Et scindat haerentem coronam
Crinibus, immeritamque vestem.

Ubi falluntur, si quid video, qui *incontinentes manus* de Cyri petulantia interpretantur; sunt potius *dementes manus* Tibulli, et χεῖρες πάντολμοι Agathiae.

ΠΕΡΙΝΘΙΑ.

Suidas s. v. ἀβέλτερος, ἀνόητος, ἀσύνετος, ὁ τὸ βέλτιον μὴ γινώσκων — Μένανδρος' Περινθίᾳ·

"Οστις παραλαβὼν δεσπότην ἀπράγμονα
καὶ κουφὸν ἐξαπατᾷ θεράπων, οὐκ οἶδ' ὅ,τι
οὗτος μεγαλεῖόν ἐστι διαπεπραγμένος,
ἐπαβελτερώσας τόν ποτε ἀβέλτερον.

Vid. Bentl. p. 52. Versu 2. Porsonus Advers. p. 255. reposuit οὐκ οἶσθ' ὅτι, quo sententia loci ita immutatur, ut fallacia servi non improbetur sed laudetur. Frustra. Vs. 4. Scaliger τόν ποτ' ὄντ' ἀβέλτερον, probante Porsono. Grotius τόν τὸ πρόσθ' ἀβέλτερον.

Stobaeus Serm. CXXII. p. 611. Gesn. CXXIV. p. 505. Grot.:

Οὐπώποτ' ἐζήλωσα πολυτελῆ νεκρόν,
εἰς τὸν ἴσον οἶκον τῷ σφόδρ' ἔρχετ' εὐτελεῖ.

Emendavit Bentl. p. 51. Vulgo εἰς τὸν δ' ἴσον ὄγκον —. quod frustra explicare conatus est Gataker. de St. N. T. II. p. 12. F. Neque Clericum Praefat. ad Philarg. Emend. p. 42. et D'Orvill. Vann. crit. p. 232. probo, qui ὄγκον contra palmariam Bentl. emendationem vindicare conantur, allato Sophoclis loco Electr. 1142. σμικρὸς προσήκεις ὄγκος ἐν σμικρῷ κύτει, quae verba nihil probant. Docere debebant dici posse εἰς ὄγκον ἔρχεσθαι. Nihil proficimus Zedelii conjectura (Magazin für Schullehrer II. p. 370.) qui οἴχεται scribi malit, et ipse ὄγκον servans, quod habeat justam imaginem destructionis atque interitus corporis hu-

mani. Bentl. rationem probavit etiam Brunck. Poes. Eth. p. 192. Ceterum permira sunt, quae scripsit de hoc versu Scaliger Conj. in Varr. IV. p. 49. Bip.: „Orcum vero, in„quit, Romani sine dubio a Graecis acceperant: nam Ὄρ„κον vocabant conditorium mortuorum. Menander: εἰς „τὸν ἴσον ὅρκον τῷ σφόδρ' ἔρχετ' εὐτελεῖ." Haec tamen securus repetiit Graevius Lect. Hesiod. Cap. XVII. p. 91. Nec magis Casauboni ratio laudanda, qui ad Sueton. T. I. p. 292. Burm. hunc locum ita exhibuit: εἰς τὸν ἴσον ὀρχὸν κτλ.: quamquam illud recte vidit, Latinum *Orcus*, in quo frustra laboravit Vossius Etym. p. 358. a., a Graeco ὀρχός repetendum esse. Quam sententiam confirmat Servius ad Virgil. Aen. IV, 4. p. 991. *anchora apud majores sine adspiratione proferebatur; contra thus et orchus veteres dicebant.* Quam Scaliger parum feliciter Menandro reddere voluit vocem ὅρκος, eam nos meliori, opinor, successu eximamus Carystio Pergameno ap. Schol. Theocr. Id. XIII, 22. *Καρύστιος Περγαμηνός φησι Κυανέας μὲν ὑπὸ ἀνθρώπων, ὑπὸ δὲ θεῶν ὅρκου πύλας κεκλῆσθαι.* Legendum videtur Φόρκου πύλας. Phorcus idem qui apud Homerum Phorcys. Eundem *Πόρκον* dixerat Alcman. Hesych. *Νηρεύς, θαλάσσιος δαίμων· Ἀλκμὰν καὶ Πόρκον ὀνομάζει.* Conf. Heynius ad Apollod. I, 2.

Pollux X, 12. *ἐκαλεῖτο δὲ ταῦτα ὑπὸ τῶν νεωτέρων μαλακά, ὥσπερ εὐμεταχείριστα, ὡς εἶπε Μένανδρος ἐν τῇ Περινθίᾳ·*

> Ὅσ' ἐστὶ μαλακὰ συλλαβὼν
> ἐκ τῆς πόλεως τὸ σύνολον ἐκπήδα, φίλος.

Ita Bentl. p. 53. et in Epist. ad Hemsterh. p. 50. emendavit hunc locum. Editur ὅ ἐστι μαλακὸν et ἐκπηδᾷ. Cod. Ms. ὅ ἐστὶ μαλὰ καὶ. Pro φίλος, quod idem Ms. praebuit, editur θᾶττον, quod vide an sequentis versus initio ponendum sit; *quantocyus ex urbe te proripe.*

Harpocrat. p. 149. *Πομπείας καὶ πομπεύειν ἀντὶ τοῦ λοιδορίας καὶ λοιδορεῖν· — ἡ μεταφορὰ δὲ ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς Διονυσιακαῖς πομπαῖς ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν λοιδορουμένων ἀλλήλους. Μένανδρος Περινθίᾳ·*

> Ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν εἰσι πομπεῖαί τινες
> σφόδρα λοίδοροι.

Eadem habet Phot. Lex. p. 327. et ex Photio Suidas III. p. 149. Voce πομπεία ad conviciorum contumeliam translata utitur etiam Demosth. pro Cor. p. 229. ubi vid. Schol. Aug. p. 143., et Heliod. Aeth. I. p. 182. Cor. Hinc βοᾶν ὥσπερ ἐξ ἁμάξης apud eund. Demosth., quo respiciunt Sex-

tus Emp. adv. Gramm. I, 3. p. 229. et Suid. I. p. 760. conf. Jo. Lydus de Mens. p. 48. et Bentl. Resp. ad Boyl. p. 312. Lips.

Athen. XI. p. 504. a. ἔδωκε (τὴν φιάλην) τῷ παιδὶ περισοβεῖν ἐν κύκλῳ κελεύσας, τὸ κύκλῳ πίνειν τοῦτ' εἶναι λέγων, παρατιθέμενος Μενάνδρου ἐκ Περινθίας·

Οὐδεμίαν ἡ γραῦς ὅλως
κύλικα παρῆκεν, ἀλλὰ πίνει τὴν κύκλῳ.

Ibid. VII. p. 301. b. ἑψητοὶ ἐπὶ τῶν λεπτῶν ἰχθυδίων. — Μένανδρος Περινθίᾳ·

Τὸ παιδίον δ' εἰσῆλθεν ἑψητοὺς φέρον.

Victorius, notante Clerico, Var. Lect. V, 8. comparat Terent. Andr. II, 2, 31. *puerum conveni Chremis, Olera et pisciculos minutos ferre obolo in coenam seni.* Terentium partem Perinthiae in Andriam suam transtulisse supra vidimus.

Schol. Hermog. περὶ σεμν. p. 391. 28. κεῖται δὲ (τὸ ὑπόξυλος) ἐπὶ τῶν λαμπρῶν μὲν ἔξωθεν καὶ ἐπιεικῶν, πονηρῶν δὲ τὰ ἔνδον. Καὶ Μένανδρος ἐν τῇ Περινθίᾳ·

Οὐδ' αὐτός εἰμι σὺν θεοῖς ὑπόξυλος.

Vulgatur ἐν τῇ περιηθέᾳ, quod certatim corrigunt Casaub. ad Athen. p. 585. b. Vossius ad Catull. p. 308. Meursius Bibl. Att. p. 1563. Fabric. Bibl. Graec. IV, 31. p. 470. Hemsterh. ad Polluc. II. p. 1163. Adde Schol. ined. apud Bast. ad Gregor. Corinth. I. p. 241. et apud Bekkerum Anecd. Gr. III. p. 1073. Μένανδρος ἐν Περινθίᾳ φησίν· Οὐδ' αὐτός εἰμι σ. θ. ὑπόξυλος. οἷον κίβδηλος καὶ οὐ γνήσιος, οὐδὲ ἀληθής. Vide de hoc usu vocis Alexin ap. Athen. p. 385. b. Phrynich. Praep. Soph. p. 67. et Pierson. ad Herod. Fragm. p. 447.

Suidas I. p. 197. ἀνέπαφον, ἀνεύθυνον, καθαρόν, ἀθιγές, ἀψηλάφητον. Μένανδρος Περινθίᾳ·

Τὰ δ' ἄλλ' ἀνέπαφα σώματ' οὐδ' ἕλῃ.

Editio princ. οὐδέλη, pro quo Bentl. p. 53. οὐδὲ ληϊστά conjicit, ut sint Suidae verba.

ΠΛΟΚΙΟΝ.

Gellius N. Att. II, 23. *accesserat dehinc lectio* (Plocii Menandrei et Caeciliani) *ad eum locum, in quo maritus senex super uxore divite atque deformi querebatur,*

quod ancillam suam, non inscito puellam ministerio et facie non illiberali, coactus erat venumdare suspectam uxori quasi pellicem: nihil dicam ego quantum differat versus utriusque eximius, sit satis aliis ad judicium faciendum exponi. Menander sic:

Ἐπ' ἀμφοτέραν ἵν' ἐπίκληρος ᾖ —
μέλλει καθευδήσειν, κατειργάσασα μέγα
καὶ περιβόητον ἔργον· ἐκ τῆς οἰκίας
ἐξέβαλε τὴν λυποῦσαν, ἣν ἐβούλετο,
ἵν' ἐπιβλέπωσι πάντες εἰς τὸ Κρωβύλης
πρόσωπον· ἥ γ' εὔγνωστος εἶχέ με γυνὴ
δέσποινα, καὶ τὴν ὄψιν, ἣν ἐκτήσατο,
ὄνος ἐν πιθήκοισι τὸ λεγόμενόν ἐστι δή.
τοῦτο σιωπᾶν βούλομαι τὴν νύκτα τὴν
πολλῶν κακῶν ἀρχηγόν. Οἴμοι Κρωβύλην
λαβεῖν ἔμ', ἑκκαιδεκατάλαντον [ὦ θεοὶ]
γύναιον οὖσαν πηχέως. εἶτ' ἐστι τὸ
φρύαγμα εἴπως ἀνυπόστατον; μὰ τὸν Δία
τὸν Ὀλύμπιον καὶ τὴν Ἀθηνᾶν, οὐδαμῶς.
Παιδισκάριον θεραπευτικὸν δὲ λόγου
τάχιον, ἀπαγέσθω δέ τις ἢ ἄρ' ἀντεισαγάγοι.

Recepit Grotius Exc. p. 741. cujus tamen emendationes, plerasque certe, silentio praetermittere licebit. Meliora dedit Heringa Observ. p. 252. cujus auctoritatem in plerisque sequuti sumus. — Vs. 1. Heringa ἐπ' ἀμφότερα νῦν ἡ 'πίκληρος αἰτία. Quod extremae graecitatis est. V. Lobeck. ad Phryn. p. 211, Thomas Mag. p. 664. οὓς Ἀττικοί, οὐκ αἰτίον. Si constaret de veritate Grotianae interpretationis verborum ἵν' ἐπίκληρος ᾖ *ut se dotatam probet*, probabiliter scribi posset: ἐπ' ἀμφότερα νῦν, ἵν' ἐπίκληρος ᾖ, γυνὴ μέλλει καθευδήσειν. Sed videant acutiores, num quid eliciant ex his Donati verbis ad Terentii Heaut. II, 3, 101. *in aurem utramvis, proverbium in eos, qui securi et otiosi. Talis sententia et apud Menandrum, quae latine sic exprimitur:*

In aurem utramvis, quum quidem dotata est, cubet.

De formula ἐπ' ἀμφότερα καθεύδειν vide Intpp. Pollucis T. I. p. 198. et Lindenbrog. ad Terent. T. II. p. 123. ed. West. cll. D'Orvillio Vann. crit. p. 232. — Vs. 2. Heringa κατειργάσατο μέγα, D'Orvillius κατείργασται μέγα. Sed non placet haec subita sententiae abruptio. Ibidem μέλλει pro

μέλλειν correxere Grotius et alii. —. Vs. 4. ante Grotium βούλετο. — Vs. 5. ante Heringam Κρεωβύλην. Cfr. Herodian. p. 454. sive infra Fragm. inc. p. 259. — Vs. 6. Grotius ἡ δ' εὔγνωστος ἡ γ' ἐμὴ γυνή. Heringa. ᾧ γ' εὔγνωστός ἐστ' ἐμὴ γυνή. Fort. ἆρ' εὔγνωστον ἔσθ' ἐμὴ γυνή. — Vs. 7. ante Grotium ὧν ἐκτήσατο. Heringa ὡς ἐκτήσατο. — Vs. 8. ita Heringa pro πιθήκοις τι τὸ λ. Fortasse tamen praestat Grotianum ὄνος ἐν πιθήκοις ἐστὶ δὴ τὸ λεγόμενον. Proverbii hujus, quo summa oris turpitudo significari videtur, nulla apud alios mentio. — Vs. 9. Grotius τοῦτο δέ. Gronovius et Heringa τοῦτ' οὐ σ. Fort. τουτὶ σιωπᾶν. Tacere se velle dicit infelix maritus de nocte geniali, utpote omnium malorum causa. Articulum in fine senarii tuentur Aristoph. Eccl. 452. Vesp. 504. Alexis apud Athen. IV. p. 169. d, et X. p. 429. c. Amphis VI. p. 224. e. Archedicus VII. p. 292. e. Eubulus VII. p. 295. e. Macho XIII. p. 580. f. Diphilus XIV. p. 657. e. Nicostratus XIV. p. 664. c. Menander VI. p. 243. a. Philemo apud Aelian. H. A. XII, 10. Vides exempla unice e Comicis petita. — Vs. 10. sq. emendavit Heringa probante Valcken. ad Adoniaz. p. 314. a. Vulgo: οἴμοι Κρεωβύλην λαβεῖν ἐμέ, καὶ δέκα τάλαντα; γύναιον οὖσα πηχέως. — Vs. 13. Grotius et Heringa: φρύαγμα πῶς ἂν ὑπόστατον; debebant certe πῶς ἆρ' ὑπόστατον. Mihi non liquet. Ibidem μὰ τὸν addidere Grotius et Heringa. Verba τὸν Δία — Ἀθηνᾶν eodem senarii loco posita habes apud Menandrum Prisciani XVII. p. 1192. et Alexin Athenaei p. 258. f., quo minus dubitari potest, quin recte hos versus disposuerit Heringa; nam apud Gellium omnia mirifice perturbata sunt. — Vs. 15 sq. Grotii conjectura nihil proficimus: π. ϑ. τάχιον λόγου Ἀπήγαγ'· ἔστω· τίς δ' ἄρ' ἦν ἀντεισάγει: quae vel ob τάχιον media correpta probari non potest. Heringa π. ϑ. νυνὶ λόγον τάχιον ἀπῆγ', ἴδως ἵνα γραῦν τιν' εἰσάγοι. Reisigius Conject. I. p. 308. tacite correxit: π. ϑ. δὲ τοῦ λόγου Τάχιον ἀπάγεσθ' οἶδέ τις, ἢ ἄρ' ἀντεισάγοι. Ceterum formae τάχιον vix aliud puto exemplum in Attico scriptore reperiri. Cfr. Pierson ad Herod. p. 436. et Lobeck. ad Phrynichum p. 77.

Gellius l. l. *Idem ille maritus senex cum altero sene vicino colloquens, et uxoris locupletis superbiam deprecans haec ait:*

α. Ἔχω δ' ἐπίκληρον Λάμιαν, οὐκ εἴρηκά σοι
τοῦτ'; οὐχί; [ταύτης] κυρίαν τῆς οἰκίας
καὶ τῶν ἀγρῶν καὶ πάντων ἀντ' ἐκείνης

ἔχο

ἔχομεν, Ἄπολλον, ὡς χαλεπῶν χαλεπώτατον.
ἅπασι δ' ἀργαλέα 'στίν, οὐκ ἐμοὶ μόνῳ,
υἱῷ, πολὺ μᾶλλον θυγατρί. β. πρᾶγμ' ἄμαχον λέγεις,
'εὖ οἶδα.

Vs. 1. vulgo *Λαμία* casu vocativo, pro quo Heringa dedit *Λαμπρία*, quod propter hiatum non magis ferri potest. Adde quod *Lamprias* in nova Comoedia fere lauti et beati adolescentis nomen est. Scripsit haud dubie Menander, quod ex antiquis Gellii editionibus enotavit Clericus, ἐπίκληρον Λάμιαν (sic enim scribendum, non Λαμίαν: vid. Hesych. in v. Spitzner de Versu heroico p. 30.), quo nomine deformitas mulieris optime declaratur. De Lamia v. Jacobs. Addit. ad Athen. p. 227. et Scalig. ad Varr. VI. p. 227. Philostr. V. A. IV. 25. *μία τῶν Ἐμπουσῶν, ἃς Λαμίας τε καὶ μορμολυκεῖα* (sic leg.) *οἱ πολλοὶ ἡγοῦνται.* Similiter Alciphro Empusae nomine usus est III. 62. *ἣν Ἔμπουσαν ἅπαντες οἱ κατὰ τὴν οἰκίαν καλεῖν εἰώθασιν ἐκ τοῦ πάντα ποιεῖν καὶ βιάζεσθαι,* quae adumbrata sunt e Demosth. pro Cor. p. 270. *ἣν Ἔμπουσαν ἅπαντες ἴσασι καλουμένην ἐκ τοῦ πάντα ποιεῖν καὶ πάσχειν:* cll. Luciano Rhetor. praec. T. III. p. 26. Ac ne de metro timeas, vide mihi Arist. Vesp. 1177. *πρῶτον μὲν ὡς ἡ Λάμι' ἁλοῦσ' ἐπέρδετο,* et Machon. ap. Athen. p. 577. d. *ἡ Λάμια δ' ἦν αὐλητρίς, ἧς σφόδρ' ἡδέως —.* Vs. 2. Ita distinxit orationem Heringa. Vulgo *οὐκ εἴρηκά σοι, τοῦτ' οὐχὶ κυρίαν.* Pron. *ταύτης* addidit Grot. qui interpunxit: *οὐκ εἴρ. σοι τοῦτ'; β'. οὐχί. α'. ταύτης* etc. — Vs. 34. Grot. *ἀγρῶν. πάντ' ἀντ' ἐκείνης εἴχομεν. β'. Κακόν, ὦ Ἄπολλον, τῶν χ.* Heringa *καὶ τῶν ἀγρῶν, πάντων θ' ἅ γ' ἐκείνης εἴχομεν. Πολλῷ γ', Ἄπολλον* (ita Cod. Vat. pro edito *ἀφ' ὅλων* vel *ἀπ' ὅλων*), *τῶν χαλ. χ.* non male, sed *εἴχομεν* quid sibi velit hoc loco, non perspicio. Postrema Heringa in *εὖ οἶδ' ὅτι* mutata marito tribuit. Fortasse recte; *ὅτι* tamen cur adderet, nihil causae erat.

Gellius l. l. *Filia hominis pauperis in pervigilio vitiata est: ea res clam patre fuit, et habebatur pro virgine. — Ex eo vitio gravida mensibus exactis parturit.* Hinc fortasse sumta sunt verba ab eodem Gellio III. 16. ex hac fabula servata:

Γυνὴ κυεῖ δεκάμηνος —

Menses intellige lunares. V. Coray ad Plutarch. Vol. II. p. 367. Creuzeri Comm. Herod. p. 240. et Varr. Fragm. p. 318. Bip. Pergit Gellius: *Servus bonae frugi, cum pro*

foribus domi staret, et propinquare partum herili filiae atque omnino vitium oblatum ignoraret, gemitum et ploratum audit puellae in puerperio enitentis: timet, irascitur, suspicatur, miseretur, dolet. Hi omnes motus ejus affectionesque animi in Graeca quidem comoedia mirabiliter acres et illustres: apud Caecilium autem pigra haec omnia et a rerum gravitate atque dignitate vacua sunt. Post ubi idem servus percunctando quid acciderat repeVrit, has apud Menandrum voces facit:

Ὦ τοὶς κακοδαίμων, ὅστις ὢν πένης γαμεῖ
καὶ παιδοποιεῖθ᾽. ὡς ἀλόγιστός ἐστ᾽ ἀνήρ,
ὃς μήτε φυλακὴν τῶν ἀναγκαίων ἔχει,
μήτ᾽ ἂν ἀτυχήσας εἰς τὰ κοινὰ τοῦ βίου
ἐπαμφιέσθαι τοῦτο δύναται χρήμασιν,
ἀλλ᾽ ἐν ἀκαλύπτῳ καὶ ταλαιπώρῳ βίῳ
χειμαζόμενος ζῇ, τῶν μὲν ἀνιαρῶν ἔχων
τὸ μέρος ἁπάντων, τῶν δ᾽ ἀγαθῶν οὐ δυνάμενος.
ὑπὲρ γὰρ ἑνὸς ἀλγῶν ἅπαντας νουθετῶ.

Idem locus, praeter extremum versum, est apud Stobaeum Serm. LXVI. p. 417. = LXVIII. p. 279. — Vs. 1. etiam infra legitur in Gnomis monost. p. 340. ubi male vulgo ὡς τρὶς κακοδαίμων. Nostro loco erat ὦ pro ὦ. — Vs. 2. vid. Bentlejus. — Vs. 4. μήτ᾽ ἂν ἀτυχήσας. Ita Stobaeus. Gellius, ut in ceteris, portentose: εἰ μήτε ἀνατειχίσῃ. Sed recte idem τὰ κοινὰ *quae accidere solent hominibus*, pro quo Stobaeus τὰ λοιπά. — Vs. 5. Stobaeus ἐπαμφιάσαι. Fort. ἐπαμφιάσασθαι. Tum scripsi τοῦτο δύναται, Gellius δύναται τοῦτο, Stobaeus τοῦτο δύναιτο. Particula ἂν pertinet ad ἀτυχήσας. — Vs. 6. Gellius ἀλλ᾽ ἐν ἀνακατακύπτῳ, et versu sequenti χειμαζόμενον, ζητῶν μέν, ἀνιαρὸν δ᾽ ἔχων. Respexit ad h. l. Dio Chrysost. Or. 32. p. 365. ubi qui sapientiam aspernantur nihil praesidii ad vitam bene agendam habere dicuntur, ἀλλ᾽ ἐν ἀκαλύπτῳ καὶ ταλαιπώρῳ βίῳ χειμαζόμενοι καθάπερ σκάφει σαθρῷ καὶ λελυμένῳ etc. quae comparavit jam Valesius Emend. I, 30. Χειμαζόμενος *vexatus*, ut alias apud Menandrum. Cfr. Valcken. ad Hippol. 198. et Burmann. Praef. ad Bentl. Emend. p. 24. Inepte Clericus *hibernans*. — Vs. 8. Clericus nescio unde πάντων μέρος τι. Recte vulgo τὸ μέρος, *suam quisque malorum partem habet.* Aristoph. Vesp. 972. τούτων μεταιτεῖ τὸ μέρος. Liban. Or. III. p. 101. A. τὸ μέρος ἐκείνοις ἀνάθεμεν. Hyperides apud Cosmam Indicopl. Top. Christ. V. p. 463. φραξάμενοι τὸ μέρος αὐτῆς (τῆς στοᾶς) αὐλαίᾳ *alteram partem*, ad quem

locum respexit Suidas I. p. 379., totum apposuit Pollux IV, 122. ubi male legitur τι μέρος. — Ibid. οὐ δυνάμενος sc. μετασχεῖν. Zedelius sine causa οὐδὲν μέρος. — Vs. 9. correxit Grotius; vulgo ἀλεγῶν.

Alium Parmenonis (hoc enim fuit servi nomen) sermonem servavit Stobaeus XCIV. p. 516. = XCVI. p. 386.

Ὅστις πένης ὢν ζῆν ἐν ἄστει βούλεται,
ἀθυμότερον ἑαυτὸν ἐπιθυμεῖ ποιεῖν.
ὅταν γὰρ εἰς τρυφῶντα καὶ σχολὴν ἄγειν
δυνάμενον ἐμβλέψῃ, τότ᾽ αὐτὸν ἔστ᾽ ἰδεῖν
ὡς ἄθλιον ζῇ καὶ ταλαίπωρον βίον.

Vs. 4. fort. scribendum τόθ᾽ αὑτόν. Sequuntur continuo apud Stobaeum hi versus:

Κακῶς ὁ δεσπότης βεβούλευται πάνυ.
ἐν ἀγρῷ γὰρ οἰκῶν οὐ σφόδρ᾽ ἐξηλέγχετο
τῆς μερίδος ὢν τῆς οὐδαμοῦ τεταγμένης,
εἶχεν δὲ περιπέτασμα τὴν ἐρημίαν.

Incerto poetae hos versus tribuit Grotius, Menandro Gesnerus. Non dubito quin ex eadem fabula petita sint. Ex eodem servi sermone, opinor, hoc fragmentum servavit Stobaeus LIV. p. 367. = LVI. p. 215.

Ἆρ᾽ ἐστὶν ἀρετῆς καὶ βίου διδάσκαλος
ἐλευθέρου τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις ἀγρός.

Idem locus sine auctoris nomine legitur apud Apulejum T. I. p. 327. Alt. ubi primo versu omissum est ἆρα.

Quod supra dicebam, servo illi Parmenonis nomen fuisse, docet hic locus ap. Stob. Serm. CIII. p. 559. Gesn. CV. p. 437. Grot.:

Ὦ Παρμένων, οὐκ ἔστιν ἀγαθὸν τῷ βίῳ
φυόμενον ὥσπερ δένδρον ἐκ ῥίζης μιᾶς,
ἀλλ᾽ ἐγγὺς ἀγαθοῦ παραπέφυκε καὶ κακόν,
ἐκ τοῦ κακοῦ τ᾽ ἤνεγκεν ἀγαθὸν ἡ φύσις.

Ita e Ms. restituit hunc locum Grotius; vulgo pro βίῳ φυόμενον legitur βιώμενον. Confirmat Themist. Or. XXII. p. 276. λέγει τις ὀρθῶς τῶν τοῦ γέλωτος ποιητῶν ὅτι μηδέν ἐστιν ἀγαθὸν ἐν τῷ βίῳ φυόμενον ὥσπερ δένδρον ἐκ ῥίζης μιᾶς· ἀεὶ δὲ αὐτῷ προσπέφυκε καὶ κακόν.

Apud Stobae. Serm. CVI. p. 567. Gesn. CVIII. p. 453. Grot.:

Ἀεὶ τὸ λυποῦν ἀποδίωκε τοῦ βίου·
μικρόν τι τὸ βίου καὶ στενὸν ζῶμεν χρόνον.

Prior versus est etiam infra in Gnom. monost. 3. ubi legitur ἐκδίωκε. Sec. versu ante Grotium erat τοῦ βίου. Rutgers. V. L. IV, 17. et Gatakerus de St. N. T. Cap. XI. p. 76. B. comparant Senecam de Brev. Vit. 2. *adeo ut quod apud maximum poetarum* (*Comicorum* addit Clericus) *more oraculi dictum est, verum esse non dubitem:*

Exigua pars est vitae quam nos vivimus.

Ad quem locum non constare dicit novissimus editor, an Menandri Plocium a quoquam Latinorum poetarum versa fuerit. Non meminerat igitur neque Gellii, neque Nonii aliorumque, qui passim Caecilii Plocium commemorant. Cfr. Gataker. ad Anton. Philos. p. 137. F.

Denique laudatur nostra fabula a Schol. Plat. Ruhnk. p. 12. ubi de proverbio δεύτερος πλοῦς agitur; — et ab Aeliano H. A. XII, 11. τρυγόνος λαλίστερον ἔλεγον. — μέμνηται καὶ ταύτης τῆς παροιμίας· ἐν τῷ Πλοκίῳ ὁ αὐτός h. e. Menander, ex quo idem proverbium afferunt Zenob. VI, 8. et Apostol. XIX, 82. Utuntur eo etiam Clemens Alex. Str. I. p. 120. Alciphro Ep. III, 29. alii, quos vide ap. Bochart. Hieroz. T. II. p. 55. Nec primus, quae Valcken. erat sententia ad Adon. p. 378. c., eo usus est Menander; vid. Alexis ap. Athen. IV. p. 133. c. et Eustath. ad Hom. Il. p. 1282. 40.

Ceterum de argumento fabulae e fragmentis quae attulimus satis certo judicari poterit. Nec in titulo fabulae laborandum. Collare, hoc enim est τὸ πλόκιον, plus una ratione solvendo actionis nodo inservire potuit. Illud autem permirum est, quod in margine Stobaei Gesner. p. 559. adscriptum legitur: *Menander Plociis i. e. capillis Thaidis.* Cujus commenti quam originem fuisse dicam non invenio. Conf. D'Orvillius Vann. Crit. p. 608.

ΠΡΟΓΑΜΟΙ.

Unus hanc fabulam commemorat Stobaeus Ecl. Phys. I, 8. p. 213. Heer.:

Τυφλόν γε καὶ δύστηνόν ἐστιν ἡ τύχη.

Hunc versum Aldus in Gnomis monostichis ita edidit: τυφλὸν δὲ καὶ δύστηνον ἀνθρώποις τύχη. Heerenius: „Menan„dro hunc versum tribuunt Codd. V. A. E. addito simul fa-

„bulae titulo, ἐκ τῶν Μενάνδρου προγάμων." Πρόγαμοι idem opinor quod προγάμεια. Pollux III, 38. ἡ πρὸ γάμου θυσία προτέλεια καὶ προγάμεια. οὕτω δ' ἂν καλοῖτο καὶ τὰ πρὸ γάμου δῶρα.

ΠΡΟΕΓΚΑΛΩΝ.

Duobus locis hanc fabulam laudavit Stobaeus, Serm. LX. p. 382. Gesn. LXII. p. 255. Grot., et Serm. LXXIV. p. 449. Gesn. LXXVI. p. 329. Grot.:

— Τὸ δ' εὖ
κελευόμενον μέν ἐστιν ἀσφαλέστατον
δοῦλον ποιεῖν, ὥς φασιν. —
Οἷον τὸ γενέσθαι πατέρα παίδων ἦν ἄρα·
λύπη, φόβος, φροντίς, πέρας ἐστὶν οὐδὲ ἕν.

Prius fragm. ita, ut edidi, constituit Erfurdt. Observ. in Athen. p. 17. Vulgo δουλοποιεῖν. Mitto conjecturas aliorum. Secundo fragmento addidi ἄρα, quod quam facile excidere potuerit docet Bast. Comm. Palaeogr. p. 770. cll. Philostrato V. A. III. 10. p. 101. Idem placuisse Porsono in Tracts etc. p. 251. postea vidi. Bentl. p. 55. κακόν adjiciendum conjecerat, probante Toupio Emend. in Suid. p. 486. Lips. Imperfectum ἦν passim dici loco praesentis ἐστίν, inprimis comitem habens particulam ἄρα, monuit Schaeferus ad Sophocl. T. II. p. 329. Ita etiam Euripides ap. Stob. LXII. p. 403. τὸ μαίνεσθαι δ' ἄρ' ἦν ἐρᾶν βροτοῖς. Ibid. CXV. p. 518. κακόν τι βούλευμ' ἦν ἄρ' εἰς εὐανδρίαν Ὁ πλοῦτος. Pherecrates ap. Athen. p. 415. c. ὡς ὀλιγόσιτος ἦσθ' ἄρ', ὃς κατεσθίεις —. Ad sententiam loci apprime convenit Eueni versus apud Plutarchum: ἢ δέος ἢ λύπη παῖς πατρὶ πάντα χρόνον, de quo vide Ruhnk. ad Rutil. p. 38.

ΠΩΛΟΥΜΕΝΟΙ.

Athen. VI. p. 248. b. Μένανδρος δὲ τὸν ἄχρηστον καὶ μάτην τρεφόμενον σιτόκουρον εἴρηκεν — ἐν Πωλουμένοις·

— Τάλας, ἕστηκας ἔτι πρὸς ταῖς θύραις
τὸ φορτίον θείς; σιτόκουρον, ἄθλιον,
ἄχρηστον εἰς τὴν οἰκίαν εἰλήφαμεν.

Adscripsi hunc locum ex emendatione Porsoni Advers p. 75.; vulgo deest ἄχρηστον, quod e sequenti fragmento

assumendum. Sed vide ipsum inventi rationes exponentem. Idem primum versum ita supplevit: *Τί, ὦ τάλας, ἕστηκας* —

Clemens Alex. Strom. VI. p. 264. *καὶ Καλλίᾳ τῷ κωμικῷ γράφοντι,*

μετὰ μαινομένων φασὶν χρῆναι μαίνεσθαι πάντας ὁμοίως·

Μένανδρος ἐν Πωλουμένοις παρισάζεται λέγων·

Οὐ πανταχοῦ τὸ φρόνιμον ἁρμόττει παρόν,
καὶ συμμανῆναι δ' ἔνια δεῖ.

Ita Bentl. p. 55. pro vulgato *καὶ συμβῆναι δ' ἔνια δεῖ.* Suidas II. p. 538. *μετὰ γὰρ νοσούντων* (inser. *ἐστὶ*) *μαίνεσθαι καλόν. χρὴ συνεξομοιοῦσθαι τοῖς παροῦσιν, ὅμοιον τῷ· ὁ μαινομένοις μὴ συμμαινόμενος οὗτος μαίνεται.* Seneca de Tranqu. an. XV. p. 387. *nam si graeco poetae credimus, aliquando et insanire jucundum est.* Plura in eandem sententiam vide ap. Valcken. ad Phoen. p. 250. Primus versus, tacito auctoris nomine, est etiam ap. Stobaeum Serm. III. p. 74. Schow., ubi non male editur:

Οὐ πανταχῇ δ' ὁ φρόνιμος ἁρμόττειν δοκεῖ.

Nam ὁ *φρόνιμος* (sc. *λόγος*) passim idem est quod *φρόνησις* sive *τὸ φρόνιμον, sapientia.* Lepide Bato, novae Comoediae poeta, Androphono apud Athen. IV. p. 163. B. ridet

τοὺς τὸν φρόνιμον ζητοῦντας ἐν τοῖς περιπάτοις
καὶ ταῖς διατριβαῖς, ὥσπερ ἀποδεδρακότα.

Idem eadem fabula ib. VII. p. 279. c.:

ὁ φρόνιμός ἐστι τοῦτο, τοῦτο τἀγαθόν.

Qui locus manifesto errore apud Athenaeum Platoni tribuitur. Nam cum sequenti versu Epicuri mentio injiciatur, facile vides, ne potuisse quidem a Platone, antiquae comoediae auctore celeberrimo, hanc fabulam proficisci. Floruit Plato Olymp. XCIII., neque probabile est, eum ultra C. Olymp. aetatem produxisse. Qui igitur Epicurum luserit, quem Olymp. CIX. natum esse constat? Eandem ob rationem, ut argumentum fabulae omittam ab antiquae Comoediae poeta prorsus alienum, etiam *Συνεξαπατῶντα* Platoni abjudico, quae laudatur Athen. VII. p. 279. ubi itidem Epicurus commemoratur. Eandem Batonis fabulam ad partes vocat Athen. XV. p. 678. F. At, inquies, diserte Suidas Androphonum et Synexapatonta inter Platonis fabulas commemorat. Scio, sed Suidas corruptis Athenaei codd. usus est. Nec enim aliunde nisi ex Athenaeo harum fabb. titulos Suidam duxisse, ipsa ejus verba satis

docent: nam postquam ceteras Platonis fabulas ordine alphabetico enumerasset, tum demum haec addit: ἐστὶ δὲ λαμπρὸς τὸν χαρακτῆρα, ὥς φησιν Ἀθήναιος ἐν τοῖς Δειπνοσοφισταῖς, ὅτι καὶ Ἀνδροφόνος ἐστὶ δρᾶμα Πλάτωνος καὶ Συνεξαπατῶν, καὶ Πανηγυρισταί, καὶ ἄλλα πλεῖστα. Ubi primum post χαρακτῆρα majori signo incidendum; hoc enim de Platone judicium non ex Athenaeo duxisse videtur Suidas, sed ex eo Grammatico, cui reliqua debet; tum ita scribendum: Ὥς φησιν Ἀθ. ἐν τοῖς Δ. καὶ Ἀνδροφόνος κτλ. De Panegyristis quod dicam non habeo; suspicari tamen licet hanc quoque sive Platonis sive Batonis fabulam ab Athenaeo commemoratam fuisse. Ceterum illud memorabile est, apud Eudoc. p. 358. totum illud additamentum inde a verbis ὥς φησιν Ἀθήναιος non comparere, unde si quis haec verba ab aliena manu in Suidae farraginem illata esse censeat, equidem non repugnem. Unum est quod addere juvat. Si quis Fabricii Bibl. Graec. II. p. 485. auctoritatem sequatur, in eam forsitan inclinet sententiam, ut fabulas illas quas Batoni vindicavimus, Platoni juniori, mediae Comoediae auctori, tribuendas opinetur. Provocat Fabricius ad ineditum Scholiasten Dionysii Thracis, quem edidit nuper Bekkerus Anecd. Graec. II. p. 749. Sed hic quidem non verendum est ne rationes nostras conturbet. Verba ejus haec sunt, τῆς μὲν παλαιᾶς πολλοὶ γεγόνασιν, ἐπίσημος δὲ Κρατῖνος, ὁ καὶ πραττόμενος· — τῆς δὲ μέσης καὶ αὐτῆς πολλοὶ γεγόνασιν, ἐπίσημος δὲ Πλάτων τις, οὐχ ὁ φιλόσοφος, ἀλλ' ἕτερός τις. Vides quam belli scriptoris auctoritate Fabricii de juniore Platone commentum nitatur.

Praeterea Menandri Πωλούμενοι commemorantur ab Antiattic. p. 105. καταφαγάς. Μένανδρος Πωλουμένοις. Eandem vocem e Menandro affert Phrynichus Ecl. Att. p. 433. ubi vid. Lobeckius. Denique Harpocrat. p. 50. διασείστους ἀστραγάλους. — παρὰ τὸ κινεῖσθαι καὶ διασείεσθαι πρότερον, εἶτα βάλλεσθαι, ἵν' ἀκακούργητοι μᾶλλον ὦσι. Μένανδρος Πωλουμένοις. Eadem fere Suidas habet s. v. διάσειστος, ubi v. Kusterum et Intpp. Polluc. II. p. 1334. cll. D'Orvillio Vann. crit. p. 306.

ΡΑΠΙΖΟΜΕΝΗ.

De argumento hujus fabulae, quam obiter commemorat Alciphron Epist. II, 4, 144., diximus ad Περικειρομένην. Conf. Boettiger. Specim. Terent. p. 59. Fragmenta haec sunt, Apud Stob. Ecl. II. 8. p. 341.

Ὁ μὴ δεχόμενος τῶν θεῶν τὸ σύμφορον
αὐτῷ διδόντων ἕνεκα τοῦ ζῆν, βούλεται
οὗτος ἀτυχεῖν· ἐὰν δὲ μὴ θεὸς διδῷ,
τοῦ μὴ διδόντος οὐ τρόπου 'σθ' ἁμαρτία.

Vs. 1. Heerenius tacite dedit σύμφερον, fort. operarum errore. — Vs. 2. ἕνεκα τοῦ ζῆν, quod ad vitam sustentandam attinet, de quo usu praepositionis ἕνεκα dixere Valck. ad Herod. p. 466. et Schaefer. ad Long. p. 421. Vel sic tamen vereor ne vitium haec verba traxerint. Mox legebatur οὐ βούλεται τόδ' ἀτυχεῖν ἢ τὸ μὴ θεὸς δίδωσιν. Grotius correxit: βούλεται Τοιοῦτος ἀτυχεῖν· ἣν δὲ μὴ θεὸς διδῷ. Heerenius: τοιόσδ' ἀτυχεῖν· ἐὰν δὲ μὴ θ. διδῷ. — Vs. 4. e certa Grotii conjectura addidi verba τοῦ μὴ διδόντος. Postrema verba vulgo sic leguntur: οὐ τρόπου δ' ἔσθ' ἁμάρτημα. Grotius dedit τοῦ μὴ διδόντος ἔσθ' ἁμάρτημ', οὐ τρόπου. Inscite Heerenius τ. μ. διδόντος γ', οὐ τρόπου δ', ἁμάρτημα. Neglexit igitur codd. suorum lectionem ἁμαρτία. — Sequitur apud Stob. hic locus:

Ἀτύχημα κἀδίκημα διαφορὰν ἔχει·
τὸ μὲν διὰ τύχην γίνεται, τὸ δ' αἱρέσει.

In margine cod. V. Μενάνδρου ῥαπιζομένου. Secundo versu Canterus edidit τὸ μὲν γὰρ διὰ τύχην. Codd. τὸ μὲν διὰ τύχην γάρ. Grotius et Heeren.: τὸ γὰρ διὰ τύχην. Ego γὰρ delere malui, quod jusserunt etiam Wyttenb. ad Plutarch. S. N. V. p. 49. et Porsonus Advers. p. 256.

Apud eund. Stob. Serm. XI. p. 136. Gesn. p. 79. Grot.:

Ἔρχεται
τἀληθὲς εἰς φῶς ἐνίοτ' οὐ ζητούμενον.

Nisi forte ad troch. numeros hunc versum revocare malis.

Clemens Alex. Paed. I. p. 37. Sylb. δοκοῦσιν οἱ Ἀττικοὶ παιδάριον ἐπικοίνως οὐ μόνον τὸ ἄῤῥεν ἀλλὰ καὶ τὸ θῆλυ κεκληκέναι, εἴ τῳ πιστὸς καταφαίνεται ὁ Κωμικὸς ἐν Ῥαπιζομένῃ Μένανδρος ὧδέ πως λέγων·

Τοὐμὸν θυγάτριον; πάνυ γάρ ἐστι τῇ φύσει
— φιλάνθρωπον τὸ παιδάριον σφόδρα.

Vid. Bentl. p. 57. qui recte tuetur πάνυ σφόδρα, sed male comparat Terentiana *quidem hercle certe*. Easdem voc. conjunxit Aristoph. Plut. 745. Xenoph. Oecon. I, 21. Aelian. ap. Suid. p. 566. Similia sunt λίαν σφόδρα de quo Valck. ap. Koppiers. Observ. Philol. p. 52. et λίαν ἄγαν ap. Julian. Or. VII. p. 233, b., nisi forte alterutrum delendum.

Suidas s. v. ἀμφορεαφόρους, τοὺς μισθίους, τοὺς τὰ κεράμια φέροντας· —

Εἶτ' ἀμφορεαφόρος τις ἀποφορὰν φέρων,

Μένανδρος, Ῥαπιζομένῃ. ubi ἀποφορὰν dici observa mercedem heris a servis praestari solitam. Vid. Intpp. Gregorii Cor. p. 525. Wessel. ad Herod. II. p. 153. et Valesius ad Harpocr. p. 291.

Ibid. s. v. ἀνέσπακεν, ἀνεύρηκεν, εἴληφεν. Θουκυδίδης. Μένανδρος Ῥαπιζομένῃ·

Πόθεν γάρ, ὦ φίλοι θεοί,
τούτους ἀνεσπάκασιν οὗτοι τοὺς λόγους;

Male apud Suid. legitur πέπονθα γάρ, quod correxi e Lexico Segu. I. p. 399. vicissim e Suida corrigendo. Minus recte autem Suidas ἀνασπᾷ λόγους interpretatur ἀνευρίσκειν, λαμβάνειν. Nec placet Stephani ratio Thes. L. Gr. III. p. 917. E. *verba ex imo pectore trahere.* Est potius καυχᾶσθαι λόγους, *gloriari et insolentes sermones jactare.* Sophocles Ajac. 300.

σκιᾷ τινι
λόγους ἀνέσπα, τοὺς μὲν Ἀτρειδῶν κάτα,
τοὺς δ' ἀμφ' Ἀχιλλεῖ.

ubi egregia adnotavit Lobeck. p. 266. Compares παρασύρειν ἔπος ap. Aesch. Prom. 1073.

Ibid. s. v. μυόχοδον, μηδενὸς ἄξιον. Μένανδρος Ῥαπιζομένῃ·

— Ὁ μυόχοδος γέρων
λεληθέναι σφόδρ' οἰόμενος —

Eadem habet Photius Lex. p. 207. Usum vocis illustrarunt Intpp. Hesychii p. 634. Senariorum reliquias digessit Bentl. p. 57.

Pollux VII, 51. ὅτι δὲ ἐνδῦναι ἦν ἐπιτήδεια (τὰ ζώματα) τεκμήραιτ' ἄν τις ἐκ τῶν ἐν τῇ Ῥαπιζομένῃ Μενάνδρου·

— Οὐχ ὁρᾶτε τὴν τροφὸν
ζῶμ' ἐνδεδυμένην. —

Sic digerenda haec verba. Respexit Phot. p. 46. ζῶμα, χιτῶνός τε ζωστοῦ γένος. οὕτω Μένανδρος.

Athen. III. p. 115. b. Μένανδρον ἐν Ῥαπιζομένῳ (Ῥαπιζομένῃ) καὶ ἀπελευθέραν εἰρηκέναι. Denique Schol. Plat. Ruhnk. p. 36. καὶ τυφλῷ δῆλον — Μένανδρος Ῥαπιζομένῃ.

ΣΑΜΙΑ.

Phrynichus Ecl. Att. p. 187. λίβανον λέγε τὸ δένδρον, τὸ δὲ θυμιώμενον λιβανωτόν· — Μένανδρος ἐν τῇ Σαμίᾳ φησί·

Φέρε τὸν λιβανωτόν· σὺ δ' ἐπίθες τὸ πῦρ, Τρύφη.

Correxit Bentl. p. 57. et jam ante Bentlejum J. Scaliger. Vulgo τρυφῇ. Τρύφη mulierculae nomen, descendens illud a Τρύφων ut Γλύκη a Γλύκων, quo usus est Aristoph. Eccl. 43. Pherecrates apud Athen. p. 430. e. ἀπόθες, ὦ γλύκη, ὑδαρὴν ἐνέχεέν σοι. Ἁπαντάπασι μὲν οὖν ὕδωρ κτλ. ubi male vertunt *o dulcissima.* Scribendum videtur:

α'. Ἀπόθες, ὦ Γλύκη,
ὕδωρ ἐνέχει σοι. β'. Παντάπασι μὲν οὖν ὕδωρ.

Quod e Menandri loco sustulit vitium Bentlejus, idem nos auferemus Alexidi apud Athen. X. p. 431. b.:

α'. ἡδύ γε τὸ πῶμα. ποδαπὸς ὁ Βρόμιος τρυφῇ;
β. Θάσιος —

ubi τροφῇ corrigit Jacobs. Addit. p. 235. Scripsisse videtur poeta π. ὁ Βρόμιος, Τρύφη.

ΣΙΚΥΩΝΙΟΣ.

In hac etiam fabula militis partes fuisse discimus e loco ap. Stob. Serm. LI. p. 356. Gesn. LIII. p. 202. Grot.:

Εὐλοιδόρητόν, ὡς ἔοικε, φαίνεται
τὸ τοῦ στρατιώτου σχῆμα καὶ τὸ τοῦ ξένου.

Temere Grotius εὖ λοιδόρητον. Militi Stratophanis nomen fuisse colligas ex hoc versu apud Phot. Lex. p. 400. Στρατοφάνη, τὴν κλητικὴν πτῶσιν. Μένανδρος Σικυωνίῳ·

Στρατοφάνη, λιτόν ποτ' εἶχες χλαμύδιον καὶ παῖδ' ἕνα.

Ita enim recte Toupius Emend. in Suid. p. 330. pro edito καὶ πελαίενα. Nec defuisse militi parasitum suum haud temere conjicias e Pollucis verbis Lib. IV. 119. p. 420. ubi docetur parasitos nigra vel pulla veste indutos in scenam prodiisse, πλὴν ἐν Σικυωνίῳ λευκῇ, ὅτε μέλλει γαμεῖν ὁ παράσιτος. ubi Menandri fabulam significari vix dubites.

Praeterea his locis laudatur Sicyonius. Suidas v.

ἄβρα, — οἰκότριψ γυναικὸς κόρη καὶ ἔντιμος, εἴτε οἰκογενὴς εἴτε μή. Μένανδρος Ψευδηρακλεῖ. — καὶ Σικυωνίῳ·

Ἄβραν γὰρ ἀντωνούμενος
ἐρωμένην, αὐτῇ μὲν οὐ παρέδωκ' ἔχειν,
τρέφειν δὲ χωρίς, ὡς ἐλευθέρᾳ πρέπει.

In Suidae verbis transposui voculam καί. Vulgo editur Σικυωνίῳ· Καὶ ἄβραν —. Vs. 2. Clericus tacite dedit ταύτῃ μέν. — Ibid. v. ἀγγαρεύεσθαι καλοῦσιν ὥσπερ ἡμεῖς νῦν τὸ εἰς φορτηγίαν καὶ τοιαύτην τινὰ ὑπηρεσίαν ἄγεσθαι. Καὶ Μένανδρος τοῦτο ἐν Σικυωνίῳ παρίστησιν·

Ὁ πλέων κατήχθη; κρίνεθ' οὗτος πολέμιος·
ἐὰν δ' ἔχῃ τι μαλακόν, ἀγγαρεύεται.

Vide Bentl. p. 58. — Ibid. v. κακὴ μὲν ὄψις· κόμμα παροιμίας·

Κακὴ μὲν ὄψις, ἐν δὲ δειλαῖαι φρένες.

Μένανδρος Σικυωνίῳ. Eadem Photius habet p. 94. E Philemonis Enchiridio idem versus affertur a Stobaeo Serm. VIII. p. 95. Omisso auctoris nomine legitur ap. Diogen. V, 83. Cum in proverbii consuetudinem abierit, non mirum est, de auctore non constare. Temere Grot. Exc. p. 745. dedit καλὴ μὲν ὄψις. V. Gataker. Posth. XII. p. 541. c. — Harpocrat. p. 14. ἀναίνεσθαι, κοινῶς μὲν ἀρνεῖσθαι, ἰδίως δὲ ἐπὶ τῶν κατὰ τοὺς γάμους καὶ τὰ ἀφροδίσια (hic aliquid excidisse videtur) λέγεται. Μένανδρος Σικυωνίῳ. V. Ruhnk. ad Tim. p. 275. — Idem p. 273. ὁ πολλάκις ἐμπολῇ μεταβεβλημένος, παλίμπρατος, παλίμβολος λέγεται, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ Μενάνδρου Σικυωνίου. Eadem habet Phot. p. 237. V. Schol. Aeschin. Vol. III. p. 757. Libanium Orat. III. p. 126. d. et Ruhnk. ad Tim. p. 205. — Schol. Plat. Ruhnk. p. 47. ὅμοιος ὁμοίῳ. καὶ Μένανδρος Σικυωνίῳ. Sic enim legendum, non Σικυωνίᾳ, ut male legitur etiam in margine Stobaei. Idem vitium e Suida sustulit Kusterus T. I. p. 10. cll. Gatakero Opp. Posth. p. 541. b. Apud Alciphr. II, 4, 140. Glycera Menandrum hortatur ut ea ad Ptolemaeum afferat dramata, quae maxime ejus plausum ferre possint, εἴτε Θαΐδα, εἴτε Μισούμενον, εἴτε Θρασυλέοντα, εἴτε Σικυών * * *. Recte Berglerus Σικυώνιον, ut voluit etiam Maussac. ad Harpocr. p. 35.

ΣΤΡΑΤΙΩΤΑΙ.

Οὐδεὶς ξύνοιδεν ἐξαμαρτάνων πόσον
ἁμαρτάνει τὸ μέγεθος, ὕστερον δ' ὁρᾷ.

Servavit Stobaeus Serm. IV. p. 52. Gesn. ubi deest fabulae titulus, quem e Codd. adjecisse videtur Grotius. Quae praeterea e Plutarcho ad hanc fab. Clericus fragmenta retulit, ea ad alias quasvis fabulas, in quibus militum partes fuerunt, referri posse, monuit Boettiger. Spec. Terent. p. 62., falsus tamen in eo, quod hanc fabulam *Στρατιωτῶν* nomine inscriptam e Clerici cerebro natam credidit, quamquam ejus fidem admodum incerta auctoritate niti non negem. Tetigit hanc causam Wyttenbachius ad Plutarch. de Adul. et Amic. p. 62. E., qui titulum Grotianum *Στρατιώταις* corruptum esse suspicatur e vero *Στρατιώτῃ*, quam ille fabulam non diversam fuisse a Misumeno conjicit. Atqui docere debebat Misumenum sub Militis titulo ab ullo unquam scriptore laudatum esse. Probabilius videri possit illud *Στρατιώταις* corruptum esse e *Συναριστώσαις*.

ΣΥΝΑΡΙΣΤΩΣΑΙ.

Athen. VI. p. 247. f. *καλεῖται δὲ οἰκόσιτος ὁ μὴ μισθοῦ, ἀλλὰ προῖκα τῇ πόλει ὑπηρετῶν· Ἀντιφάνης Σκύθῃ· ταχὺ γὰρ γίγνεται ἐκκλησιαστὴς οἰκόσιτος. Μένανδρος Δακτυλίῳ· οἰκόσιτον νύμφιον Οὐδὲν δεόμενον προικὸς ἐξευρήκαμεν. καὶ ἐν Κιθαριστῇ· Οὐκ οἰκοσίτους τοὺς ἀκροατὰς λαμβάνεις· ἰδίως δ' ἐν Συναριστώσαις ἔφη·*

Ἀστεῖον τὸ μὴ
συνάγειν γυναῖκας, μηδὲ δειπνίζειν ὄχλον,
ἀλλ' οἰκοσίτους τοὺς γάμους πεποιηκέναι.

Hic locus vulgo ita turbatus legitur, ut Menandri fragmentum Crateti tribuatur. Suboluit aliquid Schweighaeusero, sed rem perficere non potuit. Tu vide Porsoni Advers. p. 74. 255.

Suidas I. p. 657. *αἴρειν τράπεζαν ἐπὶ τοῦ παρακειμένην ἀφελεῖν τὴν τράπεζαν. Μένανδρος Κεκρυφάλῳ — καὶ Συναριστώσαις·*

Ἂν ἔτι πιεῖν μοι δῷ τις· ἀλλ' ἡ βάρβαρος
ἅμα τῇ τραπέζῃ καὶ τὸν οἶνον ᾤχετο
ἄρασ' ἀφ' ἡμῶν.

Eadem leguntur ap. Grammat. Seguer. I. p. 358.

Lexic. Seguer. I. p. 324. *ἀγάπησμὸν λέγουσι καὶ ἀγάπησιν τὴν φιλοφροσύνην. Συναριστώσαις Μένανδρος·*

Καὶ τὸν ἐπὶ κακῷ
γενόμενον ἀλλήλων ἀγαπησμόν, οἷος ἦν.

Idem locus apud Suid. s. v. *ἀγαπησμός*. Male Grot. Exc. 743. *ἀγαπασμόν* dedit. Hesychius: *ἀγαπισμός, ἀγάπησις*. Recte corrigunt *ἀγαπησμόν*; nec illud in Lexica recipi debebat. Zonar. I. p. 22. *ἀγαπησμός, φιλοφροσύνη*.

Quae Stobaeus ex hac fabula servavit fragmenta conjunctim exhibebo. Leguntur autem Serm. LXI. p. 385. = LIII. p. 243., Serm. LXXXI. p. 530. = LXXXIII. p. 347., Serm. XCVI. p. 530. = XCVIII. p. 411.:

Ἔρως δὲ τῶν θεῶν
ἰσχὺν ἔχων πλείστην ἐπὶ τούτου δείκνυται·
διὰ τοῦτον ἐπιορκοῦσι τοὺς ἄλλους θεούς. —
Πατὴρ δ' ἀπειλῶν οὐκ ἔχει μέγαν φόβον. —
Τρισάθλιόν γε καὶ ταλαίπωρον φύσει
πολλῶν τε μεστόν ἐστι τὸ ζῆν φροντίδων.

Tertium fragmentum legitur etiam apud Anton. Meliss. CLV. p. 247. — Praeterea laudatur haec fabula a Polluc. VI. 101. *ἄριστον, ἀριστῆσαι, ἠρίστησα, ἀριστοποιούμενος, καὶ τὸ Μενάνδρου δρᾶμα Συναριστῶσαι.* Ibid. X, 18. *γυναικείαν ἀγοράν, τὸν τόπον οὗ τὰ σκεύη καὶ τὰ τοιαῦτα πιπράσκουσιν — εὕροις ἂν ἐν ταῖς Συναριστώσαις Μενάνδρου.* Denique a Plinio H. N. XXIII, 15. *myrtus sativa candida — odorem oris commendat vel pridie commanducatum. Item apud Menandrum Synaristosae hoc edunt.*

Caecilii Synaristosas, ad Menandreae fabulae imitationem compositas, laudat Gellius N. A. XV, 15. Nonius p. 617. alii.

ΣΥΝΕΡΩΣΑ.

Schol. Plat. Ruhnk. p. 27. *ὦ μέλε, παρὰ τοῖς νεωτέροις ὑπὸ γυναικῶν λέγεται μόνον, ὡς τὸ ὦ τάλαν. παρὰ δὲ τοῖς παλαιοῖς καὶ ὑπ' ἀνδρῶν. καὶ (ὡς) ἐν Ἱππεῦσιν Ἀριστοφάνους, καὶ ἐν Μενάνδρου Συνερώσῃ·*

Ἄφες τὸν ἄνθρωπον. τί κόπτεις, ὦ μέλε.

Idem locus apud Suid. II. p. 755. ubi legitur *ὦ μέλεε*. V. Bentl. p. 59. Recte Clericus notat Meursii errorem Bibl. Att. p. 1565. B. pro *Συνερώσῃ* apud Suidam *Συναριστώ ῃ*

corrigere gestientis. — Idem Suidas s. v. ἀναπετῶ, ἀναπετάσω. Μένανδρος ἐν Συνερώσῃ.

ΣΥΝΕΦΗΒΟΙ.

Zenobius V, 60. p. 138. οὐκ εἰμὶ τούτων τῶν ἡρώων. Αὕτη τέτακται ἐπὶ τῶν βουλομένων εὖ ποιεῖν. Οἱ γὰρ ἥρωες ἕτοιμοι κακοῦν μᾶλλον ἢ εὐεργετεῖν, ὥς φησι καὶ Μένανδρος ἐν Συνεφήβοις. Menandrea, quae hic laudari credidit, Grotius Exc. p. 743. ita exhibuit:

Οἱ γὰρ ἥρωες κακοῦν
ὥς φασ' ἕτοιμοι μᾶλλον ἢ εὐεργετεῖν.

Valckenarius autem ad Eurip. Phoen. 976. p. 349. ita:

Οἱ γὰρ ἥρωες —
κακοῦν ἕτοιμοι μᾶλλον ἢ εὐεργετεῖν.

Non viderunt igitur viri praestantissimi, non Menandri sed Zenobii haec verba esse. Docet hoc vel illud ὥς φησι καὶ Μένανδρος, ut de hiatu taceam. Prorsus ita Pseudo-Plutarch. ap. Gronov. Praef. Thes. Graec. Ant. X. p. 3. οὐκ εἰμὶ τούτων τῶν ἡρώων, ἐπὶ τῶν μὴ βουλομένων μὴ εὖ ποιεῖν. οἱ γὰρ ἥρωες κακοῦν ἕτοιμοι ἢ μᾶλλον (μᾶλλον ἢ) ὠφελεῖν. Item Suid. II. p. 736. ubi eadem leguntur, quae Zenobius habet, sed postremis verbis ὥς φησι καὶ Μ. ἐν Σ. omissis. Eundem Menandri locum respexit Schol. Arist. Av. 1482. ἥρωες δὲ δύσοργοι καὶ χαλεποὶ τοῖς ἐμπελάζουσι γίνονται, καθάπερ Μένανδρος ἐν Συνεφήβοις. Ita enim recte, opinor, Heringa Observ. p. 254. pro edito Συνερίθοις. Frustra igitur Meurs. Bibl. Att. p. 1565. et Fabric. Bibl. Gr. II. p. 467. Συνερίθους inter Menandricarum fabularum titulos retulerunt. Heroas istos litigiosos fuisse et maleficos, communis ferebat antiquitatis opinio. Quam in rem Clericus laudavit Strab. VI. p. 255. et Aelian. H. A. VIII, 18. Adde Valcken. Diatr. p. 269. B. Alciphron. Epist. III, 58, 15. cll. Etymol. M. p. 438. 18.

Hanc quoque fabulam Caecilium imitatione expressisse constat testimonio Cicer. de opt. gen. orat. 16. et de Finib. I, 2., quae loca etiam Clericus adscripsit.

ΤΙΤΘΗ.

Suidas s. v. αἰτήσασθαι, τὸ χρήσασθαι. Μένανδρος Τιτθῇ·

ἣν ἄν τις ὑμῶν παιδίον
ἠτήσατ' ἢ κέχρηκεν, ἄνδρες γλυκύτατοι.

Ita Meursius Bibl. Att. p. 1565. d. Vales. ad Harpocr. v. ᾐτημένη, et alii correxerunt vulgatum Ἀνδρὸς Τίτθην. Eadem corruptela apud Zonar. I. p. 98. ubi in Menandri verbis pro ἥν ἄν τις legitur ἣν ἐάν τις. Neutrum sanum est. Porson. Adv. p. 292. εἴ τις ὑμῶν. Aliud quid latere videtur. Versus digessit Bentl. p. 60. — Ad eandem fabulam, Schowiani Stobaei auctoritate, referendum hoc fragmentum:

Οἱ τὰς ὀφρῦς αἴροντες ὡς ἀβέλτεροι
καὶ σκέψομαι λέγοντες· ἄνθρωπος γὰρ ὢν
σκέψει τί περὶ τοῦ; δυστυχὴς ὅταν τύχῃ.
αὐτόματα γὰρ τὰ πράγματ' ἐπὶ τὸ συμφέρον
ῥεῖ, κἂν καθεύδῃς, ἢ πάλιν τοὐναντίον.

Serm. XXII. p. 187. Gesn. p. 111. Grot. ubi deest fabulae titulus. Ad priora verba οἱ τὰς ὀφρῦς αἴροντες Clericus laudat Lambin. ad Horat. Epist. I, 18, 64. Idem merito rejecit Casauboni interpretationem ad Theophr. Char. I. p. 22. allatam. — Vs. 3. σκέψει τί περὶ τοῦ; ita scripsi e cod. B. pro vulgato σκέψει σὺ περί του. Similia sunt τίς ἐκ τίνος γέγονας, οἷα ἀνθ' οἵων πάσχω et alia, quae larga manu congesserunt viri docti, ex quibus sufficiat laudasse Wyttenb. Bibl. Crit. III, 2. p. 21. et Schaefer. ad Long. p. 416. Ibid. δυστυχὴς ὅταν τύχῃ recte tuetur Bentl. p. 79. — Vs. 5. κἂν καθεύδῃς. Ita Stob. Ecl. Phys. I. p. 100., ubi duo postremi nostri fragm. versus male cum alio versu e Κεκρυφάλῳ cohaerent. Heerenio bis Menandrum iisdem versibus usum esse statuenti nemo assentietur, quum altero loco admodum importune subjiciantur huic versui:

ταὐτόματον ἡμῖν ἀφανὲς ὂν συλλαμβάνει.

Nostro loco vulgatur καθευδήσῃ πάλιν τἀναντία, quod in καθευδήσῃς male mutavit Grotius. Praeterea Clericus: „κἂν „καθεύδῃς, h. e. quamvis rem nullo tuo labore juveris, „quod voluerunt oculis spectandum dare inimici Timothei, „qui pinxerant eum κοιμώμενον, τὴν δὲ Τύχην τὰς πόλεις δι„κτύῳ περιβάλλουσαν, ut habet Plutarch. V. Sull. p. 454." Cfr. Lucian. Rhet. did. III. p. 4. et Terent. Adelph. IV, 5, 59.

ΤΡΟΦΩΝΙΟΣ.

Athenaeus IV. p. 132. d. *Δίφιλος δ' ἐν Ἀπολιπούσῃ μάγειρόν τινα παράγων ποιεῖ τάδε λέγοντα· — Μένανδρος δ' ἐν Τροφωνίῳ·*

α'. Ξένου τὸ δεῖπνόν ἐστιν ὑποδοχῆς. β'. τίνος;
ποδαποῦ; διαφέρει τῷ μαγείρῳ τοῦτο γάρ·
οἷον τὰ νησιωτικὰ ταυτὶ ξενύδρια,
ἐν προσφάτοις ἰχθυδίοις τεθραμμένα
καὶ παντοδαποῖς, τοῖς ἁλμίοις μὲν οὐ πάνυ
ἁλίσκετ', ἀλλ' οὕτως παρέργως ἅπτεται·
τὰς δ' ὀνθυλεύσεις καὶ τὰ κεκαρυκευμένα
μᾶλλον προσεδέξατ'· Ἀρκαδικὸς τοὐναντίον
ἀθάλασσος ἐν τοῖς λοπαδίοις ἁλίσκεται·
Ἰωνικὸς πλούταξ, ὑποστάσεις ποιῶ,
κάνδαυλον, ὑποβινητιῶντα βρώματα.

Primum versum alii aliter inter loquentes personas distribuunt. V. Schweigh. qui vs. 3. male reliquit partic. *μὲν* post *τά*. Recte delevit Grotius Exc. p. 744. — Vs. 4. Bentl. p. 60. *προσφάτοισιν*. Dawes. Misc. crit. p. 214. *ἰχθυϊδίοις*. Prius non necessarium, alterum ne graecum quidem. *Ἰχθύδιον* ubique, si Archestrat. Athen. p. 311. c. excipias, secundam syllabam producit. In Aristoph. *Νήσοις* male Brunck. p. 257. ad Dawesii normam *ἰχθυΐδιον*. Compares *χελύδιον* Amphidis ap. Athen. p. 295. b. *ἀφύδιον* Aristophanis ibid. p. 285. e., ubi fallitur Schweigh., *βοτρύδιον* Alexidis ibid. p. 516. e. Ad eandem normam *ι* producitur in *δικαστηρίδιον, ἀργυρίδιον, ἐγχειρίδιον*, aliis. Suid. III. p. 325. *σκαλμίδα. ἀσπαζόμεθ' ἐρετμὰ καὶ σκαλμίδα, φησὶν ὁ Κωμικός*. Fort. Aristophanis versus, ita scribendus:

Ἀσπαζόμεσθ' ἐρετμία καὶ σκαλμίδια.

In his omnibus *ι* terminationis diminutivae *ιδιον* coalescit cum praecedenti *ι* vel *υ*. Prorsus idem accidisse videmus in optativorum formis *φθίμην, φύην, δαίνυτο, λέλυτο*. — Vs. 5. *τοῖς ἁλμίοις*. Hoc frustra sollicitatum a Salmasio et Bentl. p. 60. — Vs. 6. *ἁλίσκετ'*. ita jam Grot. et Casaubonus, quo magis mirum, Schweigh. non correxisse vulg. *ἁλίσκεται*. — Vs. 7. *ὀνθυλεύσεις*. Vide, quem Clericus laudat, Casaub. ad Athen. I, 4., et Polluc. VI, 60. qui *ὀνθυλεύσεις περιττὰς σκευασίας*. — Vs. 8. Verba *εἰ δέ τις ἔρχεται*, quae vulgo ante *Ἀρκαδικὸς* legebantur, delevit Bentlejus. V. Schweigh. et Porsoni Tracts p. 236. — Vs. 9. Coray ap.

ap. Schw. ἀθάλασσος, οὗτος. Si quid mutandum, malim ὢν pro ἐν. At ne hoc quidem necessarium. — Vs. 10. et 11. iterum habet Athen. XIV. p. 617. a., ubi Schweighaeuserus, praeeunte Corayo, locum ita exhibuit, ut nos eum edendum curavimus. Vulgo ποιῶν, quod in ποθεῖ mutavit Grotius. Vocem πλούταξ primus finxisse videtur Eupolis. Pollux III, 109. ὁ Εὔπολις πλούταξ πέπαικεν. Eupolidis locus est apud Athen. p. 236. f. κἄν τι τύχῃ λέγων ὁ πλούταξ πάνυ ταῦτ' ἐπαινῶ. Schol. Dionysii Thrac. p. 856. Ῥόδαξ ὁ Ῥόδιος καὶ πλούταξ ὁ πλούσιος. Ejusdem commatis plura habet lingua graeca, δῆμαξ, unde δημακίδιον formavit Aristophanes, δρῶπαξ, πάσσαξ, βῶμαξ, νέαξ, alia, de quibus v. Etym. M. p. 199. Intpp. Gregor. Cor. p. 240. Fischer. ad Weller. II. p. 38. Στόαξ unus, opinor, lusit Hermeas ap. Athen. p. 563. e. Quae mox sequuntur apud Menandrum ὑποστάσεις, respexit Pollux VI, 60. παρὰ Μενάνδρῳ αἱ ὑποστάσεις ζωμὸς παχὺς ἀμύλῳ πηγνύμενος, *jusculum admixta farina faecis instar constipatum.* Item Irenaeus apud Socrat. Histor. Eccl. III, 7. p. 176. Εἰρηναῖος ὁ γραμματικὸς ἐν τῷ κατὰ στοιχεῖον Ἀττικιστῇ *) βάρβαρον ἀποκαλεῖ τὴν λέξιν (ὑπόστασις), μηδὲ γὰρ παρά τισι (leg. τινι) τῶν παλαιῶν εὑρῆσθαι, εἰ δέ που καὶ εὕρηται, μὴ τοῦτο σημαίνειν, ἐφ' ᾧ νῦν παραλαμβάνεται. παρὰ μὲν γὰρ Σοφοκλεῖ ἐν τῷ Φοίνικι (neglexit haec Brunck.) ἐνέδραν σημαίνειν τὴν ὑπόστασιν, παρὰ δὲ Μενάνδρῳ τὰ καρυκεύματα. Ex hoc fonte sua derivavit Julius Pollux Hist. Phys. p. 376. τὸ δὲ τῆς ὑποστάσεως (ὄνομα) σπανίως μὲν εὕρηται, ἐπὶ δὲ τοῦ νῦν σημαινομένου οὐχ εὕρηται ὅλως παρά τινι· παρὰ μὲν γὰρ Σοφοκλέους ἐπὶ τῆς ἐνέδρας εἴρηται, παρὰ δὲ Μενάνδρου ἐπὶ τρυγίας πίθου ἢ καρυκευμάτων. Cognatae potestatis vocabulum ὑποστάθμη *faex, sedimentum,* illustraverunt Gataker. ad Anton. Phil. IX. p. 281. cll. Wessel. ad Diod. Sic. III, 44. et Abresch. Observ. Misc. V, 2. p. 230. — Vs. 11. κάνδαυλον. De candaulo, qui cibus est ἐξ ἀμύλου καὶ τύρου καὶ γάλακτος καὶ μέλιτος πεποιημένος, Clericus laudat Polluc. IV, 69. et Athen. XII. p. 516. conf. Wagner. ad Alciphr. I. p. 253. Mox ὑποβινητιῶντα βρώματα sunt *cibaria Venerem irritantia.* Athen. I. p. 9. c. παρελὼν παντὶ σθένει τὰς μαγειρικὰς μαγγανείας, καὶ τά, ὡς Μένανδρός φησιν, ὑποβινητιῶντα βρώματα. quae in rem suam convertit Eustath. Vol. III. p. 1724. 53. οὔτε μελίπηκτα φιλοῦντες, οὔτε μαγειρικὰς μαγγανείας, οὔτε ὑποβινητιῶντα, ὥς φησι Μένανδρος, βρώματα. Eadem πασχητιῶντα βρώματα

*) Vid. Suidas Vol. III. p. 4. et Koen. Praef. ad Greg. Cor. p. XVI.

vocat Clemens Alex. Paed. II. p. 64. Sylb. *πόῤῥω γάρ ἐστι τῶν πασχητιώντων ἐδεσμάτων ἡ τράπεζα τῆς ἀληθείας.* Idem Strom. II. p. 178. *χρὴ τοίνυν συνασκεῖν αὐτοὺς εἰς εὐλάβειαν, φυγαδεύοντας κατὰ τοὺς φιλοσόφους τὰ πασχητιῶντα τῶν βρωμάτων.*

Reliqua Trophonii fragmenta haec sunt. Athen. III. p. 99. f. *Μένανδρος ἐν Τροφωνίῳ εἶπε χορτασθείς.* — Harpocr. p. 33. *ὅτι δὲ λύσαντες τὴν λήκυθον ἐχρῶντο τῷ ἱμάντι πρὸς τὸ μαστιγοῦν, Μένανδρος Τροφωνίῳ.* — Denique apud Stob. Serm. IX. p. 101. Gesn. p. 61. Grot.:

Τὸ μηδὲν ἀδικεῖν ἐκμαθεῖν γάρ, ὦ Λάχης,
ἀστεῖον ἐπιτήδευμα κρίνω τῷ βίῳ.

Margo Gesneri: *Philemonis*, *alii Menandri Trophonio.* Grotius incerto poetae tribuit. Schowii codd. A. B. *Μένανδρος ἐν ταυτῷ* h. e. in Citharistria, ex qua fabula quod proxime ibi praecedit fragm. petitum est. Nisi forte in ipso illo *ταυτῷ* Trophonii nomen latere putes. Qui sequitur apud Stobaeum senarius,

Τὸ μηδὲν ἀδικεῖν καὶ φιλανθρώπους ποιεῖ

eum ipsum quoque margo Gesneri Menandro in Troph., Grotius vero incerto poetae tribuit. In Schowii Codd. *τοῦ αὐτοῦ*, non addito fab. titulo.

Ceterum eodem nomine fabulas docuerunt Cratinus, Cephisodorus, Alexis, alii. Ad illustrandam inscriptionis rationem faciunt ea, quae disputavit Muellerus de Minyis p. 150 sq.

Υ Δ Ρ Ι Α.

Duo hujus fabulae fragmenta servavit Stobaeus Serm. LVI. p. 373. Gesn. LXVIII. p. 221. Grot. et Serm. CII. p. 556. Gesn. CIV. p. 427. Grot.:

Ὡς ἡδὺ τῷ μισοῦντι τοὺς φαύλους τρόπους
ἐρημία, καὶ τῷ μελετῶντι μηδὲ ἓν
πονηρὸν ἱκανὸν κτῆμ' ἀγρὸς τρέφων καλῶς.
ἐκ τῶν ὄχλων δὲ ζῆλος, ἥ τε κατὰ πόλιν
αὕτη τρυφὴ λάμπει μέν, ἐς δ' ὀλίγον χρόνον. —
Γέροντα δυστυχοῦντα τῶν αὑτοῦ κακῶν
ἐπαγόμενον λήθην, ἀνέμνησας πάλιν
ἐπὶ τἀτυχεῖν τ' ἤγειρας.

Priora verba *ὡς ἡδὺ — ἐρημία* leguntur etiam Serm. LIV.

p. 367. ubi deest vulgo τρόπους, quod ex altero loco recte adjecit Grotius. Cfr. Porson. Adv. p. 118. De postremis verbis ἐπὶ τἀτυχεῖν ἤγειρας v. Bentl. p. 61. Qui hoc loco *senex* commemoratur, fortasse idem est, a quo prologus fabulae actus est. V. Quintil. Inst. Orat. XI, 3. supra ad Georgum p. 34.

Suidas: ἀνορωρυγμένον λέγουσιν οὐχὶ ἀνωρυγμένον. Μένανδρος Ὑδρίᾳ (male Reines. V. L. III, 3. p. 384. legit Ἀνδρίᾳ)·

Εὐθὺς καχρήσασθαι τὸν ἀνορωρυγμένον ταύτην ἰδόντα.

Idem locus, sed mirifice depravatus, legitur in Lex. Séguer. I. p. 405.: Μένανδρος· τὴν ἀνορωρυγμένην ταύτην ἰδών. Pro καχρήσασθαι Clericus, et jam ante Clericum Meursius Bibl. Att. p. 1566. correxit καταχρήσασθαι, quod placuit Bentlejo, obscura verba ita interpretanti: *statim prodegisse, effossum illum thesaurum, simulatque hanc meretricem vidit.* In quo illud certe recte factum arbitror, quod de thesauro effosso cogitavit. Atque hinc nescio an tituli ratio reddenda sit: nam ἐν ὑδρίαις ἔκειντο οἱ θησαυροί, teste Schol. Aristoph. Av. 603.

Athenaeus IX. p. 408. e. de formula κατὰ χειρῶν agens, Μένανδρος Ὑδρίᾳ·

Οἱ δὲ κατὰ χειρῶν λαβόντες περιμένουσι φίλτατοι.

Ad senarios hunc locum frustra revocavit Meurs. Bibl. Att. p. 1566. partic. δέ mutans in δή. De formula κατὰ χειρῶν λαμβάνειν dixere Wyttenb. ad Plut. I. p. 213. et Lobeck. ad Phryn. p. 327.

Schol. Platon. Ruhnk. p. 10. ἔχει (τὸ ὁμοῦ) καὶ δύναμιν συλλεκτικήν, ὡς παρὰ Μενάνδρῳ ἐν Ὑδρίᾳ· *Οἱ Θρᾷκες Λιβυτρῶες καλοῦνται· πάντα νῦν ἤδη 'σθ' ὁμοῦ.* ὅπερ δηλοῖ ἐν τῷ αὐτῷ. Tenebricosa verba aliis expedienda commendo. In corrupta voce Λιβυτρῶες Libethriorum nomen latere suspiceris, de qua gente vide Muelleri Histor. civit. graec. I. p. 381 sqq.

Denique Hesychius: *παρουσία.* οὕτως ἐκάλουν καὶ τὰ ὑπάρχοντα. καὶ μήποτε ἡ παρά πρόθεσις παρέλκει. Μένανδρος Ὑδρίᾳ. Hunc usum vocis παρουσία multis exemplis adstruxerunt Salmas. de Usur. p. 182. et Piers. ad Moer. p. 297.

ΥΜΝΙΣ.

„Latine hanc fabulam reddiderat Caecilius, ut liquet „e citationibus Festi et Nonii, apud quos tamen male le„gitur *Hymnis* quasi sexto casu ὕμνοις, cum legendum sit „*Hymnide*, ut recte animadvertit Victorius V. L. I, 11. „Idem observavit hanc fabulam citatam a Cicerone de „Finib. II, 7." *Clericus*. Caecilius Hymnide laudatur etiam a Charisio Inst. Gramm. II. p. 185. et Diomede I. p 378. cll. Casaub. ad Persii Sat. IV. p. 320.

Fragmenta fabulae haec sunt. Etymol. Gud. p. 320. 29. Μένανδρος ἐν Ὑμνίδῃ κιγκλισμός φησιν ἀντὶ τοῦ τάραχος. Leg. ἐν Ὑμνίδι. Zonar. II. p. 1209. κιγκλισμὸς ἀντὶ τοῦ τάραχος. οὕτω Μένανδρος. cfr. ibid. p. 1215. et Cod. Barocc. apud Bekkerum Anecd. Gr. III. p. 1459. — Hesych. Παρυφίς. Μένανδρος Ὑμνίδι. — Idem: βάκηλος, ὁ μέγας ἢ ἀνόητος, ἢ ὁ ἀπόκοπος, ἢ ὑπ' ἐνίων γάλλος. οἱ δὲ ἀνδρόγυνος. ἄλλοι παρειμένος, γυναικώδης, παρὰ Μενάνδρῳ Ὑμνίδι. Similiter Schol. Luciani Cron. 12. βάκηλος, μέγας μὲν, ἀνόητος δέ, καὶ γυναικώδης. εὐνοῦχος, ἀπόκοπος. Antiphanes ap. Athen. IV. p. 134. b. οὐχ ὁρᾷς ὀρχούμενον ταῖς χερσὶ τὸν βάκηλον; Servant vocem Latini *bacelum* dicentes pro *stulto*. v. Casaub. ad Suet. Aug. 87. p. 272. cll. Turnebo Advers. p. 862.

Maximus Tyr. Dissert. XXX. p. 320. μὴ ἐνόχλει τῇ τύχῃ, οὐ γὰρ τοῖς δεομένοις δίδωσιν. μὴ ἐνόχλει τῇ τέχνῃ, ἀκούεις γὰρ Μενάνδρου λέγοντος·

Οὐ πάνυ τι γηράσκουσιν αἱ τέχναι καλῶς,
ἂν μὴ λάβωσι προστάτην φιλάργυρον.

Fabulae nomen addit Stob. Serm. LIX. p. 380. Gesn. LXI. p. 231. Grot., ubi recte legitur πάνυ τι. Maximus πάνυ τοι. Contrario vitio laborat Pseudo-Gorgias in Reiskii Oratt. Graec. Vol. VIII. p. 109. ἀλλά γε ταῦτα πολλῆς τιμωρίας καὶ πιστεῦσαι. Leg. πολλῆς τοι μωρίας, nisi malis πολλῆς ἐστι μωρίας.

Athenaeus VI. p. 231. a. Μένανδρος Ὑμνίδι·

Ἀλλὰ τἀργυρώματα
ἥκω λαβεῖν βουλόμενος.

Temere Menagius ad Diog. Laert. II. p. 178. b. corrigit λαβεῖν δεόμενος.

Apollonius de Pron. p. 275. a. Ἀττικοὶ γοῦν τὸν ἐμέ· Μένανδρος ἐν Ὑμνίδι·

Νῦν δὲ κατὰ πόλιν
εὕρηκε τὸν ἕτερον, τὸν σὲ, τὸν ἐμὲ τουτονί.

Grammat. Seguer. II. p. 923. καὶ Μένανδρος ἐν Ὕδατι· τὸν ἐμὲ τουτονί. Lege ἐν Ὑμνίδι. Exemplis hunc usum articuli illustraverunt Intpp. Callim. Tom. I. p. 547. Heindorf. ad Plat. Vol. IV. p. 354. et Bast. Ep. crit. p. 268.

Harpocrat. s. v. ᾐτημένην p. 83. αἰτεῖσθαι ἔλεγον τὸ κεχρῆσθαι. Μένανδρος ἐν τῷ (leg. τῇ) Ὑμνίδι·

Οὐ πῦρ γὰρ αἰτῶν οὐδὲ λοπάδ' αἰτούμενος.

Idem versus, quem etiam in Dyscoli fragm. p. 53. habuimus, ex Hymnide citatur ab Ammonio p. 5. Valck. Suida s. v. αἰτήσασθαι et Lex. Seguer. I. p. 359. ubi ἀλλὰ λοπάδ' αἰτ. legitur. Idem Lex. p. 360. αἰτήσασθαι τὸ χρήσασθαι. οὕτω Μένανδρος.

Ceterum scripsi ubique Ὑμνίς, accentu in ultimam syllabam retracto. Meretricis nomen fuisse, constat e Luciani Dial. Meretr. XIII. p. 315.

ΥΠΟΒΟΛΙΜΑΙΟΣ
Η
ΑΓΡΟΙΚΟΣ.

Suidas s. v. πέμπειν, τὸ πομπεύειν. Μένανδρος Ὑποβολιμαίῳ ἢ Ἀγροίκῳ·

Μικρὰ Παναθήναι' ἐπειδὴ δι' ἀγορᾶς πέμποντά σε,
Μοσχίων, μήτηρ ἑώρα τῆς κόρης ἐφ' ἅρματος.

Ita correxit haec et ad trochaicos numeros revocavit Bentl. p. 67. quum vulgo legeretur apud Suidam ἐπεὶ δι' ἀγορᾶς πέμποντες ἐμοσχίων. Neque vanam fuisse summi viri conjecturam docet Phot. Lex. p. 299. ubi liquido scriptum legitur πέμποντά σε, Μοσχίων. Non acquievit tamen in hac Bentl. ratione Toup in Suid. I. p. 336. Lips., qui quum numeros versuum scabros et invenustos dicit, in quo illa scabrities cernatur, vellem docuisset. Nec magis perspicitur, quid duri verborum habeat constructio, quam Menandri elegantia indignam vocat. *Denique*, inquit, *Graeci* πέμπειν πομπὴν *dicunt*, *quod vir. doct. fefellit*. Proinde ex ingenio atque indole, ut ait, sermonis Attici ita h. l. scribendum contendit:

- - ⏑ – ⏑ – Μικρὰ Παναθήναι' ἦν· ἐπεὶ

πομπὴν δι' ἀγορᾶς, Μοσχίων, πέμποντά σε
μήτηρ ἑώρα τῆς κόρης ἐφ' ἅρματος.

De loquutione πέμπειν πομπὴν quae scripsit Toupius, ea quorsum spectent, non video: πέμπειν χοροὺς dixit Eurip. Electr. 432., πέμπειν ἑορτὰς Plutarch. π. φιλοπλουτ. p. 527. d. et ipsum illud πέμπειν Παναθήναια Philostratus Vit. Apoll. IV, 22. p. 161.

A ceteris scriptoribus, qui hujus fabulae fragmenta servaverunt, simpliciter vocatur Hypobolimaeus. Apud Stobae. Serm. CXX. p. 606. Gesn. CXXII. p. 497. Grot.:

— Τοῦτον εὐτυχέστατον λέγω,
ὅστις θεωρήσας ἀλύπως, Παρμένων,
τὰ σεμνὰ ταῦτ' ἀπῆλθεν, ὅθεν ἦλθεν, ταχύ,
τὸν ἥλιον, τὸν κοινὸν ἀστέρ', ὕδωρ, νέφη,
πῦρ· ταῦτα ἔτη κἂν ἑκατὸν βιώσεται
ὄψει παρόντα, κἂν ἐνιαυτοὺς σφόδρ' ὀλίγους.
σεμνότερα τούτων ἕτερ' ἂν οὐκ ὄψει ποτέ.
Πανήγυριν νόμισόν τιν' εἶναι τὸν χρόνον,
ὅν φημι, τοῦτον ἐπιδημίαν ἀνθρώπῳ·
ὄχλος, ἀγορά, κλέπται, κύβειαι, διατριβαί·
ἂν πρῶτος ἀπέλθῃς καταλύσεις, βελτίονα
ἐφόδι' ἔχων ἀπῆλθεν ἐχθρὸς οὐδενί.
ὁ προσδιατρίβων δὲ κοπιάσας ἀπώλεσεν,
κακῶς τε γηρῶν ἐνδεής του γίγνεται,
ῥεμβόμενος ἐχθροὺς εὗρ', ἐπεβουλεύθη ποθέν,
οὐκ εὐθανάτως ἀπῆλθεν ἐλθὼν εἰς χρόνον.

Vs. 3. ἀπῆλθεν ὅθεν ἦλθεν ταχύ, ad cognata sidera, v. Valcken. diatr, p. 28. c. 54. b. et Ruhnk. ad Vellej. p. 473. — Vs. 4. Bentl. p. 65. τ. ἥλιον τὸν κοινὸν, ἄστρ', ὕδωρ, probante Hemst. ad Lucian. I. p. 434. — Vs. 5. Clericus ad sententiam comparat Anton. II, 14. οὐδὲν διαφέρει, πότερον ἐν ἑκατὸν ἔτεσιν ἢ ἐν διακοσίοις τὰ αὐτά τις ὄψεται, Heringa Epicharmum Diog. Laertii III. 17. Grotii et Bentl. conjecturae turpi laborant, soloecismo. Nec melius Hemst. l. c. ταῦτ' ἔτη τις κἂν ἑκατὸν βιώσεται, quae conjectura duplici foedatur vitio. Rectius Heringa Observ. p. 255. ταῦτ' ἔτη σὺ κἂν ἑκατὸν βιοὺς ἀεί: voluisse videtur βιῷς. Toup. Ep. crit. p. 32. ταῦθ', ἑταῖρε, κἂν ἑκατὸν βιῷς ἔτη. Porson. Append. ad Toup. 486. ταὐτὰ ταῦτα κἂν ἑκ. βιῷς ἔτη. Idem apud Gaisfordium ad Eurip. Suppl. p. 207. Oxon. ταῦτα κἂν ἑκατὸν ἔτη βιῷς ἔτι. Denique Jacobsius ad Athen. p. 105. ταῦτα γὰρ ἔτη κἂν ἑκατὸν βιῷς ἔτι. Mihi,

ne prorsus ἀσύμβολος decedam, assumta Toupii conjectura, ταῦτ' ἀεὶ γὰρ scribendum videbatur. Nisi malis ταῦτ' ἔτη κἂν ἑκατὸν ἔτι βιῷς, ἀεὶ Ὄψει παρόντα etc. — Vs. 7. ἕτερ' ἂν οὐκ ὄψει ποτέ. Ita scripsi pro ἕτερα οὐκ ὄψει ποτέ. Nec male Pauwius p. 77. ἕτερα γ' οὐκ. Heringa l. l. et Porson. Adv. p. 292. et apud Gaisford. l. c. ἕτερα δ' οὐκ. Bentlejus, probante Hemsterhusio, dedit ἅτερ' οὐκ ὄψει ποτέ. — Vs. 8. sqq. Sententiam Menander expressisse videtur ex Alexide ap. Athen. p. 463. d. Menandrum imitatus est Gregor. Nazianz. Tetrast. p. 68. sive Gnom. monost. 444.

Πανήγυριν νόμιζε τόνδε τὸν βίον.

Comparationis auctor Pythagoras perhibetur. V. Menag. ad Diog. Laert. VIII, 8. et Davisium ad Cicer. Tusc. Vs. 3. — Vs. 9. Locus varie tentatus. De Grotii conjectura v. Bentl., qui ipse τὴν ἐπιδημίαν ἄνω tentavit. Toupius l. l. κἀπιδημίαν ξένων. Non male; certe melius quam Heringa, qui deleta voce ἀνθρώπῳ, in qua alius fabulae Ἄνθρωπος inscriptae titulum latere suspicabatur, totum versum ita exhibuit: Εὔφημε, τουτονί γε κἀπιδημίαν. Lennep. ad Phal. p. 103. Bentleji vestigiis insistens: τοῦτον κἀπιδημίαν· ἄνω Ὄχλος κτλ. Jacobsius denique Add. ad Athen. p. 133. τὸν ἐπιδημίας, ἐν ᾧ Ὄχλος —. Similiter Porsonus apud Gaisf. l. c. ἢ 'πιδημίαν, ἐν ᾧ Ὄχλος etc. — Vs. 10. Non recte, si quid video, Bentl. accusativos adscivit: ὄχλον, ἀγορὰν κτλ. Vulgata lectio multo aptior est ad significandam loquentis indignationem. Pro κλέπται Heringa κλοπαί. Conf. D'Orvill. Vann. crit. p. 235. — Vs. 11. Ita distinxit Porsonus apud Gaisford. l. c. καταλύσεις haud dubie intelligens de *diversoriis*. Vulgo ἂν πρ. ἀπέλθῃς, καταλύσεις β. quod varias peperit conjecturas. Bentl. σὺ καταλύσεις βέλτιον, Jacobs. Addit. ad Ath. p. 20. καὶ καταλ. β. Heringa: ἂν πρ. ἀπελεύσῃ καταλύσεις βέλτιον, qua forma nemo comicorum usus est. — Vs. 13. Heringa ὁ δὲ πρ. κ. ἀπ. Atqui κοπιάσας paenultimam producit. Porsonus l. c. ὁ πρ. δ' ἐκοπίασεν ἀπολέσας, quod verum videtur. Wyttenb. ad Plutarch. p. 113. c. pro κοπιάσας dedit κοπιῶν. Ad ἀπώλεσεν intellige ἐφόδια. Male Bentl. — Vs. 15. Soloece Grot. πόθεν. — Vs. 16. ἐλθὼν εἰς χρόνον *qui in vitam venit diu ibi moraturus*. Male igitur, nec unam ob causam male, Wyttenb. l. l. correxit: ἀπῆλθ' ἔχων εἰς τὸ χρεών. Vocem εὐθανάτως e Cratino servavit Pollux III, 106. Sueton. a Clerico laudatus Aug. cap. 99. *sibi et suis* εὐθανασίαν *similem, hoc enim verbo uti*

solebat, *precabatur*. Menander ap. Athen. p. 549. c. θάνατος εὐθάνατος. Cfr. Posidippus ap. Stob. Serm. CXIX. p. 597. τῆς εὐθανασίας κρεῖττον οὐδὲν εὔχεται. Ita codex ap. Brunck. Poes. Eth. p. 341. pro ἀθανασίας. Similiter apud Artemid. Onirocr. II, 37. ἄδηλος legitur pro εὔδηλος. At fallitur Brunck. de mensura primae syllabae in ἀθανασία. Vide, praeter Porson. ad Med. 139., Antiphanem ap. Stob. p. 616. et Alexin ap. Diog. Laert. III, 28.

Apud Stobaeum Eclog. Phys. T. I. p. 192. ed. Heeren.:

Παύσασθε νοῦν ἔχοντες· οὐδὲν γὰρ πλέον
ἀνθρώπινος νοῦς ἐστιν ἄλλο τῆς τύχης,
εἴτ᾽ ἐστὶ τοῦτο πνεῦμα θεῖον, εἴτε νοῦς.
τοῦτ᾽ ἔστι τὸ κυβερνῶν ἅπαντα καὶ στρέφον
καὶ σῶζον· ἡ πρόνοια δ᾽ ἡ θνητὴ καπνὸς
καὶ φλήναφος· πείσθητε κοὐ μέμψεσθέ με·
πάνθ᾽ ὅσα νοοῦμεν ἢ λέγομεν ἢ πράττομεν
Τύχη ᾽στίν, ἡμεῖς δ᾽ ἐσμὲν ἐπιγεγραμμένοι.
Τύχη κυβερνᾷ πάντα. ταύτην καὶ φρένας
δεῖ καὶ πρόνοιαν τὴν θεῶν καλεῖν μόνην,
εἰ μή τις ἄλλως ὀνόμασιν χαίρει κενοῖς.

Hic etiam videndum est, ne duo diversi loci fragmenta in unum coaluerint, quorum secundum Vs. 9. ordiatur. — Vs. 1. non probo Bentleji conjecturam νοῦν αὐχοῦντες. Receptae lectionis longe fortior et argutior sententia: *nolite amplius sapere*. — Vs. 2. ἄλλο τῆς τύχης. Ita Lamb. Bos Observ. p. 15. et Toup. Ep. crit. p. 32. pro vulgato ἀλλ᾽ ὁ τῆς Τύχης. Philemon ap. Stob. Ecl. Phys. II. p. 6. πλεῖον γὰρ οὐδὲν ἄλλο τοῦ ζητεῖν ἔχεις. — Vs. 4. ἅπαντα addidit Bentlejus. — Vs. 5. καὶ σῶζον. Ita Grot. et Canter. V. L. VIII, 3. pro καὶ ζωῶν. Confirmant codd. Heerenii. Tum ἡ πρόνοια δ᾽ ἡ θνητὴ καπνός, fortasse recte Lennep. ad Phalar. p. 143. θνητῶν. Ad sententiam apprime convenit Chaeremonis versus ap. Stob. Ecl. T. I. p. 196. Heer.:

τύχη τὰ θνητῶν πράγματ᾽, οὐκ εὐβουλία.

quo utuntur etiam Plutarch. Opp. Morr. I. p. 97. c. Libanius Orat. XXXI. p. 644. d. cfr. Cicero Quaest. Tusc. V, 9. — Vs. 7. πάνθ᾽ ὅσα νοοῦμεν κτλ. Vulgo ἅπανθ᾽ ὅσα. Correxit Salmasius. Male Heeren. dedit ἅπανθ᾽ ἃ —. Tum λέγομεν est Canteri emendatio pro γέγονεν. Eandem probavit Reisigius Conject. I. p. 108. Mitto Grotii, Salmasii,

Jacobsii Exerc. crit. I. p. 87., aliorumque conjecturas. Videntur haec solenni formula precandi dicta esse. Xenophon Hipparch. p. 152. *θύοντα χρὴ αἰτεῖσθαι θεοὺς ταῦτα διδόναι καὶ νοεῖν καὶ λέγειν καὶ πράττειν, ἀφ' ὧν κτλ.* Idem Anabas. V, 6, 28. *ἐγὼ θύομαι μὲν ὅπως ταῦτα τυγχάνω καὶ λέγων καὶ νοῶν καὶ πράττων, ὁποῖα κτλ.* — Vs. 8. *τύχη 'στί.* Legebatur *τύχης ἐστί.* Correxit Grotius, in quo vellem acquievisset Heerenius, qui quod statim sequitur *ἐπιγεγραμμένοι*, explicat *tanquam milites conscripti praefectorum jussis caeciter obedientes.* Hoc esset *ἐγγράφεσθαι.* Rectius fuerit *wir geben nur unsere Namen dazu, ad nos tanquam auctores referuntur, quaecunque a Fortuna fiunt.* Ita apud Demosth. c. Neaer. Vol. II. p. 1359. *οἱ ἐπιγραφόμενοι ταῖς ἀλλοτρίαις γνώμαις* sunt qui alienis sententiis inscribi se tanquam auctores aut suffragatores patiuntur, ut bene explicuit Reiskius. Julian. ad Themist. p. 267. B. *οὐκ ἀλλοτρίοις ἐμαυτὸν ἔργοις ἐπιγράφω, non aliorum gloriam mihi vindico et arrogo.* Lucian. Enc. Demosth. Vol. III. p. 492. *τῆς εὐροίας δοκῶ μοι τὸν Ὅμηρον ἐπιγράψασθαι, orationis ubertatem ad Homerum auctorem referre mihi posse videor.* Schol. Aristoph. Equ. 391. *αὐτὸς ἐπεγράφη τῷ κατορθώματι, ipse sibi hujus facinoris laudem vindicavit.* Ita etiam Latini, ut Ovidius Metam. XV, 27. *ipsos inscripsere deos sceleri.* Metaphorae ratio in promptu est. — Vs. 10. *τὴν θεῶν.* Ita correxit Bentl. pro *τὴν θεόν.*

Apud Stobaeum Serm. LXXII. p. 435. Gesn. LXXIV. p. 316. Grot.:

Τὰ δεύτερ' ἀεὶ τὴν γυναῖκα δεῖ λέγειν,
τὴν δ' ἡγεμονίαν τῶν ὅλων τὸν ἄνδρ' ἔχειν.
οἰκία δ' ἐν ᾗ τὰ πάντα πρωτεύει γυνὴ
οὐκ ἔστιν ἥτις πώποτ' οὐκ ἀπώλετο.

Duos postremos versus memoriae errore ex Eurip. Andromache citat Stephan. Com. Gr. p. 369. — Vs. 3. articulum addidit Bentl. p. 91. qui praeterea *οἶκος δ' ἐν ᾧ* et vs. 4. *ὅστις* scribendum censuit. Quae ratio etsi paullo audacior videri possit, non video tamen quomodo vulgata lectio defendi queat. Certe diversa sunt *Πυθία* ultima brevi in loco Com. inc. ap. Athen. p. 36. b. *Λαμία* apud Aristophanem et alios, de quo supra dixi, *Ἀκαδημία* apud Sotionem Athen. p. 336. e. *Λύκειον, Ἀκαδημίαν, Ὠιδείου πύλας,* et Alexin ibid. p. 610. e. *τοῦτ' ἔστιν Ἀκαδημία, τοῦτο Ξενοκράτης,* quae etiam ob aliam causam notatu digna sunt. V. Herm. ad Nub. 1003. cll. Epicrate ap. Athen. p. 59. d. Cave eodem referas Dracon. Strat. p. 11. *Ἀδωνίαν, συνε-*

σταλμένως· Ἀδωνίαν ἄγομεν καὶ τὸν Ἄδωνιν κλάομεν. Φερεκράτης. Legendum:

Ἀδώνι' ἄγομεν καὶ τὸν Ἄδωνιν κλάομεν.

Respexit ad h. l. Lexicon Seguer. I. p. 345. Paullo speciosius ad vulgatam lectionem Menandri loco tuendam utaris Onestae exemplo in Anal. Brunck. II. p. 289. ὡρία καλλοσύνη. Sed Onestae quod licuit, non licuit Menandro. Jacobsii miror judicium de loco Inc. Comici ap. Athen. p. 36. c. Ipse vir praestantissimus dudum veram loci lectionem perspexerat in notis ad Eueni Epigr. XV.

Apud Stobaeum Serm. LXXXIX. p. 500. Gesn. XCI. p. 367. Grot.:

Τοῦτο μόνον ἐπισκοτεῖ
καὶ δυσγενείᾳ, καὶ τρόπου πονηρίᾳ,
καὶ πᾶσιν οἷς ἔσχηκεν ἄνθρωπος κακοῖς,
τὸ πολλὰ κεκτῆσθαι· τὰ δ' ἄλλ' ἐλέγχεται.

Correxit Bentl. p. 64. Vulgo δυσγένειαν et πονηρίαν, quod ferri posset, nisi sequerentur dativi; nam ἐπισκοτεῖν et ἐπισκιάζειν et tertium et quartum casum adsumit. V. Schaefer. ad Dion. Halic. de C. V. p. 148. Dativo junxit etiam Eubulus ap. Athen. II. p. 43. f.:

ὁ δ' οἶνος ἡμῶν τῷ φρονεῖν ἐπισκοτεῖ,

ubi Grotium τὸ φρονεῖν scripsisse eo magis mirandum, quum ipse in Antiphanis loco apud Stob. Serm. XVI. p. 332. recte dederit:

ἐπισκοτεῖ γὰρ τῷ φρονεῖν τὸ λαμβάνειν.

Conf. Scriptor anonym. ap. Suid. III. p. 569. et Demetrius ap. Diog. Laert. V, 82. Ad sententiam convenit fere Horatius Epist. I, 6, 36. *Scilicet uxorem cum dote fidemque et amicos, Et genus, et formam regina pecunia donat.*

Apud Stobaeum Ecl. Phys. T. I. p. 196. ed. Heer.:

Οὐ παντὸς ἀγαθοῦ τὴν πρόνοιαν αἰτίαν
κρίνων ἂν ὀρθῶς ὑπολαβεῖν τίς μοι δοκεῖ·
ἀλλ' ἔστι καὶ ταὐτόματον ἔνια χρήσιμον.

Vs. 1. et 2. fort. leg.: ὁ παντὸς — κρίνων ἂν οὐκ ὀρθῶς ὑπολαβεῖν μοι δοκεῖ. Vs. 3. vulgo legitur ἐνίοτε χρήσιμον, quod parum eleganti conjectura Bentl. p. 63. in ἔσθ' ὅτε χρ. mutavit. Recte codd. Heer. ἔνια dederunt. Ita Menander ap. Clem. Alex. Str. VI. p. 264. καὶ συμμανῆναι δ' ἔνια δεῖ. Μυρία pro μυριάκις legitur Antipat. Sid. Epigr. 99. et Adesp. 714.

Apud Stobaeum Serm. XI. p. 136. Gesn. p. 79. Grot.:

Ἀεὶ κράτιστόν ἐστι τἀληθῆ λέγειν
ἐν παντὶ καιρῷ· τοῦτ' ἐγὼ παρεγγυῶ
εἰς ἀσφάλειαν τῷ βίῳ πλεῖστον μέρος.

Receperunt Stephan. Com. Gr. p. 89. et Brunck. Poesi Eth. p. 189. cll. Gatakero ad Anton. p. 183.

Ibid. Serm. LXXI. p. 432. Gesn. LXXIII. p. 311. Grot.:

Πολλῶν κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν θηρίων
ὄντων, μέγιστόν ἐστι θηρίον γυνή.

Ita recte Grotius vs. 2. pro θηρίων. In marg. Gesneri legitur hoc lemma: *Hyperbolimaea, Menandri ut puto.*

Apud Stobaeum Serm. CVIII. p. 577. Gesn. CX. p. 459. Grot.:

Ἄπολλον, ἀλλὰ σκαιὸν οὐ μετρίως λέγεις,
μετὰ μαρτύρων ἀτυχεῖν, παρὸν λεληθέναι.

Hunc quoque locum temere Clericus inter incertae sedis fragmenta retulit.

Apud Stobaeum Eclog. Phys. T. II. p. 8. ed. Heer.:

Δυσπαρακολούθητόν τι πρᾶγμ' ἐστιν τύχη.

Idem versus infra legitur in Supplem. Sentent. ex Aldo 23. ubi *δὲ* editur pro *τί*. De voc. *δυσπαρακολούθητος* Clericus laudat Quintil. IV, 1. qui genus caussarum difficile et obscurum *δυσπαρακολούθητον* vocari dicit. Idem comparat Anton. II. 17. *ἡ δὲ τύχη δυστέκμαρτος*. Plura dedit Rhoerius ad Porphyr. de Abst. I. p. 11.

Athenaeus XIV. p. 644. f. *ἄμης πλακοῦντος γένος. Μένανδρος Ὑποβολιμαίῳ·*

Τὸν ἄμητα, Χαίριππ', οὐκ ἐᾷς πέττειν τινά.

Ita probabiliter Porson. Adv. p. 124. pro vulgata *Χαιρίσπου κέαι ἐς πέττιν τινά.* Aliter Bentl. p. 67. et Jacobs. ad Athen. p. 342. De Chaerippo ob voracitatem infami v. Athen. X. p. 416. e. et Aelian. V. H. I, 27.

Suidas s. v. *ἀποκρίθητι. Ἀποκρινεῖται λέγουσι μᾶλλον ἢ ἀποκριθήσεται. Μένανδρος Κανηφόρῳ· — Ὑποβολιμαίῳ·*

Ὡς μηδὲν ἀποκρινουμένῳ δ' οὕτω λαλεῖν.

Ita legendum esse Suidae locum perspecte monuerunt Wesseling. Probab. p. 250. et Toup. Epist. crit. p. 31. Confirmat Lexic. Seguer. I. p. 429. ubi tamen legitur *Ὑποβολιμαίᾳ*. Non male Toup. *ἀποκρινουμένῳ γ' οὕτω λαλεῖς.* Sed

vera lectio haec esse videtur: ὡς μηδὲν ἀποκρινουμένῳ τούτῳ λαλεῖς in quibus τούτῳ est *mihi*, δεικτικῶς.

Ammonius p. 165. λέμφοι παρὰ Ἀττικοῖς οἱ κορυζώδεις ἐλέγοντο καὶ μυξώδεις. Μένανδρος Ὑποβολιμαίῳ·

Γέρων ἀπεμέμυκτ' ἄθλιος λέμφος —

Editur vulgo ἀμέμικτ' ἄθλιος λ. Nihil certius conjectura Burmanni Praef. ad Bentl. Emend. p. 24. et Toupii Epist. crit. p. 31. Usum verbi ἀπομύττεσθαι *pecunia emungi* illustraverunt Intpp. Polluc. I. p. 192. et H. Stephan. de dial. Att. cap. 26. cfr. Gronovii Not. in Terent. p. 205.

Schol. Aristoph. Lysistr. 378. περὶ γαμηλίων λουτρῶν Μένανδρος ἐν Κρητί φησι καὶ ἐν Ὑποβολιμαίῳ.

De alio fragmento ap. Clem. Alex. p. 20., quod dubitari potest an recte ad Hypobolimaeum referatur, dixi ad Heniochum.

Ceterum duplicis tituli rationem probabilem sic reddi posse opinatur Spaldingius ad Quintil. I, 10. p. 221., si is, qui in nobiliorem gentem parentum fraude esset suppositus, mira rusticitate ortum suum prodidisse dicatur. Cui sententiae quominus accedam facit Ciceronis locus Orat. pro Rosc. Amer. Cap. 16. *ecquid tandem tibi videtur, ut ad fabulas veniamus, senex ille Caecilianus minoris facere Eutychum, filium rusticum, quam illum alterum Chaerestratum? alterum in urbe secum honoris caussa habere, alterum rus supplicii caussa relegasse.* Haec e Caecilii Hypobolimaeo, ad Menandreae fabulae imitationem composita, petita esse docet Festus de verb. signific. p. 337. ed. Godofr.: *Caecilius in Hypobolimaeo Chaerestrato:*

Nam ista quidem noxa mulieris magis quam viri est.

Sic enim legendum. Itaque suspicari licet Menandrum in hac fabula patrem induxisse, qui duos haberet filios, alterum supposititium, alterum genuinum. Et hunc quidem ille ruri educandum nescio cui tradiderat. Facit huc Quintilianus l. l.: *apud Menandrum in Hypobolimaeo senex reposcenti filium patri velut rationem impendiorum, quae in educationem contulerat, opponens, psaltis se et geometris multa dicit dedisse.* Caecilii Hypobolimaeus, nobilissima fabula, saepius ad partes vocatur tum ab aliis tum a Gellio N. A. XV, 9. Charisio Instit. Gramm. I. p. 107. 2. Nonio I, 54. ubi editur *Caecilius Hypobolimaeo Rastraria.* Fort. legendum *Hypobolimaeo Chaerestrato.* Ejusdem fabulae nomen obscuratum latet in Prisciano VI. p. 679. ubi male legitur *Caecilius Hippolyta.* Ad ean-

dem respexit Varro de Re Rust. II, 11. — Eudoxi, Graeci comici, cognominem fabulam a Fabricio non commemoratam laudat Zenob. I, 1. Ridiculum Photii errorem Biblioth. p. 195., e Menandreae fabulae titulo novum inauditumque poetam *Hypobolimaeum* fingentis intactum dimisit Fabric. Bibl. Graec. V, 30. p. 728. at notavit Valcken. Diatr. p. 18. a. Sed talis ἀκρισία in illo homine nihil magnopere admirationis habet. Cfr. Ruhnk. ad Vellej. Paterc. I, 5. p. 21.

Φ Α Ν Ι Ο Ν.

Elogii rationem declarat Athen. XIII. p. 567. c. ubi inter eas Graecorum poetarum fabulas, quae a meretricibus nomen traxerunt, commemoratur *Μενάνδρου Θαΐς καὶ Φανίον*. Ita enim recte Schweigh. edidit e Ms. pro *Φαννίον*, quod Meurs. Lectt. Att. I, 17. et alii in *Ναννίον* mutaverunt, novam inde Menandro fabulam affingentes. Atqui nullam comoediam Nannii nomine insignitam docuisse Menandrum ex Athenaeo liquet XIII. p. 587. b., ubi *μνημονεύει* inquit, *τῆς Ναννίου καὶ Ἄλεξις ἐν Ταραντίνοις· — Μένανδρος δὲ ἐν Ψευδηρακλεῖ φησίν· Οὐκ ἄπειρα Ναννίον.* Qui si Menandri fabulam hoc nomine novisset, non sane Pseudoherculem ad partes vocaturus fuisset, ut Nannii mentionem a Menandro factam doceret. Denique quod elegico fragmento apud Stobae. Serm. XI. p. 136. in margine Gesneri adscriptum legitur *Menandri in Nannis*, id quomodo corrigendum sit, nemo monitus dubitabit. Contra Menandri nomen in Mimnermi abiisse infra in Incertis videbimus. V. Gaisford. Poet. Min. II. p. 525. Quare unice probandum *Φανίον*, quae haud scio an non diversa fuerit a Phano haud ignobili meretrice quae commemoratur ab Athen. XIII. p. 594. a. Pauca fabulae fragmenta idem servavit Athenaeus. Unum Lib. VII. p. 314. b. *νάρκη. Μένανδρος δὲ ἐν Φανίῳ* (ita nov. editor pro *Φανῷ*), *διὰ τοῦ α ἔφη·*

— Ὑπελήλυθέ τέ μου νάρκα τις
ὅλον τὸ δέρμα. —

μηδενὸς τῶν παλαιῶν οὕτω κεχρημένου. Ita Codd. et Eustath. ad Hom. II. p. 1173. 47. Senariorum reliquias recte digessit Bentl. p. 96. et ante Bentl. jam Meurs. Bibl. Att. p. 1567. a. Nec male tamen Schweigh. dedit: *ὑπελήλυθέν τέ μου Νάρκα τις ὅλον τὸ δέρμα.* Phrynich. App. Soph.

p. 66. τὴν νάρκην Πλάτων μὲν ἐν Μένωνι διὰ τοῦ η ἔφη, Μένανδρος δὲ διὰ τοῦ α. Cfr. Lobeck. ad Phryn. Ecl. p. 331. — Alterum fragm. legitur IV. p. 171. a. παρὰ δὲ Μενάνδρῳ ἐστὶ κοινότερον (voc. ἀγοραστής) ἐν Φανίῳ (ita Schw. e Ms. Venet. pro Φανίᾳ).

Φειδωλὸς ἦν καὶ μέτριος ἀγοραστής —

Est senarius ultimo pede truncatus, quod quum non animadvertissent interpretes, miras excogitarunt conjecturas.

Φ Α Σ Μ Α.

Cognominem fabulam scripserat L. Lavinius, quam e Menandrea expressam fuisse testatur Terent. Eunuch. Prol. 9.

Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit.

Ad quem locum Donatus T. I. p. 227. West. Menandreae fabulae argumentum his verbis exposuit. *Phasma*, inquit, *nomen est fabulae Menandri, in qua noverca superducta adolescenti, virginem, quam ex vicino quodam conceperat, furtim eductam cum haberet in latebris apud vicinum proximum, hoc modo secum habebat assidue, nullo conscio. Parietem, qui medius inter domum matris ac vicini fuerat ita perfodit, ut in ipso transitu sacrum locum esse simularet. Quumque transitum intenderet sertis ac fronde felici, rem divinam saepe faciens, evocabat ad se virginem. Quod quum animadvertisset adolescens, primum adspectu pulchrae virginis, velut numinis visu perculsus exhorruit; unde Phasma est nomen fabulae. Deinde paulatim re cognita exarsit in amorem puellae, ita ut remedium tantae cupiditatis nisi ex nuptiis non reperiretur. Ita ex commodo matris et virginis et ex voto amatoris consensuque patris, nuptiarum celebratione finem accipit fabula.* Ex his satis apparet, non recte Maussacum ad Hesych. I. p. 1189. fabulae titulum gallice reddidisse *Visionnaire*. Ejusdem nominis fabulam docuit Q. Lutatius Catullus, mimographus, quam quo jure ad Menandri exemplar expressam fuisse dicant, non satis intelligitur. Unus Juvenalis eam commemorat Sat. VIII. 185.

— clamosum ageres ut Phasma Catulli.

Plauti Mostellariam etiam Phasmatis nomine laudari docuit Nic. Loensis Epiphyll. V, 20. Menandream fabulam significari existimarunt a Fulgentio Myth. I. p. 16., sed

legendum ibi *comico phantasmate*, vel quod aliis placuit, *plasmate*. Menandrum hac fabula metro ithyphallico usum esse docet Atilius Fortunat. p. 2672. *Ithyphallicum metrum saepe recipit tribrachum, ut etiam apud Menandrum in Phasmate, et apud Callimachum in Epigrammatibus ostendi potest.* V. Hermann. Elem. Doctr. metr. p. 95. Nec omittendus Fronto Anal. Brunck. II. p. 346.:

Τὴν ἀκμὴν Θησαυρὸν ἔχειν, κωμῳδέ, νομίζεις,
οὐκ εἰδὼς αὐτὴν Φάσματος ὀξυτέρην.

Fragmenta numero sunt duo. Athenaeus XIV. p. 661. f. καὶ Μένανδρος ἐν Φάσματι·

Ἐπισημαίνεσθ', ἐὰν
ἡ σκευασία καθάριος ᾖ καὶ ποικίλη.

Sunt coqui verba, unde colligas hunc locum e postrema fabulae parte ubi nuptiae celebrabantur, petitum esse. Exhibui autem emendationes Bentl. p. 69. pro vulgato ἐπισημαίνεσθαι ἄν. Error ortus est e solenni commutatione literarum αι et ε. In Aeschyli Pers. 968. quod e Cod. A. legitur τάδε σ' ἐπαναιρόμην, frustra exercuit Passovium: leg. ἐπανερόμην. — Alterum fragm. hoc est. Hesychius: ἔμβαρος, ἠλίθιος, μωρός, ἢ νουνεχής. Μένανδρος Φάσματι. Haec sibi repugnant. Aliunde constat ἔμβαρος εἶ proverbialem locutionem fuisse de iis, qui prudentia et consilio valerent. Vid. Pausanias apud Eustath. Vol. I. p. 331. et Appendic. Vatic. I, 60.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΙ.

Athen. XI. p. 484. d. de labroniis, poculorum genere, agens: Μένανδρος ἐν Φιλαδέλφοις·

Ἤδη δ' ἐπίχυσις, διάλιθοι λαβρώνιοι,
Πέρσαι δ' ἔχοντες μυιοσόβας ἑστήκεσαν.

Epichysis quae fuerit Clericus docuit e Varrone de L. L. IV. p. 31. ubi cum cyatho conjungitur. Eandem vocem etiam de ipsa libatione dici monuerunt Toup. ad Theocr. Id. T. II. p. 369. ed. Heind., et Schweigh. ad Athen. Vol. II. p. 561. Tum ad vs. 2. respexit Pollux X, 94. καὶ τὴν μυιοσόβην ἔν γε ταῖς Μενάνδρου Φιλαδελφαῖς ἔστιν εὑρεῖν, καὶ ἐν Ἀναξίππου Κιθαρῳδῷ· μυιοσόβην λαβὼν Ἔνθαδὶ παραστάθητι. Sic enim distingue. Praeterea legendum, cum edd. antiquioribus, ἔν γε τοῖς Μ. Φιλαδέλφοις, quo

ducit etiam Cod. ταῖς φιλαδέλφοις. Errat Fabric. Bibl. Gr. II. p. 468. Verum vidit jam Meurs. Bibl. Att. p. 1567. d. De muscariorum usu vide Casaub. ad Sueton. Aug. 82. p. 252. Heins. ad Ovid. A. A. I, 61. et Jacobs. ad Anthol. Gr. II, 3. p. 144.

Pollux X, 143. ἐπὶ τοῦ δόρατος (τὸ σαυνίον) Μένανδρος Φιλαδέλφοις·

"Ὥστ' ἔγωγ' ἂν εἱλόμην που σαυνίῳ πεπληγμένος.

Sic enim hunc versum constituit Bentl. p. 70.

Schol. Eurip. Phoen. 1161. τύφεσθαι ἐστὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς συγκεχύσθαι. Μένανδρος Φιλαδέλφοις·

Νὴ τὸν Δία, τὸν μέγιστον, ἐκτυφήσομαι.

Cod. Aug. μὰ τὸν Δία et ἐκτυφώσομαι. V. Valcken.

Apud Stobaeum Serm. CXX. p. 606. Gesn. CXXII. p. 496. Grot.:

Ὡς ἡδὺ τὸ ζῆν, εἰ μεθ' ὧν κρίνει τις ἄν.

Legendum videtur κρίνῃ. Structura loci haec est: ἡδὺ τὸ ζῆν εἴτις ζῇ μεθ' ὧν ἂν κρίνῃ. Qui continuo sequitur ap. Stob. senarius, eum Grotius cum hoc loco ita conjunxit:

Ὡς ἡδὺ τὸ ζῆν, εἰ μεθ' ὧν κρίνει τις ἄν
τοῦτ' ἐστὶ τὸ ζῆν, οὐχ ἑαυτῷ ζῆν μόνον.

ubi constructionis rationem non expedio. Sunt duo diversi loci fragmenta. Itaque alterum ad incerti loci reliquias retuli. Eandem, quam Grotius rationem sequutus est, iniit etiam Gataker. ad Anton. IX. p. 266. e., qui praeterea verbis οὐχ ἑαυτῷ ζῆν μόνον deletis, et sequenti fragmento, quod et ipsum inter Incerta exhibui, assumto, locum ita constituit:

Ὡς ἡδὺ τὸ ζῆν, εἰ μεθ' ὧν κρίνει τις ἄν
τοῦτ' ἐστὶ τὸ ζῆν· ἡδὺ δ' ἀποθνήσκειν ὅτῳ
ζῆν μὴ πάρεσθ' ὡς βούλεται.

Sed haec temeraria est conjectura.

ΧΑΛΚΕΙΑ.

Lexic. Seguer. I. p. 411. ἀντήλιος, ἡ ἀνακλωμένη ἀπὸ τοῦ ἡλίου αὐγή. ἔστι δὲ ἐν Χαλκείοις Μενάνδρου τοὔνομα.

Athen. XI. p. 502. e. Μένανδρος δ' ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι Χαλκεῖά φησιν·

— Τοῦτο δὴ τὸ νῦν ἔθος,

ἄκρα-

ἄκρατον, ἐβόων, τὴν μεγάλην· ψυκτῆρά τις προὔπινεν αὐτοῖς, ἀθλίους ἀπολλύων.

Correxit Bentl. p. 70. Legebatur τὴν μεγάλην ψυκτῆρα — αὐτοὺς ἀθλίους ἀπόλλυον. In ἀπολλύων incidit etiam Meurs. Bibl. Att. p. 1567. Clericus et Schweigh. dederunt ἀπόλλυεν. Ad μεγάλην recte Bentl. subaudit κύλικα. Ita etiam Diphilus ap. Athen. p. 132. d. δὸς τὴν μεγάλην αὐτοῖς σπάσαι. Alexis ibid. p. 470. e. λαβὼν πυκνὰς ἕλκει κατάντλει. Machon ibid. p. 583. b. ἐγχεέτω μοι τέτταρας κοτύλας ἔπειτ' εἰς τὴν μεγάλην. Eubulus ibid. p. 653. e. κροῦε καὶ δίδου πυκνάς. Aelian. H. A. XVII, 37. ἐξέπιον καὶ ἀμυστὶ καὶ πολλάς, quod frustra tentavit Jacobs. Epist. crit. ad Schneid. p. 36.

Denique apud Stobaeum Serm. CXV. p. 588. Gesn. CXVII. p. 479. Grot.:

Οὐκ ἂν γένοιτ' ἐρῶντος ἀθλιώτερον
οὐδὲν γέροντος, πλὴν ἕτερος γέρων ἐρῶν·
ὃς γὰρ ἀπολαύειν βούλεθ', ὧν ἀπολείπεται
διὰ τὸν χρόνον, πῶς οὗτος οὐκ ἔσθ' ἄθλιος;

Fabulae titulum adjecit Grotius, sed male vertit *Aeraria*. Idem est error Gatakeri ad Antonin. p. 342. G. Meliora docere poterant Harpocr. p. 179. et Suid. III. p. 651. τὰ Χαλκεῖα ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίοις ἀγομένη Πυανεψιῶνος ἕνῃ καὶ νέᾳ. — γέγραπται δὲ καὶ Μενάνδρῳ δρᾶμα Χαλκεῖα. Recte Clericus vertit *Vulcanalia*, laudato Meursio Lectt. Att. IV, 24.

ΧΑΛΚΙΣ.

Suidas III. p. 73. Πέμπτη φθίνοντος. ἐν ταύτῃ αἱ τῆς μοιχείας γραφαὶ ἐδίδοντο. Μένανδρος Χαλκίδι. Eadem habet Phot. Lex. p. 300. Non probandi videntur Burmannus Praef. ad Bentl. Emend. p. 24. et Fabric. Bibl. Gr. II. p. 469., qui Μένανδρος Χαλκιδεῖς reponi volunt. Χαλκίδος nomine Lacedaemonios significasse ancillam vel famulam, tradidit Proxenus apud Athen. p. 267. d. Hinc fortasse expediendus est fabulae titulus.

ΧΗΡΑ.

Schol. Plat. Ruhnk. p. 18. de proverbio ἄνω κάτω. Μένανδρος Χήρᾳ·

Τὸ λεγόμενον τοῦτ' ἔστι νῦν,
τἄνω κάτω, φασίν, τὰ κάτω δ' ἄνω.

Delendum videtur φασίν. Proverbialem hanc locutionem prae ceteris Menandro placuisse recte monuit Valcken. ad Ammon. p. 102. Vide indicem. Cfr. Alexis ap. Athen. p. 336. e. et Mnesimachus ibid. p. 403. ubi nihil novandum, ut perspecte monuit Reinesius ad Petron. Satir. 63. p. 319. Eandem formulam vide an recte reddiderim Epigr. Adesp. in Brunckii Anal. III. p. 259.

Ἡράκλειτος ἐγώ· τί μὲ ὦ κάτω ἕλκετ' ἄμουσοι;
οὐχ ὑμῖν ἐπόνουν, τοῖς δέ μ' ἐπισταμένοις.

Legendum videtur τί μ' ἄνω κάτω ἕλκετ' ἄμουσοι. Quo ducit Diog. Laert. IX, 18. qui praebet τί με ὤν κάτω.

Harpocrat. p. 48. διαστῆσαι ἀντὶ τοῦ διαταράξαι καὶ οἷον ἀδύνατον ποιῆσαι. — Μένανδρος Χήρα·

Βοῶν ποιείτω τὴν πόλιν διάστατον.

Ita recte Mauseacus, cum antea legeretur Μένανδρος Χηραιβοῶν κτλ. Similis Theopompi locus ap. Athen. p. 485. f.

περίστατον βοῶσα τὴν κώμην ποιεῖ.

Suidas s. v. ἀνάδοχος. Ἀνάδοχον οὐκ ἀναδοχέα λέγουσιν. Μένανδρος Χήρα.

Πρὸς τὴν ἀδελφὴν ἀνάδοχον τῶν χρημάτων.

Idem s. v. ἀντάλλαγος. Μένανδρος Κανηφόρῳ· Ἔδεῖτο χρῆσαι τὴν σ. θυγατέρα Ἀντάλλαγον. Χήρα·

Ἔχουσα ἡ ἀδελφὴ ποιήσει τούτοις οἱ
ἀντάλλαγον τέξεις ὃ τούτῳ δεδομένην.

Vulgo legitur Χήραν, ita quidem ut cum praecedentibus cohaereat. Correxit Valcken. Diatr. p. 206. c. Menandrea corrigant qui possint. Sec. versu fort. fuit: τέξεις γε τούτῳ δεδομένη.

ΨΕΥΔΗΡΑΚΛΗΣ.

Athenaeus IV. p. 172. a. Μένανδρος Ψευδηρακλεῖ, καταμεμφόμενος τοὺς μαγείρους ὡς ἐπιχειροῦντας καὶ οἷς μὴ δεῖ, φησίν·

Μάγειρ', ἀηδής μοι δοκεῖς εἶναι σφόδρα·
πόσας τραπέζας μέλλομεν ποιεῖν, τρίτον
ἤδη μ' ἐρωτᾷς· χοιρίδιον ἓν θύομεν.

ὀκτὼ ποίησον τὰς τραπέζας, δύο, μίαν·
τί σοι διαφέρει τοῦτο; παραθήσω μίαν.
οὐκ ἔστι κανδύλους ποιεῖν, οὐδ' οἷα σὺ
εἴωθας εἰς ταὐτὸν καρυκεύειν, μέλι,
σεμίδαλιν, ὠά. πάντα γὰρ τἀναντία
νῦν ἐστιν· ὁ μάγειρος γὰρ ἐγχύτους ποιεῖ,
πλακοῦντας ὀπτᾷ, χόνδρον ἕψει καὶ φέρει
μετὰ τὸ τάριχος, εἶτα θρῖον καὶ βότρυς.
ἡ δημιουργὸς δ' ἀντιπαρατεταγμένη
κρεάδι' ὀπτᾷ καὶ κίχλας τραγήματα.
ἔπειθ' ὁ δειπνῶν μὲν τραγηματίζεται,
μυρισάμενος δὲ καὶ στεφανωσάμενος πάλιν
δειπνεῖ τὰ μελίπηκτα ταῖς κίχλαις.

Partem eclogae inde a vs. 6 — 13. iterum apposuit Athen. XIV. p. 644. c. Sunt τραπεζοποιοῦ verba ad coquum. V. 1. ἀηδὴς male vertit novissimus editor *morosus*. Rectius *molestus*. — Vs. 3. Schweigh. pro ποίησον conjicit ποιήσω, quod non ferri posse videtur propter sequens παραθήσω μίαν. Ita enim recte Bentlejus pro vulgato παράθες σὺ μίαν, sive, quae Codd. lectio est, παράθες σημίαν. Obscura etiam sunt illa δύο μίαν, quae cum ceteris minime concordant. Nihil difficultatis superesset si legeretur: ὀκτὼ ποιήσω τὰς τραπέζας ἢ μίαν, τί σοὶ διαφέρει τοῦτο; *octo an unam mensam apponam, quid tua hoc interest.* Quo significat, non coqui esse de mensarum numero quaerere. Tum uno verbo rem componens indignabundus infert: παραθήσω μίαν, *apparabo unam.* Ποιήσω conjunctivus aoristi. Sequuntur verba οὐκ ἔστι κανδύλους ποιεῖν etc. quae per interrogationem extulit Schweighaeuserus: *nonne licet condulos facere? et alia quae tu condire soles, mel, similaginem, ova?* Quo prorsus aliena et contraria sententia loco infertur. Immo objurgat minister coquum, quod in rebus, quae ad se nihil pertineant, operam collocet suam: δημιουργοῦ enim non coqui erat placentas parare. Verte igitur: *nec tuum est candylos parare et alia quae tu unum condire soles* etc. Pro οὐκ ἔστι fortasse scribendum οὐδ' ἔστι. Eodem versu recte priori loco Athenaeus οὐδ' οἷα σύ, pro quo Lib. XIV. οὐδ' ὅσσα σύ, quod corrigere debebat Schweighaeuserus. — Vs. 7. καρυκεύειν. Ita simplici κ Lib. XIV. quam formam ubique restituendam puto, contra ac Schweigh. visum est. Apud Athen. XII. p. 516. c. omnes libri καρύκη. Iidem variant IV. p. 160. c. Hesychio quater e Codice restituendum καρύκη, καρυκεία etc. Eandem formam

miro consensu tuentur Aristoph. Equ. 343. Socrates Hist. Eccl. III, 7. Erotian. Gloss. Hipp. p. 204. Pollux VI, 56. Etymol. M. p. 492. 50., Zonaras Lex. II. p. 1152. 1160., Photius Lex. p. 100. alii. Omnem dubitanti scrupulum eximet comparatio similium vocabulorum σαμβύκη et ἰαμβύκη. — Vs. 9. ἐγχύτους. V. Schweigh. — Vs. 10. ὀπτᾷ. Lib. XIV. ὀπτούς. — Vs. 13. κρεάδι᾽ ὀπτᾷ. Lib. XIV. vitiose κρέα διοπτᾷ. Quod miror placuisse Casaubono. Voc. κρεάδιον tanquam ἀδόκιμον proscribit Phrynichus App. Soph. p. 103. Utitur eo etiam Alexis ap. Athen. p. 107. c. Fallitur autem Schweigh., quum Brunckii judicium ad Plut. 227. sequutus, secundam syllabam in κρεάδιον corripi existimat. Diversissimum est, quod illi comparant, λοπάδιον. Ac dubito an κρεάδιον uspiam α brevi reperiatur. Certe liquido producitur, ut hunc ipsum Menandri locum omittam, a Cephisodoro ap. Athen. p. 119. d. et Machone ib. p. 243. f., quamquam si correpta alicubi reperiatur, equidem non mirer, quum etiam κρέα ultimam syllabam passim corripiat. Qua in re gravis est error Schweigh. ad Athen. T. IV. p. 515. Vid. Aristoph. Acharn. 1054. Pac. 192. Dionysius Athenaei p. 381. d. et Euangelus ibid. p. 645. e. Affinis huic quaestioni est ea de mensura litterae α in χορδάριον, ὠτάριον, ποδάριον et aliis. Ac mihi quidem nunquam produci posse videtur. Alexis ap. Athen. I. p. 28. e.:

— — Θασίοις καὶ Λεσβίοις οἰναρίοις
τῆς ἡμέρας τὸ λοιπὸν ὑποβρέχει μέρος.

Legendum videtur Θασίοις οἰναρίοις καὶ Λεσβίοις, quo ducit Athen. II. p. 47. d. ubi legitur Θασίοις οἰναρίοις, verbis καὶ Λεσβίοις omissis. Poliochus ap. Athen. II. p. 60. c.

θλαστή τ᾽ ἐλαία καὶ πιεῖν οἰνάριον
ἦν ἀμφίβολον.

Vocula ἦν in finem senarii reducenda. Alexis ap. Athen. III. p. 95. a.

Χορδαρίου τόμος ἧκε καὶ περίκομμά τι.

Ante χορδάριον addenda videtur particula καί. Idem ib. p. 107. c.

κρεάδια, ποδάρια, ῥύγχη τιν᾽, ὠτάρια.

Corruptissima verba fort. sic restituenda sunt:

κρεάδι᾽, ὠτάρια, ποδάρια, ῥύγχια.

Machon. ap. Athen. XIII. p. 580. b.

τὰ πάντ᾽ ἔχουσ᾽ ὀνάρια μετ᾽ αὐτῆς τρία.

Ipsa loci sententia flagitat μεθ' ἑαυτῆς. Incertus ap. Athen. XIV. p. 664. c.

— — περιφέρειν ματτύην, ποδάριον,
καὶ γαστρίον ταχερόν τι καὶ μήτραν ἴσως.

Leg. καὶ ποδάριον Antiphanes ap. Athen. VIII. p. 343. a.

ὀψάριον δὲ μηδὲν εἰσπλεῖν μηδὲ γρῦ.

Ita corrigit Vir doctus, probante Schweigh. Vol. VIII. p. 455. Vulgo ὄψον. Leg. videtur; ὄψον δὲ μηδὲν μήποτ' εἰσπλεῖν μηδὲ γρῦ. Praeterea nullius memini loci, de quo controversia moveri possit. Vocem ψηττάριον restituendam esse conjicio Anaxandridis fragmento apud Athen. III. p. 105. f. quod ita digerendum;

καὶ συμπαίζει καριδαρίοις
μετὰ περδικίων καὶ θραττιδίων,
καὶ ψητταρίοις μετὰ κωδαρίων,
καὶ σκινδαρίοις μετὰ κωβιδίων.

Vulgo ψηττάδιον quae vox nihili est. Secundo versu importuna est ad sensum loci περδικίων commemoratio; neque enim de avieulis sed de piscibus agitur. Itaque legendum μετὰ περκιδίων, Satis notum est piscium genus πέρκη vel πέρκις. Vid. Matro ap. Athen. IV. p. 136. e. Epicharm. ibid. p. 319. b. et Stephan. Append. Thes. L. G. p. 1651. f. Denique formam πουλυποδάριον minus recte Schweigh. reddidit Mnesimacho ap. Athen. p. 403. a., ubi legitur;

πουλυπόδιον, σηπία, ὀρφῶς —

Leg. πουλυπόδειον, quam formam etiam aliis locis oblitteratam esse docuit Erfurdt. Observ. crit. in Athen. p. 15. — Vs. 13. τραγήματα. Vulgo καὶ τραγήματα, quod contra loci sententiam in τὰ τραγ. mutari voluit Heringa Observ. p. 258. Recte Schweigh. delevit part. καί. — Vs. 16. varie tentatus est a viris doctis. Casaubono, qui σύναμα post δειπνεῖ inseruit, non felicior fuit Heringa Observatt. p. 258. Schweigh. ruente metro δειπνεῖ μεμιγμένα scripsit. Porson. in Tracts p. 237. conjecit δειπνεῖ μελίπηκτα τὰς κίχλας. Possis etiam; σύμμικτα δειπνεῖ τὰ μελίπηκτα κ. τ. vel; δειπνεῖ μελ. ταῖς κ. μεμιγμένα. Sed hoc est hariolari.

Harpocrat. p. 107. Κτήσιον ἐν ταῖς ταμιείοις ἵδρυντο. Μένανδρος Ψευδηρακλεῖ.

Νῦν δ' εἰς γυναικωνῖτιν εἰσιόνθ' ὅταν
ἴδω παράσιτον, τὸν δὲ Δία τὸν Κτήσιον
ἔχοντα τὸ ταμιεῖον οὐ κεκλεισμένον,

ἀλλ᾽ εἰστρέχοντα πορνίδια —

De Jove *Κτησίῳ* vide, quos Clericus laudat, Casaub. ad Athen. XI. 46. et Spanhem. ad Juliani Orat. I. p. 69., quibus junge Taylorum ad Demosth. in Mid. p. 531. ed. Rsk. — Vs. 3. ante Bentl. legebatur *ταμεῖον*. Idem vitium tollendum e Phoenicida ap. Athen. p. 415. e. Conf. Porson. ad Orest. 229. et Naekii Sched. crit. p. 7.

Suidas s. v. *ἄβρα*. *Μένανδρος Ψευδηρακλεῖ*.

Μήτηρ τέθνηκε τοῖν ἀδελφαῖν ταῖν δυοῖν
ταύταιν· τρέφει δὲ παλλάκη τις τοῦ πατρὸς
αὐτάς, ἄβρα τῆς μητρὸς αὐτῶν γενομένη.

Eustath. ad Hom. Vol. III. p. 1854. *αἱ γοῦν θρεπταὶ τοῖς δεσπόταις δοῦλαι — ἄβραι λεγόμεναι ἐθνικῶς κεῖνται παρὰ σοφοῖς Ἕλλησι· Μένανδρος· Τρέφει δὲ παλλάκη τις τοῦ πατρός κτλ.*

Ammonius p. 112. s. v. *ἦς καὶ ἦσθα*. — *Μένανδρος Ψευδηρακλεῖ·*

Ὑπὲρ μὲν οἴνου μηδὲ γρῦ, τίτθη, λέγε,
ἂν τἄλλα δ᾽ ἦς ἄμεμπτος, ἕκτην ἐπὶ δέκα
Βοηδρομιῶνος ἐνδελεχῶς ἕξεις ἀεί.

Vs. 2. editur vulgo *ἄμεμπτος, εἰς τὴν ἕκτην*, omissis verbis *ἐπὶ δέκα*, quae e MS. Mus. Brit. enotavit Porsonus Tracts p. 253., perspecte monens verba *εἰς τὴν* ex varia lect. orta esse. Nec de nihilo est quod sextum decimum Boedromionis diem commemorat, quem diem Eleusiniorum mysteriorum secundum fuisse constat e disputationibus Meursii, Santocrucii, aliorum. V. Creuzeri Symbol. Vol. IV. p. 525. Apposite Porsonus laudat Polyaenum Lib. III. p. 101. Cor. *Χαβρίας, περὶ Νάξον ναυμαχῶν, ἐνίκησε Βοηδρομιῶνος ἕκτῃ ἐπὶ δέκα, ταύτην τὴν ἡμέραν ἐπιτήδειον τῇ ναυμαχίᾳ κρίνας, ὅτι ἦν μία τῶν Μεγάλων μυστηρίων.* Ita recte e codd. dedit Coray pro vulgato *μία τῶν λθ μυστηρίων*, pro quo ingeniose Porsonus *τῶν Ἀθ.* i. e. *Ἀθήνησι μυστηρίων* tentavit. — Vs. 3. *ἐνδελεχῶς ἀεί*. Ita *συνεχῶς ἀεί* Crates apud Julian. Orat. VI. p. 199. et Artemidorus Onirocr. V, 58. Vid. Pors. ad Phoen. 1422. et Intpp. Greg. Cor. I. p. 169. Similis formula est *ἀεὶ ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν*, et *ἑκάστης ἡμέρας δι᾽ ἡμέρας*, qua usus est Amphis ap. Athen. p. 16. b.:

πίνουσ᾽ ἑκάστης ἡμέρας δι᾽ ἡμέρας.

Sic enim recte Casaubonus, probante Valck. ad Herod. VI. p. 443. Vulgo *δύ᾽ ἡμέρας*, de quo miteris judicium Schweig-

hausisse. „Omnem dubitationem tollit Hermippus ap. Stob. Ecl. Phys. I. p. 238.“

οὐ παύσεται δὲ ἡμέρας ῥσημέραι τρογάζων,

quod minus recte explicuit Heerenius. Recte: *quotidie ac per totum diem.*

Stobaeus Serm. XV. p. 153. Gesn. p. 93. Grot.:

Ἀστοργίαν ἔχει τιν' ὁ σκληρὸς βίος.

In Excerpta hunc locum retulit Grotius p. 747.

Athenaeus XIII. p. 587. b. Μένανδρος δ' ἐν Ψευδηρακλεῖ φησιν·

Οὐκ ἐπείρα Ναννίον.

Respexit hunc locum Phot. p. 296. πειρᾶν, πειράζειν, ἐπὶ φθορᾷ καὶ συνουσίᾳ. Μένανδρος. Res nota e Ruhnken. ad Tim. p. 210. De latino *tentare* exempla cumulant Burmann. ad Ovid. A. A. I, 273. et Bronkh. ad Tibull. I, 3, 73.

Denique Photius p. 99. Καρκίνου ποιήματα. Μένανδρος Ψευδηρακλεῖ, ἀντὶ τοῦ αἰνιγματώδη. Eadem Suid. s. h. v. De Carcini rebus et poesi alio loco dicetur. Menandri verba haud dubie in fine senarii collocata fuere. Nam καρκίνος ubique mediam brevem habet. Moneo hoc propter Schweigh. ad Athen. III. p. 91. c. Aristonymus apud Athen. p. 287. d. scripsisse videtur καρκινοβαίτης, ut est apud Etym. M. p. 195. 34. Vulgo καρκινοβάτης; nisi malis καρκινοβήτης. Formam ἐπιβήτης habes in Orac. ap. Joh. Lydum de Mens. II. p. 32.

De argumento fabulae si quaeris, noli dubitare, Pseudoherculem illum vani jactatoris et gloriosi militis partes sustinuisse. Qui quo habitu indutus in scenam prodierit, docet Plutarch. de am. et adul. p. 59. e. ἐν Κωμῳδίᾳ Μενάνδρου Ψευδηρακλῆς πρόσεισι, ῥόπαλον κομίζων οὐ στιβαρὸν οὐδ' ἰσχυρόν, ἀλλὰ χαῦνόν τι πλάσμα καὶ διάκενον. Ac nescio an in adumbrando ejus ingenio Nicostrati exemplum poetae obversatum sit, hominis vanitate et morum improbitate conspicui, quem Diodor. Sic. XVI. 44. μιμεῖσθαι refert τὸν Ἡρακλέα κατὰ τὰς στρατείας, καὶ λεοντῆν φορεῖν καὶ ῥόπαλον ἐν ταῖς μάχαις. Cfr. Athenaeus VII. p. 289. b.

ΨΟΦΟΔΕΗΣ.

Nec de hujus fabulae argumento dubitari potest, quandoquidem Ψοφοδεὴς hominem meticulosum significat, qui vel ad levissimum strepitum perturbatur. Suidas a Cle-

rico laudatus: Ψοφοδεής, δειλός, τοὺς ψόφους φοβούμενος. Lucian. Vol. II. p. 488. *δεισιδαιμόνως καὶ ψοφοδεῶς πρὸς τοὺς θεοὺς ἔχων.* Cfr. Gataker. ad Anton. II. p. 191. Valck. ad Phoen. 277. et Philostr. V. A. p. 266. Praeter Quintil. X, 1., commemorat hanc fabulam Photius Lex. 246. ὄνος λύρας. *Μένανδρος Ψοφοδεεῖ· ἡ δ' ὅλη παροιμία·*

Ὄνος λύρας ἤκουσε καὶ σάλπιγγος ὗς.

Ita enim correxit Porsonus apud Gaisford. ad Fragmenta Hesiodi p. 186. vulgatum *ἡ δοχὴ παροιμία.* Menandro idem versus tribuitur a Suida s. v. *ὄνος λύρας.* Sine auctoris nomine legitur ap. Stob. Serm. V. p. 116. Nec mirum, quum in proverbii consuetudinem abierit. Vid. Machon. ap. Athen. p. 349. d. Clement. Alex. p. 116. Sylb., alios, quorum verba apposuit Erasmus Adag. III. p. 143. — Idem s. v. *Πάνακτος. Θουκυδίδης οὐδετέρως καλεῖ τὸ χωρίον. Μένανδρος δὲ ἀρσενικῶς.* Eadem habet Phot. p. 274. et Harpocr. p. 138. ubi fabulae nomen additur, sed male legitur *Μένανδρος ἐν Ψηφώδεσι,* ut monuit etiam Valesius. De Panacto in Atticae et Boeotiae confiniis sito v. Steph. Byz. p. 224. et Duker. ad Thucyd. V, 3.

INCERTARUM FABULARUM
FRAGMENTA.

I.

Apud Stobaeum Serm. LXX. p. 438. Gesn. LXXIV. p. 323. Grot.:

Ἢ μὴ γαμεῖν γάρ, ἂν δ' ἅπαξ λάβῃς, φέρειν
μύσαντα πολλὴν προῖκα καὶ γυναῖκα δεῖ,
ἐκπυνθάνεσθαι τἀρσένων θ' ἡμᾶς σέθεν.
τὸ μὲν μέγιστον οὔποτ' ἄνδρα χρὴ σοφὸν
λίαν φυλάσσειν ἄλοχον ἐν μυχοῖς δόμων·
ἐρᾷ γὰρ ὄψις τῆς θύραθεν ἡδονῆς,
ἐν δ' ἀφθόνοισι τοῖσδ' ἀναστρωφωμένη,
βλέπουσά τ' εἰς πᾶν, καὶ παροῦσα πανταχοῦ,
τὴν ὄψιν ἐμπλήσασ' ἀπήλλακται κακῶν.
τό τ' ἄρσεν ἀεὶ τοῦ κεκρυμμένου λίχνον.
ὅστις δὲ μοχλοῖς καὶ διὰ σφραγισμάτων
σώζει δάμαρτα, δρᾶν τι δὴ δοκῶν σοφόν,
μάταιός ἐστι καὶ φρονῶν οὐδὲν φρονεῖ·
ἥτις γὰρ ἡμῶν καρδίαν θύραζ' ἔχει,
θᾶσσον μὲν οἰστοῦ καὶ πτεροῦ χωρίζεται,
λάθοι δ' ἂν Ἄργου τὰς πυκνοφθάλμους κόρας.
καὶ πρὸς κακοῖσι τοῦτο δὴ μέγας γέλως,
ἀνήρ τ' ἀχρεῖος, χἠ γυνὴ διοίχεται.

Vs. 1. ἢ μὴ γαμεῖν γάρ. Ita Grot. e marg. Stob. Gesneri. Vulgo deest particula ἤ. Oratio paulo negligentior ad vulgarem usum ita constituenda fuisset: ἢ μὴ γαμεῖν, ἤ, ἂν ἅπαξ λάβῃς, φέρειν. Similis structurae ratio apud Phi-

lostr. V. A. VIII. p. ~~354. τὸ δ' οὐδὲν τούτων ἐποίησεν~~ — ἢ ξυνιεὶς τὸ λοιπόν, ὅτι μηδὲν ἐπὶ τὸν ἄνδρα οἱ αὐταρκεῖς, εἰ δ' ὑπερεώρα, ξυμβαλώμεθα τοῖς λοιποῖς. Ubi nihil cum Oleario mutandum. Nec dissimilis est Amphidis locus apud Athen. VI. p. 224. e. a cujus sensu et scriptura mirifice aberravit Schweighaeuserus. Queritur nescio quis de importuna piscariorum superbia: Οὓς ἂν ἐπερωτήσῃ τις, ἢ λαβών τι τῶν Παρακειμένων ἔκυψεν ὥσπερ Τήλεφος Πρῶτον σιωπῇ· — καὶ δικαίως τοῦτό γε· Ἅπαντες ἀνδροφόνοι γάρ εἰσιν ἑνὶ λόγῳ! — Ὡσεί τε προσέχων οὐδὲν οὐδ' ἀκηκοὼς Ἔκρουσε πολύπουν, κἀτ' ἐπρίσθη κοὐ λαλῶν Ὅλα ῥήματ', ἀλλὰ συλλαβὴν ἀφελὼν, τάρων Βολῶν γένοιτ' ἄν· ἡ δὲ κέστρα κτὼ βολῶν. Ubi nihil habes, quod prioribus ἢ λαβὼν respondeat. Sensus loci hic est: *Quos si quis interrogaverit de pretio piscium, tum nescio quid eorum, quae forte in promptu habet, in manus sumit* (vides numeri enallagen, de qua jam Casaubonus admonuit), *et Telephi instar tacitus et prono capite astat, ac quasi nihil eorum, quae ipsi dicta erant, audivisset, polypum concussat; tum dentibus frendens et verba decurtans, tuor bolis*, inquit, *hoc constat, at sudis ista cto bolis*. Secundo versu tangit, opinor Euripidem, qui Telephum, cum primum scenam ingressus esset, taciturnum ac ne verbum quidem hiscentem induxerit; de ἀνδροφόνῳ quae dicit spectant fortasse Thersandri necem a Telepho perpetratam. — V. 2. φέρειν μύσαντα. Ita fere Palladas Alex. II. p. 409.:

> εἰ δ', οὐ σανδαλίῳ, φῄς, τύπτομαι, οὐδ' ἀκολάστου,
> οὔσης μοι γαμετῆς, χρὴ μ ε μ ύ σ α ν τ α φ έ ρ ε ι ν.

Quem locum tetigi ad Fragm. Eunuchi p. 68. — V. 3. τάρσένων θ' ἡμᾶς σέθεν. De Grotii conatu dixit Bentl. p. 87, qui quam ipse rationem iniit, facile probarem, nisi verba προῖκα καὶ γυναῖκα h. e. *uxorem dotatam* non divelli posse viderentur. V. D. in Actis Lips. 1711. p. 37. σέθεν mutavit in δέον. Jacobsius Addit. ad Athen. p. 169. χἠμᾶς θέμις. Fort. χἠμᾶς ἔδει. — V. 4. ἄνδρα χρή. Ita Gesnerus in margine et Grotius pro ἄνδρα ἤ, quod in ἄνδρα δεῖ mutavit Stephan. Com. Gr. p. 140. — V. 7. ἀναστρωφωμένη. Insolens in comico poeta forma, qui fere abstinent productis illis verborum formis νωμάω, στρωφάω, τρωπάω. — V. 9. ante Bentl. ἐμπλήσασά τ' ἀπήλλακται — V. 10. malim τὸ δ' ἄρσεν, Ibidem Grotius αἰεὶ pro ἀεί. — Vs. 11. sqq. Comparandus Aristoph. Thesm. 420. ubi item intendens Euripidi muliercula διὰ τοῦτον, inquit, ταῖς γυναικωνίτισιν Σφραγῖδας ἐπιβάλλουσιν ἤδη καὶ μοχλούς, Τηροῦντες ἡμᾶς. Quibus verbis respicitur Androm. 952, ubi

mariti claustris vestibusque aedium suarum januas obstruere jubentur. Vid. ibid. 271 sqq. et incertae fab. fragmentum apud Stob. Serm. LXXIV. p. 323. quod Serm. LXXIII. p. 311. Alexidi tribuitur. — Vs. 12. emendavit Jacobsius. Vulgo δ᾽ ἀνδρὶ δὴ δοκῶν σοφόν. Aliter Grot. et Bentl. quem vide. — Vs. 12. καὶ φρονῶν οὐδὲν φρονεῖ, *intelligendo facit ut nihil intelligat*, ut est apud Terentium. Euripides Bacch. 332. νῦν γὰρ πέτει τε καὶ φρονῶν οὐδὲν φρονεῖς. — Vs. 15. οἰστοῦ. Ita Grotius pro ὀιστοῦ, quam formam non admitti posse in poeta Attico, hodie nemo est qui ignoret. — V. 16. πυκνοφθάλμους. κόρας. Similiter Chaeremon dixit, καλλίχειρες ὠλέναι, et Aeschylus πρόσωπα μετωποσώφρονα, quae comparavit Porsonus Praef. Eurip. Hec. p. XXXVI. Chaeremonis locus est apud Athen. XIII. p. 608. B. — Vs. 18. ἅνηρ. Editur ἀνήρ. Bentl. ὡνήρ. Ibid. vulgatur κ᾽ ἡ γυνή. Correxit jam Stephanus. — Ceterum si quis diligentius ad hunc locum attendat, facile eam cum numerorum tum sermonis gravitatem deprehendet, quae a reliquorum Menandri fragmentorum indole mirum quantum abhorreat. Idque sensisse videtur etiam Bentlejus qui p. 87. hunc locum aliquantum supra soccum assurgere monuit. Et numerorum quidem ea est ratio, ut in tanto versuum numero nihil quidquam, quod a tragicorum poetarum usu alienum sit, deprehendas. Orationis autem supra soccum assurgentis indicia habes vs. 5. ἐν μυχοῖς δόμων, vs. 7. ἀναστρωφωμένη, vs. 15. θᾶσσον μὲν οἰστοῦ καὶ πτεροῦ χωρίζεται, vs. 16. Ἄργου τὰς πυκνοφθάλμους κόρας. Itaque fuit, cum in eam concederem sententiam, ut non Menandro sed Euripidi totam ῥῆσιν tribuendam esse putarem, cujus quidem opinionis haud leve patrocinium in H. Stephani verbis paratum mihi videbatur, qui Fragm. Com. Graec. p. 141. ita de hoc loco dixit, ut haud obscure sese in aliis Stobaei libris Euripidis nomen in margine adscriptum reperisse significaret. Neque me primum post Stephanum extitisse, qui de Menandro auctore dubitationem injiceret, docet Jacobsii adnotatio ad vs. 11. adscripta: *haec cum praecedentibus male jungi et Tragici esse monuit Pierson. ad Moer. p. 275.* Enimvero, ut postea privatim me monuit Buttmannus et publice docuit Reisigius Ephem. Jen. 1818., obstat ipsa loci sententia, quae ita comparata est, ut haud facile intelligas, cui tandem mulieri Euripides hos versus tribuere potuerit. Itaque nihil relinquitur, nisi ut Menandrum consulto sublimiorem orationis formam affectasse statuamus, quod cur ille faciendum putaret, plura in caussa esse potuerunt.

Piersonum autem quid moverit, ut alteram fragmenti partem inde a vs. 11. cum priori male jungi ideoque ab ea divellendam esse existimaret, ego sane non perspicio. Apertum est verba ὅστις δὲ μοχλοῖς etc. opponi sententiae quarto versu inchoatae.

II.

Apud Plutarch. Consol. Apoll. p. 103. d. εἰς ἃς (τύχας) διαβλέψας ἄν τις οὐκ ἐπιεικότως εἴποι — τὸ ὑπὸ τοῦ Μενάνδρου ῥηθέν.

Εἰ γὰρ ἐγένου σύ, Τρόφιμε, τῶν πάντων μόνος,
ὅτ' ἔτικτεν ἡ μήτηρ σ', ἐφ' ᾧ τε διατελεῖν
πράσσων ἃ βούλει, καὶ διευτυχῶν ἀεί,
καὶ τοῦτο τῶν θεῶν τις ὡμολόγησέ σοι,
ὀρθῶς ἀγανακτεῖς· ἔστι γάρ σ' ἐψευσμένος,
ἄτοπόν τε πεποίηκ'. εἰ δ' ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς νόμοις
ἐφ' οἷσπερ ἡμεῖς ἔσπασας τὸν ἀέρα
τὸν κοινόν, ἵνα σοι καὶ τραγικώτερον λαλῶ,
οἰστέον ἄμεινον ταῦτα καὶ λογιστέον.
τὸ δὲ κεφάλαιον τῶν λόγων· ἄνθρωπος εἶ,
οὗ μεταβολὴν θᾶττον πρὸς ὕψος καὶ πάλιν
ταπεινότητα ζῷον οὐθὲν λαμβάνει.
καὶ μάλα δικαίως. ἀσθενέστατον γὰρ ὂν
φύσει, μεγίστοις οἰκονομεῖται πράγμασιν,
ὅταν πέσῃ δέ, πλεῖστα συντρίβει καλά.
σὺ δ' οὔθ' ὑπερβάλλοντα, Τρόφιμ', ἀπώλεσας
ἀγαθά, τὰ νυνὶ δ' ἐστι μέτριά σοι κακά,
ὥστ' ἀνὰ μέσον που καὶ τὸ λοιπὸν δὴ φέρε.

Receperunt Grotius Exc p. 755. Steph. Com. Gr. p. 109. Brunck. Poes. Eth. p. 190. Priores novem versus leguntur etiam apud Pseudo-Plutarch. de Nobil. Tom. V. p. 639. ed. maj. Wyttenb. — Vs. 2. ἐφ' ᾧ τε διατελεῖν. Ita solent fere Attici, non item ἐφ' ᾧ γε, ut vulgo editur. Correxit etiam Schaeferus ad Brunck. Poes. Eth. l. c. vid. Bergler. ad Aristoph. Plut. 1001. et Reiz. de Inclin. acc. p. 27. — Vs. 3. διευτυχῶν. Pseudo-Plut. διευτυχεῖν, quod sequutus est Grotius; nec male opinor propter διατελεῖν. — Vs. 5. ἔστι γάρ σ' ἐψ. Wyttenb. ἔστι γάρ ἐψ., fort. operarum errore; quamquam idem apud Steph. reperio. Nisi forte σὲ Grotii est conjectura, cujus Excerpta nunc ad manum non habeo. — Vs. 7. ἵνα σοι καί. Ita Plutarchus. At Grot. et

Br. ἵνα σοί τε, fort. e Pseudo-Plutarcho. Respexisse videtur Menander ad Euripidis Helen. 912. κοινός ἐστιν οὐρανὸς πᾶσιν βροτοῖς, vel Aeschyl. Prom. 1092. αἰθὴρ κοινὸν φάος εἱλίσσων. Compares Salom. Reg. VII, 3. καὶ ἐγὼ γενόμενος ἔσπασα τὸν κοινὸν ἀέρα. — Vs. 10. τὸ δὲ κεφάλαιον τῶν λόγων, *summa vero rationum haec est, ut mortalem te natum memineris.* Ita, ut alios mittam, Isocrat. Paneg. cap. 40. et Plato Gorg. p. 164. Itaque miror Wyttenb. ita locum immutantem: καὶ λογιστέον τόδε κεφάλαιον κτλ. *summa subducenda est rationum, qua colligitur te hominem esse.* Qua ratione quantum venustatis loco detrahatur, nemo non sentit. Ac dubito an graece dici queat κεφάλαιον λογίζεσθαι. — Vs. 13. Brunckius, nescio unde, ἀσθενέστερον. — Vs. 14. οἰκονομεῖται. Hoc merito suspectavit Stephanus; nihil tamen medelae attulit. Nec ego probabilem emendandi rationem video. Sententia ἐγκυκλεῖται vel simile quid postulat. Pherecrates ap. Stob. Serm. p. 591. Gesn.: πολλοῖς ἐμαυτὸν ἐγκυλῖσαι πράγμασιν. — Vs. 16. vulgo ita editur τὰ νῦν δ᾽ ἔστι μ. καὶ τά σοι κακά. Plurimi tamen libri καὶ τα omittunt. Grot. dedit τὰ νῦν δ᾽ ἔτ᾽ ἔστι μ. σ. κ. Meziriac. τανῦν δὲ μέτρι᾽ ἐστί σοι κακά. Equidem Bentl. p. 99. rationem sequutus sum. Ceterum adverte negligentiorem constructionis rationem οὔτ᾽ ἀπώλεσας — τὰ νυνὶ δ᾽ ἔστι. Ex Homero similia attulit Herm. ad Hymn. in Cer. 153. cf. Schaefer. ad Dionys. de C. V. p. 31. Apud Latinos nihil tritius. — Vs. 18. Particulam δὴ plurimi libri omittunt; v. Wyttenbachium. Grot. dedit: ὡς ἀναμέσον που καὶ τὸ νῦν λυποῦν φέρε, *praesens malum mediocriter ferre te decet.* Atqui που legitur, non πως. Bentl. ὡς τἀναμέσον που καὶ τὸ λοιπὸν εὖ φέρε, quod sequutus est Brunckius, recte improbante Wyttenbachio. Mezir. δεῖ φέρειν. Cod. Periz. ὥστ᾽ ἂν μέσον που καὶ τὸν λοιπὸν φέρε, unde probabiliter Wyttenb. conjecit: ὥστ᾽ ἀναμέσον που καὶ σὺ τῶν λοιπῶν φέρει, *media, quadam fortuna inter reliquos homines uteris.*

III.

Apud Stobaeum Serm. LXX. p. 429. Gesn. LXXII. p. 303. Grot. sive apud H. Stephanum Com. Graec. p. 134.:

Καὶ τοῦτον ἡμᾶς τὸν τρόπον γαμεῖν ἔδει
ἅπαντας; ὦ Ζεῦ σῶτερ, ὡς ὠνήμεθα.
οὐκ ἐξετάζειν μὲν τὰ μηθὲν χρήσιμα,
τίς ἦν ὁ πάππος, ἧς γαμεῖ, τιτθὴ δὲ τίς;

τὸν δὲ τρόπον αὐτῆς τῆς γαμουμένης, μεθ' ἧς
βιώσεται, μήτ' ἐξετάζειν μήτ' ἰδεῖν.
ἀλλ' ἐπὶ τράπεζαν μὲν φέρειν τὴν προῖχ', ἵνα
εἰ τἀργύριον καλόν ἐστι δοκιμαστὴς ἴδῃ,
ὃ πέντε μῆνας ἔνδον οὐ γενήσεται,
τῆς διὰ βίου δ' ἔνδον καθεδουμένης ἀεὶ
μὴ δοκιμάσασθαι μηδέν, ἀλλ' εἰκῇ λαβεῖν
ἀγνώμον', ὀργίλην, χαλεπήν, ἐὰν τύχῃ,
λάλον. περιάξω τὴν ἐμαυτοῦ θυγατέρα
τὴν πόλιν ὅλην· οἱ βουλόμενοι ταύτην λαβεῖν,
λαλεῖτε. προσκοπεῖσθε πηλίκον κακὸν
λήψεσθ'· ἀνάγκη γὰρ γυναῖκ' εἶναι κακόν·
ἀλλ' εὐτυχὴς ἐσθ' ὁ μετριώτατον λαβών.

Vs. 1. Bentl. p. 86. καὶ τοῦτον. Causam mutationis, idoneam quidem, non video. *Atque ita*, inquit, *nos omnes matrimonium inire decebat; pro Jupiter, ut hoc e re nostra esset!* Nam vs. 2. legendum videtur ὡς ὠνήμεθ' ἄν. — Vs. 4. τιτθὴ δέ τις. Leg. τηθὴ δέ τις, *quae avia*. Vid. Brunck. ad Arist. Acharn. 49. et Lobeck. ad Phryn. p. 134. Eadem macula liberandus Julian. Fragm. p. 290. d. ἀπεσώθη μοι τέλειος ὁ κλῆρος τῆς τιτθῆς. Contra τιτθὴ reddendum Machoni ap. Athen. p. 582. b. τρεῖς θεραπαίνας καὶ τηθὴν μίαν. — Vs. 6. vulgo ἐξετάσαι. Corr. Bentlejus. — Vs. 8. εἰ τἀργύριον. Vulgo εἴτ' ἀργύριον. Jam ante Bentl. tacite correxit Stephanus. Δοκιμαστής, *pecuniae speculator, numularius*. Clericus laudat Apulejum Lib. X. et Donat. ad Terent. Eun. III, 5, 18. Meliora dabunt Lexic. Seguer. I. p. 238. et Salmas de Usur. p. 542.

IV.

Apud Stobaeum Serm. LXXXIV. pag. 490. Gesn. LXXXVI. p. 353. Grot., et iterum, sed tribus postremis versibus omissis, Serm. LXXXV. p. 494. Gesn. LXXXVII. p. 355. Grot.:

Ἀπολεῖ με τὸ γένος. μὴ λέγ', εἰ φιλεῖς ἐμέ,
μῆτερ, ἐφ' ἑκάστῳ τὸ γένος. οἷς ἂν τῇ φύσει
ἀγαθὸν ὑπάρχῃ μηδὲν οἰκεῖον προσόν,
ἐκεῖσε καταφεύγουσιν, εἰς τὰ μνήματα
καὶ τὸ γένος, ἀριθμοῦσίν τε τοὺς πάππους ὅσοι,
οὐδὲν δ' ἔχουσι πλεῖον· οὐδ' ἐρεῖς ὅτῳ

οὐκ εἰσὶ πάπποι· πῶς γὰρ ἐγένοντ' ἄν ποτε;
εἰ μὴ λέγειν δ' ἔχουσι τούτους, διά τινα
τόπου μεταβολὴν ἢ φίλων ἐρημίαν,
τί τῶν λεγόντων εἰσὶ δυσγενέστεροι;
ὃς ἂν εὖ γεγονὼς ᾖ τῇ φύσει πρὸς τἀγαθά,
κἂν Αἰθίοψ ᾖ, μῆτερ, ἐστὶν εὐγενής.
Σκύθης τις ὄλεθρος; ὁ δ' Ἀνάχαρσις οὐ Σκύθης;

Utroque Stobaei loco et Epicharmi et Menandri nomen adscriptum legitur. Prius arripuit Grotius. Menandro tribuendum esse hunc locum, nemo, qui Epicharmi poesin vel leviter attigerit, diffitebitur. Non minus Epicharmi nomen suspectum mihi accidit his locis apud Stob. Serm. LXXXV. p. 495.:

Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς ἀποδεδειγμένος τόπος,
ὃς ἢ πονηροὺς πάντας ἢ χρηστοὺς ποιεῖ.

et Serm. LXXXVIII. p. 499.:

Πνίγομ' ὅταν εὐγένειαν οὐδὲν ὢν κακὸς
λέγῃ τις, αὐτὸς δυσγενὴς ὢν τῷ τρόπῳ.

Sed de his ad Epicharmi fragmenta dicam. Menandri eclogam in duas partes disjunctam exhibuit Stephanus Com. Graec. p. 97. et p. 153. — Vs. 3. ὑπάρχῃ. Ita scripsi e Serm. LXXXV. pro ὑπάρχει. — Vs. 4. μνήματα' Margo Gesn. κτήματα. — Vs. 5. ἀριθμοῦσίν τε τοὺς πάππους. Ad sententiam egregie convenit Plato Theaet. p. 174. d. τὰ δὲ δὴ γένη ὑμνούντων, ὡς γενναῖός τις, ἑπτὰ πάππους ἔχων πλουσίους ἀποφῆναι, παντάπασιν ἀμβλὺ καὶ ἐπὶ σμικρὸν ὁρώντων ἡγεῖται τὸν ἔπαινον, ὑπὸ ἀπαιδευσίας οὐ δυναμένων — λογίζεσθαι, ὅτι πάππων καὶ προγόνων μυριάδες ἑκάστῳ γεγόνασιν ἀναρίθμητοι. — Vs. 6. editur vulgo: οὐδένα δ' ἔχοις ἰδεῖν ἂν οὐδ' εἰπεῖν ὅτῳ. Genuinam lectionem restituit Valck. Diatr. p. 150. c. e Cod. Leid. et ed. Trinc., ubi legitur οὐδὲν ἔχουσι πλεῖον οὐδ' ἐρεῖν ὅτῳ. — Vs. 8. τούτους recepi e marg. Gesner. Vulgo τοῦτο. V. Bentl. p. 90. — Vs. 12. emendavit Grotius. Vulgo κἂν Αἰθ. ᾖ μήτηρ. — Vs. 13. Σκύθης τις ὄλεθρος; Recte Grotius: *Scytham exsecramur? at Anacharsis non Scytha?* Diogenes Laert. II, 75. Σῖμος Φρὺξ καὶ ὄλεθρος. Liban. de Vit. sua p. 69. a. ἄνθρωπος ὄλεθρος. V. Valck. ad Theocr. Adon. p. 311. B. et ad Ammon. I, 10.

V.

Apud Stobaeum Serm. XCVI. p. 225. Gesn. XCVIII. p. 397. Grot.:

Ἅπαντα τὰ ζῶ' ἐστὶ μακαριώτατα
καὶ νοῦν ἔχοντα μᾶλλον ἀνθρώπου πολύ.
τὸν ὄνον ὁρᾶν ἔξεστι πρῶτα τουτονί·
οὗτος κακοδαίμων ἐστὶν ὁμολογουμένως·
τούτῳ κακὸν δι' αὐτὸν οὐδὲν γίγνεται,
ἃ δ' ἡ φύσις δέδωκεν αὐτῷ ταῦτ' ἔχει.
ἡμεῖς δὲ χωρὶς τῶν ἀναγκαίων κακῶν
αὐτοὶ παρ' αὑτῶν ἕτερα προσπορίζομεν.
λυπούμεθ', ἂν πτάρῃ τις, ἂν εἴπῃ κακῶς,
ὀργιζόμεθ', ἂν ἴδῃ τις ἐνύπνιον, σφόδρα
φοβούμεθ', ἂν γλαῦξ ἀνακράγῃ, δεδοίκαμεν.
ἀγωνίαι, δόξαι, φιλοτιμίαι, νόμοι,
ἅπαντα ταῦτ' ἐπίθετα τῇ φύσει κακά.

Exhibuit Stephan. Com. Graec. p. 93. qui eodem loco usus est ad Sext. Emp. p. 208. ed. Fabr. — Vs. 1. recte, ut opinor, Grotius edidit μακαριώτερα. Cf. Hermann. ad Viger. p. 719. — Vs. 6. αὐτῷ ταῦτ' ἔχει. Memorabilem lectionis varietatem e Cod. Paris. enotavit Brunck. Poet. Gnom. p. 262. ed. nov.: δέδωκε ταῦτ' ἔχει μόνα, unde scribendum videtur:

ἃ δ' ἡ φύσις δέδωκεν, αὐτὰ ταῦτ' ἔχει,

ut μόνα ex interpretamento irrepserit. Recte autem αὐτὰ ταῦτα, *haec sola habet.* Philemon apud Stob. Serm. LV. p. 371. κάππαριν, θύμον, ἀσπάραγον, αὐτὰ ταῦτα. Plato Gorgia p. 141. ed. Heind. τοῦτό μοι αὐτὸ σαφῶς διόρισον. Cf. Schaeferus ad Bosii Ellips. p. 308. — Vs. 9. De sternutationibus quae refert Clericus e Frontino Strat. I, 10. et Aristot. Probl. XXXIV, 11. nemo hodie ignorat. Cf. si placet Lindenbr. ad Terent. II. p. 140. ed. West. et Davisium ad Cicer. de Divin. II, 40. Apud Theocritum, ut hoc addam, Idyll. XVIII, 16. male, ut mihi quidem videtur, legitur:

Ὄλβιε γάμβρ', ἀγαθός τις ἐπέπταρεν ἐρχομένῳ τοι.

quod explicare conatus est Hemsterh. ad Propert. Burmanni Lib. II, 2, 35. p. 935. Fortasse scripserat Theocritus ἀγαθόν τις.

VI.

Apud Lucian. Amor. II. p. 446. ed. Amst. καταράσεται Προμηθεῖ, τὴν Μενάνδρειον ἐκείνην ἀποῤῥήξας φωνήν·

Εἶτ' οὐ δικαίως προσπεπατταλευμένον
γράφουσι τὸν Προμηθέα πρὸς ταῖς πέτραις,
καὶ γίνετ' αὐτῷ λαμπάς, ἄλλο δ' οὐδὲ ἓν
ἀγαθόν; ὃ μισεῖν οἶμ' ἅπαντας τοὺς θεούς,
γυναῖκας ἔπλασεν, ὦ πολυτίμητοι θεοί,
ἔθνος μιαρόν. γαμεῖ τις ἀνθρώπων, γαμεῖ;
λάθριοι τὸ λοιπὸν γὰρ ἐπιθυμίαι κακαί,
γαμηλίῳ λέχει δὲ μοιχὸς ἐντρυφῶν,
καὶ φαρμακεῖαι, καὶ νόσων χαλεπώτατος
φθόνος, μεθ' οὗ ζῇ πάντα τὸν βίον γυνή.

Exhibuit Grotius Exc. p. 749. — Vs. 3. καὶ γίνετ' αὐτῷ λαμπάς. A Grotii interpolationibus hunc locum vindicavit Bentl. p. 96. quem vide. De lampadis certamine in Promethei honorem instituto vide Gronovium ad Senec. Agam. 352. Kust. ad Suid. II. p. 413. et Jungerm. ad Pollue. VIII, 90. — Vs. 5. γυναῖκας ἔπλασεν. Ita recte Grotius pro ἔπλασσεν. Bentl. γυναῖκ' ἔπλασσεν. — Vs. 7. λάθριοι. Ita edd. vett. Vulgo λάθριος. Artic. ante λοιπὸν primus addidit Guietus. Eidem debetur κακαί pro edito καί, quod in Λάχης mutavit Bentl. — Vs. 9. emend. Bentl. Vulgo praefiguntur huic versui verba εἶτ' ἐπιβουλαί. Mox sequitur νόσων χαλεπώτατος φθόνος, quod Bentl. perinde dictum videtur ac si latine diceres: *gravissima morborum invidia.* Et sane ita dicunt Latini. Ipse Bentl. ad Horat. Epist. I, 7, 22., quamquam aliam ob causam, ad partes vocaverat illud Catulli:

Phaselus ille, quem videtis, hospites,
Ait fuisse navium celerrimus.

quod J. Scaliger ita graece reddidit: τρέχειν νεῶν μὲν εὔχεται θοώτερος. Potuisset salva graecitate θοώτατος. Nec dissimilia sunt, quae apud eundem Catullum habes, *Juno maxima caelicolum.* Multo tamen frequentius ita locuti sunt Graeci. Theocr. Idyll. XII, 7. ἀηδὼν ἀοιδοτάτη πετεηνῶν. Plutarch. Consol. p. 102. c. ἡ λύπη χαλεπωτάτη παθῶν. Theodoretus Vol. II. p. 1439. ἀδάμας τῶν ὑλῶν ἐστιν ἁπασῶν στερεώτατός τε καὶ ἰσχυρώτερος, leg. ἰσχυρότατος. Mitto alia. Hoc unum addo ex eadem ratione explicandum esse nobilem Horatii locum Satir. I, 1, 100. *fortissima Tyndaridarum.* Eandem rationem etiam aliis nu-

per placuisse video. Itaque in Menandreis carere licet Bentleji conjectura *νόσων χαλεπωτάτη*. Eodem de loco disputavit D'Orvill. ad Charit. p. 347. sed quadrata miscens rotundis. Nec meliora dedit Abresch. Auct. Diluc. Thucyd. p. 330. Tu vide Porson. et Schaefer. ad Eurip. Phoen. 1730. — Ceterum e Misogyne hunc Menandri locum petitum esse suspicatur Fabric. Bibl. Gr. II. p. 465. Atqui similes mulierum exsecrationes in omnibus fere Menandri fabulis locum habuisse probabile est.

VII.

Alexander Rhetor p. 578. ed. Ald. *λεπτολογία ἐστίν, ὅταν ἑνὸς ἑκάστου τῶν συμβεβηκότων ἢ συμβαινόντων τὴν ἀκριβῆ καὶ ἐπὶ λεπτῷ ἐξεργασίαν ποιώμεθα, ὡς παρὰ Μενάνδρῳ ταυτί·*

Μὰ τὴν Ἀθηνᾶν, ἄνδρες, εἰκόν' οὐκ ἔχω
εὑρεῖν ὁμοίαν τῷ γεγονότι πράγματι,
ζητῶν πρὸς ἐμαυτόν, τί ταχέως ἀπολλύει·
στρόβιλος· ἐν ῷ συστρέφεται, προσέρχεται,
προέλαβεν, ἐξέῤῥιψεν, αἰὼν γίνεται.
ἀλλ' ἐν πελάγει συγκλυσμός· ἀναπνοὴν ἔχει
Ζεῦ σῶτερ, εἰπεῖν, ἀντέχου τῶν σχοινίων,
ἑτέραν περιμεῖναι χἀτέραν τρικυμίαν·
ναυαγίου δ' ἂν ἐπιλάβοι'· ἐγὼ δ' ἅπαξ
ἁψάμενός εἰμι καὶ φιλήσας ἐν βυθῷ.

Indicavit hunc locum Porsonus Advers. p. 259. qui novi mariti sermonem esse statuit celerem poenitentiam nuptias consequi docentis. Fortasse recte; quamquam non minus recte adolescentis verba esse statuas, qui semel puellam deosculatus totum amoris igne se carpi sentit. Priora apud Aldum ita eduntur: *ὡς παρὰ Μενάνδρῳ· ταυτὶ μὰ τὴν Ἀθηνᾶν ἄνδρες εἰκόνες οὐκ ἔχω.* Correxit partim Porsonus, partim, quem laudat Porsonus, Norrmannus. — Vs. 2. *εὑρεῖν* addidit Porsonus. — Vs. 3. ante Norrmannum *ἀπολαύει*. — Vs. 4. Porsonus *στρόβιλος· ἐν ὅσῳ συστρέφεται.* Fort. *ἐν ᾧ δὲ συστρ.* ut voluit Norrmannus. Certe *ἐν ᾧ* servat Photius Lex. p. 401. *στρόβηλος, ἡ συστροφή· καὶ ὁ λαῖλαψ. Στρόβηλος ἐν ᾧ συστρέφεται·* quem locum tetigit Porsonus Tracts and Miscell. crit. p. 253. De voce *στρόβιλος* copiose dixit Lobeckius ad Phryn. p. 369. nec Menandri immemor. — Vs. 5. *προέλαβεν praeoccupat.* Por-

sonus olim *προσέβαλεν.* Ibid. *αἰὼν γίνεται.* Compares Terentii illud: *dum comuntur annus est.* Porsonus *γίγνεται.* — Vs. 6. ante Porsonum *ἐναπνοὴν ἔχειν.* Idem correxit interpunctionis rationem apud Aldum mirifice perturbatam. — Vs. 7. *ἀντέχου τῶν σχοινίων.* Norrmannus, Porsono improbante, volebat *ἀντέχεσθαι σχοινίων.* — Vs. 8. Aldus *περιμεῖναι ἑτέραν,* vs. 9. *ἐπιλάβοι,* vs. 10. *εἶμι ἐφίλησας.* Haec omnia correxit Porsonus.

VIII.

Apud Strabon. VII. p. 297. *ὅρα δ' ἃ λέγει Μένανδρος περὶ αὐτῶν* (Getas dicit), *οὐ πλάσας, ὡς εἰκός, ἀλλ' ἐξ ἱστορίας λαβών.*

Πάντες μὲν οἱ Θρᾷκες, μάλιστα δ' οἱ Γέται
ἡμεῖς ἁπάντων (καὶ γὰρ αὐτὸς εὔχομαι
ἐκεῖθεν εἶναι τὸ γένος), οὐ σφόδρ' ἐγκρατεῖς
ἐσμέν. — — — — —

καὶ ὑποβὰν μικρὸν τῆς περὶ τὰς γυναῖκας ἀκρασίας τίθησι παραδείγματα·

Γαμεῖ γὰρ ἡμῶν οὐδὲ εἷς εἰ μὴ δέκ' ἢ
ἕνδεκα γυναῖκας· δώδεκ' ἢ πλείους τινές.
ἂν τέτταρας δ' ἢ πέντε γεγαμηκὼς τύχῃ
καταστροφῆς τις, ἀνυμέναιος, ἄθλιος,
ἄνυμφος οὗτος ἐπικαλεῖτ' ἐν τοῖς ἐκεῖ.

De Thracum et affinium populorum *πολυγαμείᾳ* res nota ex Heraclide, qui dicitur, de Polit. p. 350. Sexto Empir. Hypoth. III, 24. p. 180. et aliis. Vid. Spanhem. ad Julian. Orat. I. p. 125. et Wessel. ad Herodot. p. 374. — Vs. 5. pessime interpolavit Grot. Exc. p. 751. Vulgo *οὐδεὶς* vel *οὐδὲ εἷς οὐ δέκ' ἢ* — quod correxit Salmas. Exercitt. Plinn. p. 112. a. Cf. Toup. Epist. crit. p. 34. ed. Lips. — Vs. 6. *δώδεκ' ἢ πλείους τινές.* Vulgata lectio haec est: *δώδεκά τε πλείους τινές.* Cod. Vatic. *δώδεκά τις πλείους,* a quo non multum discrepat Venet. et Mosc. *δωδεκέτις πλ. τ.* Salmas. l. l. *δώδεκα δ' ἢ πλείους τινές,* cujus vestigiis insistens Porson. Append. ad Toup. Emend. in Suid. p. 486. genuinam lectionem restituit. — Vs. 7. legitur vulgo *τύχοι καταστροφή τις.* Pro *τύχοι* MSS. *τύχῃ.* Salmas. l. l. *τύχῃ καταστρέφῃ τις,* ut *τύχῃ* dativus sit, *forte, casu.* Hactenus praestaret quod Heringa Observ. p. 261. conjecit: *τυχὸν καταστρέφῃ τις.* Sopingius ad Hesych. I. p. 493. pro *καταστροφὴ* conjecit *ἀποτρόπαιος.* Similiter Bentl. p. 97.

ἂν — τύχῃ, ἀναφρόδιτος, ἀνυμέναιος κτλ., ingeniosa conjectura sed non necessaria. Optime Thyrwhittus *καταστροφῆς*. Idem conjecit Toupius, probante Porsono, et quem is laudat, Valckenario.

IX.

Apud auct. Compar. Men. et Philem. p. 361. *Μένανδρος περὶ θανάτου·*

Ὅταν εἰδέναι θέλῃς σεαυτὸν ὅστις εἶ,
ἔμβλεψον εἰς τὰ μνήμαθ', ὡς ὁδοιπορεῖς.
ἐνταῦθ' ἔνεστιν ὀστέα καὶ κούφη κόνις
ἀνδρῶν βασιλέων καὶ τυράννων καὶ σοφῶν,
καὶ μέγα φρονούντων ἐπὶ γένει καὶ χρήμασιν,
αὐτῶν τε δόξῃ, κἀπὶ κάλλει σωμάτων.
καὶ οὐδὲν αὐτῶν τῶνδ' ἐπήρκεσεν χρόνος.
κοινὸν τὸν ᾅδην ἔσχον οἱ πάντες βροτοί.
πρὸς ταῦθ' ὁρῶν γίνωσκε σαυτὸν ὅστις εἶ.

Vs. 1. *σεαυτόν.* Ita pro *σαυτὸν* Heins. et Grot. Exc. p. 761. — Vs. 2. *ὡς ὁδοιπορεῖς.* Locus vix sanus. Certe insolens significatio particulae *ὡς*, *quando*, *dum*. De sepulcris juxta publicas vias exstructis Clericus laudat Jac. Guther. de Jure Man. II, 33. — Vs. 3. *ὀστέα.* Moeris p. 284. *ὀστοῦν, Ἀττικῶς. ὀστέον, Ἑλληνικῶς.* ubi Menandri loco usus est Piersonus. Porson. Adv. p. 291. *ἔνεστ' ὀστᾶ τε καὶ κούφη κ.* Fort. recte. — Vs. 6. *κἀπὶ κάλλει σωμάτων.* Ita scripsi pro *καὶ κάλλει τῶν σ.* Male Grot. *τῷ τε κάλλει σ.* Pejus etiam Heins. *καὶ καλῷ τῶν σ.* Debebat certe *τῷ τε καλῷ τ. σ.* Verba *κάλλος σωμάτων* inepte Gatak. ad Anton. I, 26. et III, 3. de servorum pulcritudine interpretatur. — Vs. 7. Grotius *χρόνον.* Fort. *ἀλλ' οὐδὲ ἓν τούτων ἐπήρκεσεν χρόνον*, *ut nihil horum vim temporis ab iis coercuit.* *Καὶ* et *ἀλλὰ* permutantur etiam aliis locis, ut Xenoph. Oecon. XVII, 4.

X.

Apud Stobaeum Serm. LXXXIX. p. 501. Gesn. XCI. p. 372. Grot. et Auctorem Compar. Men. et Phil. p. 359.:

Ὁ μὲν Ἐπίχαρμος τοὺς θεοὺς εἶναι λέγει
ἀνέμους, ὕδωρ, γῆν, ἥλιον, πῦρ, ἀστέρας.
ἐγὼ δ' ὑπέλαβον χρησίμους εἶναι θεοὺς
τἀργύριον ἡμῶν καὶ τὸ χρυσίον.

ἱδρυσάμενος τούτους γὰρ εἰς τὴν οἰκίαν
εὔξαι τί βούλει, πάντα σοι γενήσεται,
ἀγρός, οἰκία, θεράποντες, ἀργυρώματα,
φίλοι, δικασταί, μάρτυρες· μόνον δίδου.
αὐτοὺς γὰρ ἕξεις τοὺς θεοὺς ὑπηρέτας.

Vs. 2. exhibui ex emendatione Grotii. Vulgo turbato verborum ordine: ἀνέμους, ἥλιον, γῆν, ὕδωρ, πῦρ, ἀστέρας, quem retinuerunt Camerarius de Re Numar. in Gronovii Thes. IX. p. 1410. Stephan. Praef. ad Comic. Graec. p. 21. et Casaub. ad Diog. Laert. III, 10. Possis etiam ἀνέμους, ὕδωρ, πῦρ, ἀστέρας, γῆν, ἥλιον. De Epicharmi sententia post tot doctorum hominum disputationes nihil addo. Confer tamen Platon. Crat. p. 397. c. quem locum non sine insigni lectionis varietate affert Theodoret. Tom. IV. p. 761. — Vs. 4. probabiliter Grotius ἡμῖν. Idem in fine versus addidit μόνον, rectius sane quam Salmas. de Usur. XIV. p. 402., qui tacite edidit τἀργ. ἡμ. μοῦνον ἢ τὸ χρυσίον. Fort. *Simonis* nomen post χρυσίον excidit. — Vs. 6. εὖξαι τί βούλει. Terent. Eun. V, 8, 27. *quodvis donum praemium a me optato, id optatum feres.* Ad sententiam comparat Clericus Petron. epigr. Sat. 93. Eadem fere verba habes apud Philem. Stobaei Serm. XCI. p. 368. Ceterum pro τί, quod in ὅ,τι mutavit Salmasius l. l., Plutarch. Opp. Morall. p. 1058. c., qui hunc versum tacito auctoris nomine laudat, recte, opinor, exhibet εἴτι, modo εὖξ' εἴ τι βούλει reponas, elisa diphthongo imperativi ut supra in *Δεισιδαίμονι* p. 42. ὕδατι περίῤῥαν', ἐμβαλών. Ex Aristophane aliquot exempla excitavit Reisigius Syntagm. crit. Cap. 3. p. 32. — Vs. 9. auctor Compar. τοὺς ὑπηρέτας θεούς.

XI.

Apud Stobaeum Serm. XCVI. p. 528. Gesn. XCVIII. p. 403. Grot.:

Ὁ πάντα βουληθεὶς ἂν ἄνθρωπος ποιεῖν
πᾶς ἂν γένοιτο πλούσιος τρόπον τοῦτον·
πάλιν φιλόσοφος τινι μαθήσει χρώμενος·
τὸ σῶμ' ὑγιαίνεις τινὰ δίαιταν προσφέρων.
πλὴν ἕν τι τῶν πάντων ἀδύνατον ἦν ἄρα
εὑρεῖν, δι' οὗ τρόπου τις οὐ λυπήσεται.
οὐ γὰρ τὸ μὴ πράττειν κατὰ νοῦν ἔχει μόνον
λύπην, παρέχει δὲ φροντίδας καὶ τἀγαθά.

Vs. 2. reliqui vulg. scripturam, licet turpiter depravatam. Grotii conatus vix dignus qui commemoretur: *πᾶς ἂν γένοιτο πλούσιος. ταὐτὸν τρόπον Πάλιν φιλόσοφος κτλ.* Vellem de hoc loco dixisset Bentl. Nam mihi quidem nihil liquet, nisi priora verba ita esse constituenda:

Ὁ πάντα βουληθεὶς ἂν ἄνθρωπος πονεῖν
πάντ' ἂν γένοιτο πλούσιος, —

Jam, sequi debebat, qua quis ratione dives evadat. Suspicabar *τρόπον τινά.* Sed aliud quid desidero, quo disertius ditandi modus et ratio indicetur. — Vs. 8. *παρέχει δὲ φρ. καὶ τἀγαθά.* Ita Grot. e MS. A. pro vulg. *πῦρ ἔχει.* Confirmat Philostr. Vit. Apoll. II, 36. p. 88. *πολλοὺς οἶδα τῶν σφόδρα ἡγουμένων εὖ πράττειν, οὐδὲ καθεύδειν· καὶ τοῦτ' ἂν εἴη τὸ παρέχειν φροντίδας καὶ τἀγαθά,* quae verba unde ducta essent fugit Olearium.

XII.

Apud Stob. Serm. XXXVIII. p. 221. Gesn. p. 155. Grot.:

Μειράκιον, οὔ μοι κατανοεῖν δοκεῖς ὅτι
ὑπὸ τῆς ἰδίας ἕκαστα κακίας σήπεται,
καὶ πάντα τὰ λυμαινόμεν' ἔνεστιν ἔνδοθεν.
οἷον ὁ μὲν ἰός, ἂν σκοπῇς, τὸ σιδήριον,
τὸ δ' ἱμάτιον οἱ σῆτες, ὁ δὲ θρὶψ τὸ ξύλον.
ὃ δὲ τὸ κάκιστον τῶν κακῶν πάντων, φθόνος
φθισικὸν πεποίηκε καὶ ποιήσει καὶ ποιεῖ
ψυχῆς πονηρᾶς δυσσεβεῖς παραστάσεις.

Vs. 3. *ἔνεστιν.* Ita Grotius, cujus rationem Bentl. p. 80. parum idoneis argumentis impugnat. Vulg. *ἐστίν.* — Vs. 4. emendavit Bentlejus. Legebatur *τὸν σίδηρον.* Grot. mutavit verborum ordinem *τὸν σίδ. ἂν σκοπῇς.* — Vs. 5. *οἱ σῆτες.* Ita Stob., quod cur a Clerico et Bentlejo in *σῆπες* mutatum sit non intelligo. Tum *ὁ δὲ θρὶψ* scripsi. Idem apud Porsonum reperio Advers. p. 256. Vulgatur *ἡ δὲ θρὶψ τὸ ξύλον.* Grotius, probante Valcken. ad Ammon. II, 5. p. 104., *ἡ δὲ θρὶψ ξύλον,* nec melius Bentl. *ἡ θρὶψ τὸ ξύλον.* — Vs. 6. *φθόνος φθισικὸν πεποίηκε κτλ.,* compares Auct. inc. ap. Suid. III. p. 617. *φθόνος, νόσημα ψυχῆς ἀνθρωπικὸν* (fort. *ἀνθρωπίνης*), *καὶ ἐσθίον ψυχήν, ἣν ἂν καταλάβοι, ὥσπερ ἰὸς τὸν σίδηρον.* Ita Antisthenes apud Diog. Laert. VI. 5. *ὥσπερ ὑπὸ τοῦ ἰοῦ τὸν σίδηρον, οὕτως ἔλεγε τοὺς φθονεροὺς ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἤθους κατεσθίεσθαι.* — Vs. 8.

δυσσεβεῖς παραστάσεις, improba animi consilia. Ita Diodor. Sic. Exc. Leg. T. II. p. 629. καὶ παράστασις ψυχῆς πρὸς ἐλευθερίαν ἐνέπεσε τοῖς πλήθεσι. quem locum, quod monere neglexit Kusterus, adhibuit Suid. III. p. 38. παράστασις, ὁρμή, προθυμία. καὶ παράστασις ψυχῆς πρὸς ἐλευθερίαν κτλ. Eodem sensu παράςημα ψυχῆς legitur apud Diod. Sic. Bibl. XVII, 11, p. 168. Cf. Graev. ad Luciani Soloec. III, p. 563. ed. Amst., Abresch. Dilucidd. Thuc. p. 376. et Toup. ad Suid. I. p. 380. ed. Lips. Accusativi pendent a verbis πεποίηκε καὶ ποιήσει καὶ ποιεῖ, *invidia facit, ut improba animi consilia φθισικόν τι fiant*, h. e. *pereant et quasi tabe absumantur.* Itaque carere licet, ut equidem opinor, Grotii conjectura ceterum pereleganti:

Ψυχῆς πονηρᾶς δυσσεβὴς παραστάτης.

Ita fere Plato de Legg. IX. p. 870. c. φθόνον vocat χαλεπὸν ψυχῆς ξύνοικον.

XIII.

Apud Stobaeum Serm. CXII. p. 581. Gesn. CXIV. p. 469. Grot.:

Δέρκιππε καὶ Μνήσιππε, τοῖς εἰρημένοις
ἡμῶν ὑπό τινος ἢ πεπονθόσιν κακῶς
ἐστὶν καταφυγὴ πᾶσιν οἱ χρηστοὶ φίλοι.
καὶ γὰρ ἀποδύρασθαί τι μὴ γελώμενον,
καὶ συναγανακτοῦνθ' ὁπόταν οἰκείως ὁρᾷ
ἕκαστος αὐτῶν τὸν παρόντα, παύεται
τοῦτον μάλιστα τὸν χρόνον τοῦ δυσφορεῖν.

Vs. 4. ἀποδύρασθαι. Ita e marg. Gesn. scripsi pro ἐποδύρεσθαι. Ad sententiam convenit fere Aeschyl. Prom. 642.:

ὡς τἀποκλαῦσαι κἀποδύρασθαι τύχας
ἐνταῦθ', ὅπη μέλλει τις οἴσεσθαι δάκρυ
πρὸς τῶν κλυόντων, ἀξίαν τριβὴν ἔχει.

Quem locum comparavit Huschkius Anal. crit. p. 57. Constructionis rationem, multo illam expeditiorem futuram, si cum Porsono Tracts and Misc. Crit. p. 251. scripseris δεῖ γάρ, aperuit Bentl. p. 95. — Vs. 6. αὐτῶν. Gesnerus conjecit ἡμῶν. Illud recte habet; refertur enim ad φίλους versu tertio commemoratos. Genitivus pendet a verbis τὸν παρόντα.

XIV.

Plutarchus Fragm. Vol. V. p. 565. ed. Wytt. mai. καὶ λελάληκε (Μένανδρος) περὶ τοῦ πάθους (amorem dicit) φιλοσοφώτερον. Ἄξιον γὰρ θαύματος φῆσαι τὸ περὶ τοὺς ἐρῶντας ὥσπερ ἐστὶν ἅμα λαλεῖ· εἶτα ἀπορεῖ καὶ ζητεῖ πρὸς ἑαυτόν·

Τίνι δὲ δεδούλωταί ποτε;
ὄψει; φλύαρος· τῆς γὰρ αὐτῆς πάντες ἂν
ἤρων· κρίσιν γὰρ τὸ βλέπειν ἴσην ἔχει.
ἀλλ' ἡδονή τις τοὺς ἐρῶντας ἐπάγεται
συνουσίας; πῶς οὖν ἕτερος ταύτην ἔχων
οὐδὲν πέπονθεν, ἀλλ' ἀπῆλθε καταγελῶν,
ἕτερος δ' ἀπόλωλε; καιρός ἐστιν ἡ νόσος
ψυχῆς, ὁ πληγεὶς δ' εἴσω δὴ τιτρώσκεται.

Plutarchi verba sunt corruptissima. Wyttenb. conjecit: ἄξιον γὰρ θαύματος, φησί, τὸ περὶ τοῦ ἔρωτος, ὅθεν γένεσιν ἄρα λαμβάνει. Certe tale quid ad sententiae integritatem desideratur. Nam haec quoque verba e Menandro petiisse Plutarchum non dubito. Fortasse dederat poeta:

Ἄξιον γὰρ θαύματος
τὸ πάθος ἔρωτος ὁπόθεν ἀρχὴν λαμβάνει.

In iis quae statim sequuntur Bentl. p. 84. delevit particulam δέ. Fort. τίνι δὴ δεδούλωται. Sententiam loci, a qua longissime aberravit Grotius, optime explicuit Bentl. quem vide. — Vs. 7. ἕτερος δ' ἀπόλωλε. Ita dedi pro ἕτερος ἀπόλωλε. Tum reliquam fragm. partem iterum apposuit Plutarch. Amat. p. 763. b. οὐ γὰρ μανθάνομέν γέ που Μενάνδρου λέγοντος, οὐδὲ συνίεμεν·

Καιρός ἐστιν ἡ νόσος
Ψυχῆς· ὁ πληγεὶς δὲ τιτρώσκεται.

ἀλλ' ὁ θεὸς αἴτιος, τοῦ μὲν καθαψάμενος, τὸν δὲ ἐάσας. Lacunam quam Ald. Basil. et duo Codd. Pariss. inter πληγεὶς δὲ et τιτρώσκεται habent, Xylander ita explevit, ut ex altero Plutarchi loco εἴσω δή interponeret; Grot. dedit ὁ πληγεὶς ὡς ἔδει. Melius Wyttenb. εἰς ὃ δεῖ. Bentl. εἰσβολῇ τιτρώσκεται, quod speciosum est. Denique D'Orvillius V. C. p. 246. ἔνδοθεν, quod nisi longius a vulgatae scripturae ductibus recederet prae reliquis placeret. Ad sententiam compares poetam inc. ap. Sext. Emp. in Disput. Antiscept. ap. Fabric. Bibl. Gr. V, 7. p. 623.

ὄψει διαθρῶν οὐδὲν ἂν πάντῃ καλὸν

οὐδ' αἰσχρόν· ἀλλὰ ταῦτ' ἐποίησεν λαβὼν
ὁ καιρὸς αἰσχρά, καὶ διαλλάξας καλά.

ubi διαθρῶν scripsi pro διαιρῶν et ταῦτ' pro ταῦτ' —. Sunt fortasse Euripidis versus.

XV.

Apud Stobaeum Serm. XL. p. 239. Gesn. XLIII. p. 170. Grot.:

Εἴπερ τὸν ἀδικοῦντ' ἀσμένως ἠμύνετο
ἕκαστος ἡμῶν, καὶ συνηγωνίζετο,
ἴσως νομίζων ἴδιον εἶναι τὸ γεγονὸς
ἀδίκημα, καὶ συνεπράττομεν ἀλλήλοις πικρῶς,
οὐκ ἂν ἐπὶ πλεῖον τὸ κακὸν ἡμῖν ηὔξετο
τὸ τῶν πονηρῶν, ἀλλὰ παρατηρούμενοι
καὶ τυγχάνοντες ἧς ἔδει τιμωρίας,
ἦτοι σπάνιοι σφόδρ' ἂν ἦσαν ἢ πεπαυμένοι.

Temere hoc fragm. Clericus ad Adelphos retulit. Vs. 1. ante Grot. legebatur ἀδικοῦντα μὲν ὡς. Ad sententiam comparat Clericus Solonis dictum, qui interrogatus, πῶς ἥκιστα ἀδικοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, respondit· εἰ ὁμοίως ἄχθοιντο τοῖς ἀδικουμένοις οἱ μὴ ἀδικούμενοι. Vid. Diog. Laert. I, 59. ubi cf. intpp. et Coray ad Plutarchi Solon. I. p. 160. — Vs. 2. ante Bentl. συνηγωνίσατο. — Vs. 4. συνεπράττομεν. Ita vulgatum συνέπραττον certatim corrigunt Heringa Observat. crit. p. 273. Dawesius Miscell. crit. p. 273. et Porson. Adv. p. 291. — Vs. 5. ηὔξετο. Ita Bentl. pro vulg. ἤρξατο. Grot. ηὔξατο. Cod. ηὔξαιτο. Athenio, poeta Comicus, ap. Athen. p. 661. a. Ἐπὶ πλεῖον ηὖξον τὴν μαγειρικὴν τέχνην.

XVI.

Apud Stobaeum Serm. XXXVII. p. 218. Gesn. p. 147. Grot.:

Νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, μακάριόν γ' ἡ χρηστότης
πρὸς πάντα, καὶ θαυμαστὸν ἐφόδιον βίῳ.
τούτῳ λαλήσας ἡμέρας σμικρὸν μέρος
εὔνους ἐγὼ νῦν εἰμι. πειστικὸν λόγος,
πρὸς ταῦτ' ἂν εἴποι τις μάλιστα τῶν σοφῶν.
τί οὖν ἑτέρους λαλοῦντας εὖ βδελύττομαι;
τρόπος ἔσθ' ὁ πείθων τοῦ λέγοντος, οὐ λόγος.

Vs. 1. partic. γέ addidit Clericus. — V. 2. ἐφόδιον βίῳ. Frequens dicendi genus. Damascenus ap. Wyttenb. Philom. I. p. 199. Πιττακὸς συνεβούλευε πρὸς τὸ γῆρας ἐφόδια παρατίθεσθαι παιδείαν, quod dictum Bianti tribuunt Diog. Laert. I, 88. et Basilius de leg. libris Graec. p. 108. Grot. Menander Homopatriis: Χρηστοὺς νομιζομένους ἐφόδιον ἀσφαλές. Cf. Casaub. ad Pers. V, 64. — Vs. 4. πειστικόν. Ita dedi pro πιστικόν. Origenes c. Cels. VI. p. 315. μὴ δέχεσθαι τοὺς πιστικοὺς λόγους τοῦ θεοῦ. Hic etiam corrigam πειστικούς. Cf. Heindorf. ad Plat. Gorg. p. 29. — Vs. 6. εὖ Grot. e Cod. pro οὐ βδ. — Vs. 7. τρόπος ἔσθ' ὁ πείθων. Plutarch. Praec. Pol. p. 801. c. ἐπανορθωτέον τὸ τοῦ Μενάνδρου·

Τρόπος ἔσθ' ὁ πείθων τοῦ λέγοντος, οὐ λόγος.

καὶ γὰρ ὁ τρόπος καὶ ὁ λόγος. Addit Clericus Aristot. Rhet. I, 2. a Mureto V. L. II, 1. emendatam.

XVII.

Apud Athen. I. p. 276. ed. Schweigh., qui primus hunc locum e MS. edidit:

Ἔργον [ἐστὶν] εἰς τρίκλινον συγγενείας εἰσπεσεῖν.
οὗ λαβὼν τὴν κύλικα πρῶτος ἄρχεται λόγου πατήρ,
καὶ παραινέσεις πέπαικεν, εἶτα μήτηρ δευτέρα,
εἶτα τήθη παραλαλεῖ τις, εἶτα βαρύφωνος γέρων,
τηθίδος πατήρ, ἔπειτα γραῦς καλοῦσα φίλτατον.
ὁ δ' ἐπινεύει πᾶσι τούτοις.

Vs. 1. addidi ἐστίν. Schweigh. δεινόν ante ἔργον adjecit. — Vs. 2. delevi artic. ante πατήρ. Nicomachus ap. Athen. p. 58. a. scripsit:

οὐσίδιον γάρ καταλιπόντός μοι πατρός,

non οὐσίδιον et τοῦ πατρός. — Vs. 3. πέπαικεν corruptum videtur. Fort. παραινήσας πέπωκεν. Si sanum est, derivem a παίζειν. Schweigh. a παίειν deducenti obstat loquendi usus, hoc sensu κόπτειν requirens, non παίειν. — Vs. 4. fort. τηθίς, *matertera*, ut vs. sequenti. Ad παραλαλεῖ Schw. laudat Hesych. παραλαλεῖ, φλυαρεῖ, μὴ γινώσκων ἃ λαλεῖ. Arist. Eccl. 230. μὴ περιλαλῶμεν. Schol. φλυαρῶμεν. Fort.

παραλαλῶμεν. Tum βαρύφωνος γέρων. Plutarch. Symp. p. 709. b. πρεσβῦται σκυθρωποὶ ἢ βαρὺ φθεγγόμενοι ἐκ πώγωνος.

XVIII.

Apud Clement. Alex. Strom. V. p. 260. Sylb. Μένανδρος δὲ ὁ Κωμικὸς ἀγαθὸν ἑρμηνεύων τὸν θεόν, φησίν·

"Απαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται
εὐθὺς γενομένῳ, μυσταγωγὸς τοῦ βίου
ἀγαθός. κακὸν γὰρ δαίμον' οὐ νομιστέον
εἶναι βίον βλάπτοντα χρηστόν· —
— ἅπαντα δ' ἀγαθὸν εἶναι τὸν θεόν.

Clementis locum repetiit Euseb. Praep. Euang. XIII. p. 403. Priorem fragm. partem usque ad verba τοῦ βίου ἀγαθός servavit etiam Plutarch. de Tranqu. an. p. 474. b. ubi pro συμπαρίσταται legitur συμπαραστατεῖ. Illud praeter Ammian. Marc. XXI, 14., ubi duo priores versus leguntur, tuentur Scholiastes Theocriti quamvis corruptus ad Idyll. II, 28. Μένανδρός φησι· δαίμων ἀνδρὶ παρίσταται εὐθὺς γενομένῳ, et Stob. Ecl. Phys. I. p. 168., ubi itidem priores versus leguntur, in quorum primo male Heerenius dedit ἅπαντ' ὁ δαίμων. Ad sententiam passim a viris doctis illustratam vide Wyttenb. Bibl. crit. III, 1. p. 21. et Heindorf. ad Plat. Phaed. p. 219. Cfr. Seneca Epist. 110. *Unicuique nostrum paedagogum dari deum.* Postremum fragm. partem constitui ad mentem Bentl. p. 99. quem vide. Fallitur Grot. Exc. p. 753.

XIX.

Apud auctor. Compar. Menandri et Philem. p. 362, Μένανδρος περὶ λογισμῶν·

"Ανθρωπος ὢν μηδέποτε τὴν ἀλυπίαν
αἰτοῦ παρὰ θεῶν, ἀλλὰ μακροθυμίαν.
ὅταν γὰρ ἄλυπος διὰ τέλους εἶναι θέλῃς,
ἢ δεῖ θεόν σε εἶναι, ἢ τάχα δὴ νεκρόν·
παρηγόρει δὲ τὰ κακὰ δι' ἑτέρων κακῶν.

Recepit Grotius Exc. p. 763. — Vs. 2. legebatur θεοῦ. Emendavit Bentl. p. 105., qui cur vs. 3. ὅταν δ' ἄλυπος scribi jubeat, non exputo. — Vs. 4. εἶναι. Probabilis est Bentl. conjectura γεγονέν' ἢ, nisi malis θεόν σ' εἶναί τιν' ἢ τάχα δὴ νεκρόν. — Vs. 5. παρηγόρει κτλ. Compares Phili-

stionem, sive, ut equidem legendum arbitror, Philemonem ap. Maxim. Serm. 148, p. 237. *Λύουσιν ἡμῖν συμφοραὶ τὰς συμφορὰς Παρηγοροῦσαι τὰ κακὰ δι' ἑτέρων κακῶν.*

XX.

Apud auctor. Compar. Menandri et Philem. p. 357. *Μένανδρος περὶ τύχης·*

Ὅταν τις ἡμῶν ἀμέριμνον ἔχῃ τὸν βίον,
οὐκ ἐπικαλεῖται τὴν Τύχην εὐδαιμονῶν·
ὅταν δὲ λύπαις ἐπιπέσῃ καὶ πράγμασιν,
εὐθὺς προσάπτει τῇ Τύχῃ τὴν αἰτίαν.

Recepit Grot. Exc. p. 759. — Vs. 1. leg. videtur: *Ὅταν ἀμερ. ἔχῃ τις ἡμῶν τ. β.*, aut *Ἀμέριμνον ὅταν ἔχῃ τ. ἡ. τ. β.* — Vs. 3. malim *περιπέσῃ.* Nihil tritius formula *κακοῖς περιπίπτειν*, de qua vid. Wessel. ad Diod. Sic. VII. p. 345. et Wyttenb. Bibl. crit. III, 2. p. 68.

XXI.

Apud auctor. Compar. Menandri et Philem. p. 357. *Μένανδρος περὶ γήρως·*

Ὦ γῆρας ἐχθρὸν σωμάτων ἀνθρωπίνων,
ἅπαντα συλῶν τὰ καλὰ τῆς εὐμορφίας,
καὶ μεταχαράσσον τὴν μὲν ἀνδρίαν μελῶν
εἰς τἀπρεπές, τὸ δὲ τάχος εἰς ὄκνον πολύν.

Vs. 2. dedi *τὰ καλὰ* pro *καλά.* — Vs. 3. *ἀνδρίαν.* Heinsius *ἀνδρείαν.* V. Passov. de Lex. graec. p. 17. — Vs. 4. legebatur *ἀπρεπές.* Correxit Bentl. p. 104.

XXII.

Apud auctor. Compar. Menandri et Philem. p. 361. *Μένανδρος περὶ γειτονίας·*

Ἐὰν πονηροῦ γείτονος γείτων ἔσῃ,
πάντως παθεῖν πονηρὸν ἢ μαθεῖν σε δεῖ·
ἐὰν ἀγαθοῦ δὲ γείτονος γείτων ἔσῃ,
ὡς προσδιδάσκεις ἀγαθὰ καὶ προσμανθάνεις.

Recepit Grot. Exc. p. 761. — Vs. 1. et 3. memorabile habemus exemplum conjunctionis *ἐάν* cum futuro sociatae. Utroque versu legendum videri possit *τύχῃς.* Sed nihil

definio. Compara versiculum proverbialem apud Plutarch. de Fluviis Vol. V. p. 671. ed. Wyttenb. maj.:

καὶ τότε φρονήσεις ὅταν ἔσῃ μάτην φρονῶν.

Alia hujus generis dedit Fridemannus de media syllaba pent. p. 296. — Vs. 3. addidi particulam δέ. Grotius dedit: ἐὰν δ' ἄρ' ἀγαθοῦ.

XXIII.

Apud auctorem Compar. Menandri et Philem. p. 362. Μένανδρος περὶ λόγου·

Λύπης ἰατρός ἐστιν ἀνθρώποις λόγος·
ψυχῆς γὰρ οὗτος μόνος ἔχει θελκτήρια·
λέγουσι δ' αὐτὸν οἱ πάλαι σοφώτατοι
ἀστεῖον εἶναι φάρμακον.

Recepit Grót. Exc. p. 763. — Vs. 2. vulgatur ἔχ' ἰάματα. Bentl. p. 105. ἔχει ταἰάματα, cujusmodi craseos exemplum vereor ut aliud reperiatur praeter notissimum θαἰμάτια ap. Arist. Lys. 401. Machon. ap. Athen. p. 348. f. et alios. Jacobs. in Nott. MSS. conjecit κηλήματα. Sed praestat θελκτήρια, quod praebet Schol. ined. apud Heynium ad Iliad. Vol. VII. p. 62., ubi duo priores nostri fragm. versus servati sunt. Ita Aeschyl. Choeph. 665. πόνων θελκτήριον, et Nicander Ther. 865. θελκτήριον ἄτης. Aliam lectionem monstrat Schol. Venet. ad Iliad. ο, 393. p. 364. Μένανδρος γὰρ ἔφη ὡς ἰατρός ἐστιν ὁ λόγος ἀνθρώποις. ψυχῶν οὗτος μόνος ἔχει κουφίσματα πρὸς τὸ μὴ συγκαταπίπτειν τῷ σώματι τὴν ψυχήν, unde conjicias Scholiasten Menandri locum, nisi forte memoriter eum citavit, ita scriptum invenisse:

ἰατρός ἐστιν ὁ λόγος ἀνθρώποις πάθους.
ψυχῶν γὰρ οὗτος μόνος ἔχει κουφίσματα.

XXIV.

Apud Plutarch. de Frat. am. p. 479. c. ὅθεν ὁ Μένανδρος ὀρθῶς·

Οὐκ ἐκ πότων καὶ τῆς καθ' ἡμέραν τρυφῆς
ζητοῦμεν, ᾧ πιστεύσομεν τὰ τοῦ βίου,
πάτερ, οὐ περιττὸν οἴετ' ἐξευρηκέναι
ἀγαθὸν ἕκαστος, ἐὰν ἔχῃ φίλου σκιάν.

Recepit Grot. Exc. p. 755. qui primo versu dedit τροφῆς.

Nec melius vs. 3. dedit οὖ, quo factum est, ut totum locum per interrogationem efferret. Eosdem versus respexit Plutarch. de Amic. mult. p. 93. c. *καίτοι τόν γε παρὰ τῷ Μενάνδρῳ νεανίσκον ὑπερφυῶς ἐπαινοῦμεν, εἰπόντα θαυμαστὸν ἕκαστον νομίζειν ἕκαστον, ἂν ἔχῃ φίλου σκιάν.*

XXV.

Apud Stobaeum Serm. XX. p. 172. Gesn. p. 105. Grot.:

Εἰ καὶ σφόδρ᾽ ἀλγεῖς, μηδὲν ἠρεθισμένος
πράξῃς προπετῶς· ὀργῆς γὰρ ἀλογίστου κρατεῖν
ἐν ταῖς ταραχαῖς μάλιστα τὸν φρονοῦντα δεῖ.
τὸ δ᾽ ὀξύθυμον τοῦτο καὶ λίαν πικρὸν
δεῖγμ᾽ ἔστιν εὐθὺς πᾶσι μικροψυχίας.

Vs. 1. Clericus *εἰ γάρ*, nescio unde. — Vs. 2. Schowii Cod. *πράξεις*, non male. V. Schaeferus ad Brunckii Poet. Gnom. p. 318. Vulgatum tenet Anton. Mel. LXXVIII. p. 134. Gesn. — Vs. 3. *ἐν ταῖς ταραχαῖς in ipso affectus aestu*, ut bene Clericus, qui comparat Senec. de Ira II. 29. — Vs. 3. 4. vulgo a reliquis separantur. At bene cum reliquis coeunt: itaque conjunxi. Praeterea tres priores versus Philistioni h. e. Philemoni tribuit margo Antonii l. c.

XXVI.

Apud Stobaeum Serm. CXV. p. 588. Gesn. CXVII. p. 479. Grot.:

Ὀχληρὸν ὁ χρόνος ὁ πολύς. ὦ γῆρας βαρύ,
ὡς οὐδὲν ἀγαθόν, δυσχερῆ δὲ πόλλ᾽ ἔχεις
τοῖς ζῶσι καὶ λυπηρά. πάντες εἰς σὲ δὲ
ἐλθεῖν ὅμως εὐχόμεθα καὶ σπουδάζομεν.

Recepit Stephan. Com. Gr. p. 159. — Vs. 1. ante Grot. *τὸ γῆμαι βαρύ.*

XXVII.

Apud Stobaeum Serm. LXXI. p. 431. Gesn. LXXIII. p. 310. Grot.:

Καί τοι τί λογίζομ᾽ ὁ κακοδαίμων προσδοκῶν
χάριν παρὰ γυναικὸς κομιεῖσθαι; μὴ μόνον
κακόν τι προσλάβοιμι, καὶ κάλλιστ᾽ ἔχει.
οὐκ ἐν γυναικί φύεται πλείστη χάρις.

Vs. 1. ap. Stob. καίτοι λογίζομ'. V. Bentl. p. 86. Idem vs. 4. pro πλείστη eleganti conjectura posuit πιστή. Illud frustra opinor tuéri conatus est Toup. Em. in Suid. p. 496. ed. Lips. comparans solennem gratias agendi formulam πλείστη χάρις. Mira est Grotii ratio: ὃ κ' ἐν. γ. φ. πλείων χάρις.

XXVIII.

Apud Stobaeum Serm. XV. p. 152. Gesn. p. 89. Grot.:

Ἂν μὲν πλέωμεν ἡμερῶν που τεττάρων
σκεπτόμεθα τἀναγκαῖ' ἑκάστης ἡμέρας.
ἂν δέῃ δὲ φείσασθαί τι τοῦ γήρως χάριν,
οὐ φειδόμεσθ' ἐφόδια περιποιούμενοι.

Recepere Stephan. Com. Gr. p. 92. et Brunck. P. Eth. p. 189. Philemoni non Menandro locum tribuit Schowius Codd. auctoritatem sequutus. — Vs. 2. Schowius nescio unde τἀναγκαίων. — Vs. 3. ἂν δέῃ. Ita dedi e cod. B., ubi tamen simpliciter δέῃ, omissa part. ἄν, Vulgo ἂν ᾖ quod Brunck. in δέον mutavit. Verbi δέῃ in unam syllabam coalescentis exempla exhibui Curis crit. p. 14. Aliam rationem iniit Reisigius Conj. in Arist. I. p. 44. Cfr. Elmsley ad Euripidis Medeam p. 164. — Vs. 4. scripsi φειδόμεσθα e codd. Schowii. Idem in suo cod. reperit Brunckius. Vulgo φεισόμεσθα, addito in fine versus signo interrogationis. Utro modo legatur parum interest.

XXIX.

Apud Stobaeum Serm. CVI. p. 567. Gesn. CVIII. p. 453. Grot.:

Ἔνεγκ' ἀτυχίαν καὶ βλάβην εὐσχημόνως.
τοῦτ' ἔστιν ἀνδρὸς νοῦν ἔχοντος, οὐκ ἄνω
ἀνασπάσας τις τὰς ὀφρῦς οἴμοι λαλεῖ,
ἀλλ' ὃς τὰ αὑτοῦ πράγματ' ἐγκρατῶς φέρει.

Vs. 3. οἴμοι debetur Gesnero pro vulgato εἰ μή. Recepit etiam Grotius, et jam ante Grotium Stephanus Com. Gr. p. 122., qui praeterea ingeniose scripsit: ἀνασπάσαντα — λαλεῖν. Hoc etiam recepit Grotius. Fort. lenius corrigas οὐκ ἐὰν — λαλῇ. — Vs. 4. verba, ὃς — φέρει, sive meam sive Steph. rationem sequaris, ἀνακολούθως illata. Panyasis ap. Brunck. Poes. Eth. p. 130. ἀρετή νύ τίς ἐστι καὶ αὕτη, ὅς κ' ἀνδρῶν πολὺ πλεῖστον — πίνῃ. Aristoph. Thesm. 177.

σοφοῦ πρὸς ἀνδρός, ὅστις — οἷός τε συντέμνειν λόγους. Cf. Oppian. Halieut. I, 277. et Schaefer. ad Plat. Soph. p. 388. Imitantur Latini. Ennius ap. Gellium VII, 17.

Ea libertas est qui pectus purum et firmum gestitat.

Pro *τὰ αὑτοῦ* scribendum videtur *τά γ' αὑτοῦ.*

XXX.

Apud Scholiastem Victor. Heyn. ad Iliad. Vol. VIII. p. 191. *καὶ Μένανδρός φησιν·*

Καὶ τοῦτο θύων οὐδεπώποτ' ηὐξάμην
ἐγὼ τὸ σῶζον τὴν ἐμὴν οἰκίαν,
ἀλλὰ παρέλιπον οἰκετῶν εἶναι στάσιν,
ἔνδον παρ' αὐτῷ πρᾶγμα χρησιμώτατον.

Proferuntur hi versus eo consilio a Scholiasta, ut Jovem deorum contentione oblectari doceat. Vs. 2. legam *συνοικίαν.* Gravior corruptela vs. 3. latet. Non sufficit opinor *παρέλειπον.* Summam sententiae reddidit Schol. A. *οὔποτε θύων εὐξάμην ἄλλως σώζεσθαι τὴν οἰκίαν ἢ στάσιν οἰκετῶν εἶναι ἐν αὐτῷ.* Ex quibus alii videant, num quid ad lectionem constituendam eliciant. Vs. 4. erat *αὐτῷ.* Fort. *παρ' ἐμαυτῷ.*

XXXI.

Apud Stobaeum Serm. X. p. 126. Gesn. p. 67. Grot.

Πλεονεξία μέγιστον ἀνθρώποις κακόν.
οἱ γὰρ θέλοντες προσλαβεῖν τὰ τῶν πέλας
ἀποτυγχάνουσι πολλάκις νικώμενοι,
τὰ δ' ἴδια προστιθέασι τοῖς ἀλλοτρίοις.

Idem locus apud Anton. Mel. 41. p. 65. Recepit Stephan. Com. Gr. p. 169. et Brunck. P. Eth. p. 191. Sententiam manifesta imitatione expressit Dio Chrysost. Or. XVIII. p. 249. d. *πλεονεξία δὲ μέγιστόν ἐστιν αὐτῷ τινι κακόν, λυπεῖ δὲ καὶ τοὺς πέλας.*

XXXII.

Apud Hermog. de Inv. IV. p. 74. *ὅπου δ' ἂν ὁ νοῦς αἰσχρὸς ᾖ, τότε χρεία τῆς σεμνότητος τοῦ λόγου — ὡς παρὰ τῷ Μενάνδρῳ.*

Πομπὴ γὰρ ἦν Διονυσίων·
ὁ δέ μ' ἠκολούθησε μεχρὶ τοῦ πρὸς τὴν θύραν,
ἔπει-

ἔπειτα φοιτῶν καὶ κολακεύων μητέρα
ἔγνω με.

Emendavit haec Bentl. p. 106. ubi vide. Vs. 2. cave μ' ἠκολ. pro μοι scriptum putes; ἀκολουθεῖν τινα rectissime dici docuit Lobeck. ad Phryn. p. 354. Quod postremo versu legitur ἔγνω με, *cognovit me*, honestum est in re venerea dicendi genus, de quo vide quos Clericus laudat Nunnesium ad Phryn. Ecl. p. 10. et Gatak. de St. N. T. p. 74. F. De latino *cognoscere* exempla collegerunt Heraldus ad Iambl. V. p. 154. et Intpp. Ovid. Epist. Hypsip. 43. Totum locum ad verbum transtulit Plautus Cistell. I, 1, 91. ubi Silenium narrat: *per Dionysia Mater pompam me spectatum duxit. dum redeo domum Conspicillo consecutust clanculum me usque ad foris. Inde in amicitiam insinuavit cum matre et mecum simul, Blanditiis, muneribus, donis.* ubi Menandri versus comparavit Lambinus, teste Porsono Tracts and Miscell. crit. p. 252.

XXXIII.

Apud Athenaeum Tom. I. p. 277. ed. Schweigh., qui primus hunc locum e MS. Par. edidit:

Τῆς σκιᾶς τὴν πορφύραν
πρῶτον ἐνυφαίνουσ'· εἶτα μετὰ τὴν πόρφυραν
τοῦτ' ἔστιν, οὔτε λευκὸν οὔτε πόρφυρα,
ἀλλ' ὥσπερ αὐγὴ τῆς κρόκης κεκραμένη.

Describi varios texturae colores, manifestum est. Insunt tamen quae difficilem explicatum habeant, in his priora verba, quae ab aliis mihi explicari velim.

XXXIV.

Apud Sext. Emp. Pyrrh. Hypoth. I, 108. p. 29. παρὰ τὸ φιλεῖν ἢ μισεῖν (sc. accidit ut eadem vel turpia vel pulchra nobis videantur), ὅτι κρέα ὕειά τινες μὲν ἀποστρέφονται καθ' ὑπερβολήν, τινὲς δὲ ἥδιστα προσφέρονται· ὅθεν καὶ ὁ Μένανδρος ἔφη·

Οἷος δὲ καὶ τὴν ὄψιν εἶναι φαίνεται,
ἀφ' οὗ τοιοῦτος γέγονεν, οἷον θηρίον.
τὸ μηδὲν ἀδικεῖν καὶ καλοὺς ἡμᾶς ποιεῖ.

Sententiam loci a Grotio Exc. p. 756. minus intellectam aperuit Bentl. p. 74.

XXXV.

Apud Plutarch. de Virt. mor. p. 450. c. Ὁ Χρύσιππος εἰπὼν ὅτι τυφλὸν ἡ ὀργὴ — εἶτα χρῆται μάρτυρι τῷ Μενάνδρῳ λέγοντι·

Οἴμοι τάλας ἔγωγε. ποῦ ποθ' αἱ φρένες
ἡμῶν ἐκεῖνον ἦσαν ἐν τῷ σώματι
τὸν χρόνον, ὅτ' οὐ ταῦτ' ἀλλ' ἐκεῖν' ἡρούμεθα;

Vs. 1. editur ποτε φρένες. Correxit Grot. Exc. p. 755. Item Gatak. ad Anton. V, p. 174. F. et Bentl. p. 93. — Vs. 2. poetam non librarios corrigere putandus est Wakef. S. C. I. 1. p. 46. conjectans ἦσαν ἐπτερωμέναι. — Vs. 3. editur vulgo τὸν χρόνον, οὐ ταῦτ' — quod certatim corrigunt, Meziriac., Gatakerus Posth. 29. p. 738. B. Bentl. l. c., Erfurdt. Horreo Regiomont. III. p. 442. Zedel. Magaz. für Schull. II. p. 369.

XXXVI.

Apud Pallad. de vita S. Jo. Chrysost. p. 142. ed. Big. δεινὸν κολακεία, κατὰ τὸν κωμικὸν Μένανδρον, μετὰ δυστροπίας συγκεκλωσμένη, καθὼς λέγει·

Χαλεπὸν, Παμφίλη,
ἐλευθέρᾳ γυναικὶ πρὸς πόρνην μάχη.

Editur μάχεσθαι. Veram lectionem praebuit Cyrillus in Jul. VII. p. 229. A. Quae sequuntur apud Palladium πλείονα οἶδεν, πλείονα κακουργεῖ, αἰσχύνεται οὐδένα, κολακεύει μᾶλλον non Menandri videntur sed Palladii. Pro Παμφίλη Grotius in Exc. p. 757. e Cyrillo Πάμφιλε. Fortasse recte.

XXXVII.

Apud Plutarch. de Sui Laude p. 547. c. ἔνιοι μὲν οὖν κολακεύοντες αὐτοὺς — προσπυνθάνονται καὶ διερωτῶσιν, ὡς παρὰ Μενάνδρῳ τὸν στρατιώτην, ἵνα γελάσωσι·

Πῶς τὸ τραῦμα τοῦτ' ἔχεις;
μεσαγκύλῳ. πῶς πρὸς θεῶν; ἐπὶ κλίμακα
πρὸς τεῖχος ἀναβαίνων. ἐγὼ μὲν δεικνύω
ἐσπουδακώς· οἱ δὲ πάλιν ἐπεμυκτήρισαν.

De μεσαγκύλῳ Clericus laudat Lipsium Poliorc. IV, 5. Postremo versu Porson. Advers. p. 292. corr. οἱ δὲ πάλιν ἐμ' ἐμυκτήρισαν. Causam mutationis non video. Respexit ad hunc locum Trypho de Tropis in Museo Cantabr. I. p. 59.

μυκτηρισμός ἐστι τὸ μετὰ ποιᾶς κινήσεως καὶ συναγωγῆς τῶν μυκτήρων γινόμενον. ὥσπερ καὶ Μένανδρός φησιν· οἱ δὲ πάλιν ἐμυκτήρισαν. καὶ τὸ ἐπέμυξαν τινὲς οὕτως εἰλήφασιν. ubi male editor, sedem fragmenti ignorans, conjecit οἱ δὲ πάλιν ἐμοῦ 'μυκτήρισαν. Corrigendus hinc etiam Moschopulus Opusc. Gramm. p. 85. ubi idem Menandri locus legitur.

XXXVIII.

Apud Plutarchum l. c. κόλακι καὶ παρασίτῳ καὶ δεομένῳ δύσοιστον ἐν χρείᾳ καὶ δυσκαρτέρητον ἑαυτὸν ἐγκωμιάζων πλούσιός τις ἢ σατράπης ἢ βασιλεύς. καὶ συμβολὰς ταύτας ἀποτίνειν μεγίστας λέγουσιν, ὡς ὁ παρὰ Μενάνδρῳ·

Σφάττει με, λεπτὸς γίνομ' εὐωχούμενος.
τὰ σκώμμαθ' οἷα τὰ σοφά τε καὶ στρατηγικά.
οἷος δ' ἀλαζὼν ἔστιν ἁλιτήριος.

Recte Clericus Gnathonis cujuspiam verba esse monuit, qui licet laute a milite exceptus gloriationes tamen ejus ferre non potuit. Vs. 2. bene, opinor, Grot. Exc. p. 757. artic. ante σοφά delevit. Vs. 3. erat ἀλιτήριος. V. Porson. Advers. p. 75.

XXXIX.

Apud Plutarch. Vit. Alex. Tom. IV. p. 274. ed. Tub. ἡ δὲ τῆς Παμφυλίας παραδρομὴ πολλοῖς γέγονε τῶν ἱστορικῶν ὑπόθεσις γραφικὴ πρὸς ἔκπληξιν καὶ ὄγκον — δηλοῖ δὲ καὶ Μένανδρος ἐν κωμῳδίᾳ παίζων πρὸς τὸ παράδοξον·

Ὡς Ἀλεξανδρῶδες ἤδη τοῦτο· κἂν ζητῶ τινα,
αὐτόματος οὗτος παρέσται· κἂν διελθεῖν δηλαδὴ
διὰ θαλάσσης δέῃ τόπον τιν', οὗτος ἔσται μοι βατός.

Ad eandem rem spectat Schol. Vict. ap. Heyn. ad Hom. Vol. VI. p. 642. τόπον παρεῖχε τῷ θεῷ ἡ θάλασσα. καὶ τί θαῦμα; καὶ γὰρ Ἀλεξάνδρῳ φησὶ τὸ κατὰ Παμφυλίαν (sic leg.) πέλαγος Καλλισθένης. Menandri locum in Excerpta retulit Grot. p. 759. qui quod vs. 3. legitur δέῃ mutavit in δεῖ. Vide ad Fragm. 28.

XL.

Apud auct. Comp. Menandri et Phil. p. 357. Μένανδρος περὶ πενίας·

Πένητος οὐδέν ἐστι δυστυχέστερον.
ἅπαντα μοχθεῖ, κἀγρυπνεῖ, κἀργάζεται,
ἵν' ἄλλος ἐλθὼν μεταλάβῃ καὶ κτήσηται.

Vs. 1. editur πεν. ἀνδρὸς οὐκ ἔστι δ.; correxit Grot. Exc. p. 759. Possis etiam π. ἀνδρὸς οὐδὲν ἔστ' ἀτυχέστερον. Ita Diphil. ap. Brunck. P. Eth. p. 189. πένητος ἀνδρὸς οὐδὲν εὐτυχέστερον. Gregorius Naz. Tetrast. p. 69. πένητος ἀνδρὸς οὐδὲν ἀσφαλέστερον. — Vs. 3. Grotius non sine piaculo grammatico dedit μεταλάβοι κτήσαιτό τε. Fort. μεταλάβῃ τῆς κτήσεως.

XLI.

Apud auct. Comp. Men. et Phil. p. 362. Μένανδρος περὶ Λογισμῶν·

Ἄνθρωπε, μὴ στέναζε, μὴ λυποῦ μάτην.
χρήματα, γυναῖκα, καὶ τέκνων πολλῶν σποράν,
ἅ σοι Τύχη κέχρηκε, ταῦτ' ἀφείλετο.

Ita praeclare Grotius Exc. p. 763. correxit vulgatum ἅ σοι κεχώρικε Τύχη. Plutarch. Cons. Apoll. p. 116. A. οὐ δεῖ οὖν δυσφορεῖν ἐὰν ἃ ἔχρησαν ὑμῖν (οἱ θεοὶ) ταῦτα ἀπαιτῶσιν.

XLII.

Apud Stobaeum Ecl. Phys. T. I. p. 237. ed. Heeren.:

Οὐκ ἔστ' ἄπιστον οὐδὲν ἐν θνητῷ βίῳ,
οὐδ' ἂν γένοιτο. πολλὰ ποικίλλει χρόνος
παράδοξα καὶ θαυμαστὰ καὶ ζώντων τρόποι.

Grotius hunc locum tribuit Chaeremoni; Menandro cum trium codd. auctoritate assignavit editor Goettingensis.

XLIII.

Apud Stobaeum Ecl. Phys. T. II. p. 336. ed. Heeren.:

Ἀδύνατον, ὥς ἐστίν τι σῶμα τῆς Τύχης.
ὁ μὴ φέρων δὲ κατὰ φύσιν τὰ πράγματα
Τύχην προσηγόρευσε τὸν ἑαυτοῦ τρόπον.

De primo versu dixit Bentl. p. 73. frustra, opinor, corrigens ἀδύνατον ὄντως ἐστὶ τοὔνομα τῆς Τύχης. Sensus vulgatae lectionis hic est: *Fortunam nihil esse nisi inanem quandam imaginem, sine corpore et specie, kein in der Wirklichkeit existirendes Wesen.* Compares Caesaris di-

ctum apud Sueton. Vit. Jul. Caes. 77. *nihil esse rempublicam, appellationem modo, sine corpore ac specie.*

XLIV.

Apud Stobaeum Serm. III. p. 35. Gesn. p. 14. Grot., qui incerto poetae hunc locum tribuit, eodem errore, cujus originem jam aliquoties monstravimus; inspice ipsum Stobaeum. Locus hic est:

Κἂν σφόδρα σαφῶς εἰδῇς τι, τὸν κρύπτοντά σε
μηδέποτ' ἐλέγξῃς. δύσκολον γὰρ πρᾶγμ' ἐστὶ
ἃ λανθάνειν τις βούλεται, ταῦτ' εἰδέναι

Vs. 2. Gesnerus et Grot. conj. *πρᾶγμ' ἔφυ.* Jacobs. ad Athen. p. 47. *πρᾶγμ' ἀεί,* improbante, ut videtur, etiam Reisigio Conject. I. p. 220. Fort. *δ. πρ. ἐστὶ γάρ,* vel *δύσκολον γάρ, πράγματα, Ἃ λανθ.*

XLV.

Apud Stobaeum Serm. III. p. 37. Gesn. p. 19. Grot.:

Ὅταν ἕτερός σοι μηδὲ ἓν πλέον διδῷ,
δέξαι τὸ μόριον· τοῦ λαβεῖν γὰρ μηδὲ ἓν
τὸ λαβεῖν ἔλαττον πλεῖον ἔσται σοι πολύ.

Vs. 1. *μηδὲ ἓν πλέον, nisi quis plus tibi dederit, quam ille, qui particulam daturus est, tu hanc sume potius quam nihil.* *Τοῦ γε μηδενὸς τὸ μικρὸν ἄμεινον,* ut ait Libanius Orat. II. p. 91. a., si quis forte hoc nesciat. Frustra igitur Bentl. p. 74. *μηδὲ ἓν τέλεον διδῷ.*

XLVI.

Apud Stobaeum Serm. III. p. 53. Gesn. p. 29. Grot.:

Πρὶν γὰρ φρονεῖν εὖ καταφρονεῖν ἐπίστασαι.
οὐ χρὴ ποδώκη τὸν τρόπον λίαν φορεῖν.
σφαλεὶς γὰρ οὐδεὶς εὖ βεβουλεῦσθαι δοκεῖ.

Menandri nomen e codd. adscripsit Schowius p. 111. Nam in Stob. Gesn. et Grot. hi versus Chaeremoni, cujus fragmentum proxime antecedit, tribuuntur. Ac habent sane duo postremi versus tragicum potius quam comicum colorem. Itaque non repugnem, si quis hos quidem Chaeremoni tribuat; primus vero Menandri videtur. Ac fallitur Grotius, qui duorum primorum versuum sententiam

continuavit. Ceterum Schowii codd. voculam εὖ post φρονεῖν omittunt. Hoc quidem male.

XLVII.

Apud Stobaeum Serm. VII. p. 86. Gesn. p. 47. Grot.:

Ὅταν τι πράττης ὅσιον, ἀγαθὴν ἐλπίδα
πρόβαλλ' ἑαυτῷ, τοῦτο γινώσκων ὅτι
τόλμῃ δικαίᾳ καὶ θεὸς συλλαμβάνει.

Ad Χαλκεῖα quo auctore hoc fragm. relatum sit a Clerico, non intelligitur. Vs. 1. Grotius πράττεις. Idem vs. 2. πρόβαλλε σαυτῷ e Cod. MS.; vulgatum retinuit etiam Bentl. p. 76. Vid. Reisigius Conj. in Arist. I. p. 206. Similem sententiam e Demosth. pro Cor. p. 258. 23. excitavit Dorv. ad Charit. p. 568. Cf. Philostr. V. S. I. p. 504. ubi vitiose editur προσβαλλομένους ἐλπίδα.

XLVIII.

Apud Stobaeum Serm. XXXVII. p. 220. Gesn. p. 137. Grot.:

Σὺ μὲν παραινεῖς ταῦτα, ὅσσα σοι πρέπει·
ἐμὲ δὲ ποιεῖν τὸ καθῆκον οὐχ ὁ σὸς λόγος,
εὖ ἴσθ' ἀκριβῶς, ὁ δ' ἴδιος πείθει λόγος.

Idem locus apud Anton. Mel. 97. p. 159. — Vs. 1. Bentl. p. 80. ταῦτα χὤσα. Fort. ταῦθ', ὁποῖα, nisi malis ταῦθ', ὅσα, ut in fine versus personae nomen exciderit. — Vs. 3. εὖ ἴσθ' ἀκριβῶς. Aristoph. Pac. 1302. εὖ γὰρ οἶδ' ἐγὼ σαφῶς. Sophocl. Oed. T. 958. σαφῶς εὖ ἴσθι ubi v. Schaeferum.

XLIX.

Apud Stobaeum Serm. XL. p. 236. Gesn. XLII. p. 161. Grot., et apud Anton. Mel. 53. p. 79.:

Ὅστις δὲ διαβολαῖσι πείθεται ταχύ,
ἤτοι πονηρὸς αὐτός ἐστι τοὺς τρόπους,
ἢ παντάπασι παιδαρίου γνώμην ἔχων.

Recepere Steph. Com. Gr. p. 148. et Brunck. P. Eth. p. 192. Primo versu Grot. operarum errore πείθηται, quem retinuit Gataker. ad Antonin. p. 4. Vs. 2. Anton. τὸν τρόπον.

L.

Apud Stobaeum Serm. XL. p. 236. Gesn. XLII. p. 161. Grot.:

Οὐδὲν διαβολῆς ἐστιν ἐπιπονώτερον.
τὴν ἐν ἑτέρῳ γὰρ κειμένην ἁμαρτίαν
εἰς μέμψιν ἰδίαν αὐτὸν ἐπάναγκες λαβεῖν.

Servavit etiam Anton. Mel. 53. p. 79. Tertium versum emendavit Salmasius. Vulgatur enim ἀεὶ μέμψιν. Gesn. tentabat ὡς μέμψιν.

LI.

Apud Stobaeum Serm. XLIV. p. 307. Gesn. XLVI. p. 179. Grot.:

Ἡ νῦν ὑπό τινος χρηστότης καλουμένη
μεθῆκε τὸν ὅλον εἰς πονηρίαν βίον·
οὐδεὶς γὰρ ἀδικῶν τυγχάνει τιμωρίας.

Vs. 1. Grotius dedit ὑπὸ τινῶν. Vs. 2. editur vulgo ἀπορίαν pro πονηρίαν, quod recte Grotius e margine Gesner. adscivit.

LII.

Apud Stobaeum Serm. XLIII. p. 502. Gesn. XLV. p. 175. Grot.:

Δεῖ τὸν πολιτῶν προστατεῖν αἱρούμενον
τὴν τοῦ λόγου μὲν δύναμιν οὐκ ἐπίφθονον,
ἤθει δὲ χρηστῷ συγκεκραμένην ἔχειν.

Sententia cothurno quam socco dignior.

LIII.

Apud Stobaeum Serm. LX. p. 381. Gesn. LXII. p. 235. Grot.:

Τί διακενῆς εἶ χρηστός; εἰ μὲν ὁ δεσπότης
αὐτὸς ἀπολεῖ πάντα, σὺ δὲ μηδὲν λαμβάνεις.
σαυτὸν ἐπιτρίβεις, οὐδ᾽ ἐκεῖνον ὠφελεῖς.

Vs. 1. εἰ μὲν e conj. addidi, et vs. 2. μηδὲν scripsi pro μή. Grotius vs. 1. εἰ ὁ et vs. 2. αὐτὸς μὲν dederat, quod tenens Bentl. p. 83. primo versu dedit εἶθ᾽ ὁ δεσπότης.

LIV.

Apud Stobaeum Serm. LXVI. p. 419. Gesn. LXVIII. p. 283. Grot.:

Πατρῷ' ἔχειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα.
τὰ μετὰ γυναικὸς εἰσιόντ' εἰς οἰκίαν
οὔτ' ἀσφαλῆ τὴν κτῆσιν οὔθ' ἱλαρὰν ἔχει.

Vs. 1. *τὸν καλῶς εὐδαίμονα.* Ita Cratinus Omphale ap. Athen. p. 669. b. *Πίνειν μένοντα τὸν καλῶς εὐδαίμονα Κρεῖττον.* Aeschylus ap. Clem. Alex. Str. VI. p. 263. *Οἴκοι μένειν χρὴ τὸν καλῶς εὐδαίμονα.* — Vs. 2. editur *τὰ μετὰ δὲ γυναικός.* Correxi e Serm. LXX. p. 428. Gesn., ubi duo postremi versus repetuntur. Porson. Advers. p. 256. particulam post *γυναικὸς* inseruit. — Vs. 3. altero loco Stobaeus *οὐκ ἀσφαλῆ — οὐδ' ἱλαράν.*

LV.

Apud Stobaeum Serm. LXX. p. 430. Gesn. LXXII. p. 295. Grot.:

Ὅστις γυναῖκ' ἐπίκληρον ἐπιθυμεῖ λαβεῖν
πλουτοῦσαν, ἤτοι μῆνιν ἐκτίνει θεῶν,
ἢ βούλετ' ἀτυχεῖν μακάριος καλούμενος.

Sententiam loci, si quis talibus delectatur, similibus locis illustravere Valcken. Diatr. p. 274. et Stephanus Com. Gr. p. 162.

LVI.

Apud Stobaeum Serm. LX. p. 382. Gesn. LXII. p. 237. Grot.:

Ἐμοὶ πόλις ἐστὶ καὶ καταφυγὴ καὶ νόμος,
καὶ τοῦ δικαίου τοῦ τ' ἀδίκου παντὸς κριτής,
ὁ δεσπότης. πρὸς τοῦτον ἕνα δεῖ ζῆν ἐμέ.

LVII.

Apud Stobaeum Serm. LXVIII. p. 423. Gesn. LXX. p. 291. Grot.:

Ὅταν πένης ὢν καὶ γαμεῖν τις ἑλόμενος
τὰ μετὰ γυναικὸς ἐπιδέχηται χρήματα,
αὑτὸν δίδωσιν, οὐκ ἐκείνην λαμβάνει.

Recepit Stephan. Com. Gr. p. 150. Prioris versus stru-

cturam attigit Porson. ad Hecub. 788. Vs. 2. pro *μετὰ* in marg. Gesn. notatur varia lectio *παρά*.

LVIII.

Apud Stobaeum Serm. LXVIII. p. 423. Gesn. LXX. p. 291. Grot.:

Δύ᾽ ἔσθ᾽, ἃ κρίναι τὸν γαμεῖν μέλλοντα δεῖ,
ἤτοι προσηνὴς ὄψις ἢ χρηστὸς τρόπος.
τὴν γὰρ ὁμόνοιαν τὴν πρὸς ἀλλήλους ποιεῖ.

Recepit Stephan. Com. Gr. p. 108. Sec. vs. emendavit Bentl. p. 86. Editur vulgo *προσηνῆ ὄψιν* et *χρηστὸν τρόπον*, quod retinuit V. D. in Actis Erudit. Lips. 1711. p. 35. post *προσηνῆ* inserens partic. *γέ*. — Vs. 3. Steph. l. c. *τὴν ὁμόνοιαν γάρ*, Grot. *ταῦτα γὰρ ὁμόνοιαν*, Bentl. denique *τὰ γὰρ ὁμόνοιαν*. Nihil horum sine vitio aliquo vel prosodico vel metrico vel grammatico. Nec sane video, cur vulgata lectio tantopere displicuerit triumviris illis. Eandem tuetur Porson. in Tracts and Misc. Crit. p. 251.

LIX.

Apud Stobaeum Serm. LXXVII. Gesn. LXXIX. p. 337. Grot.:

Αἰσχύνομαι τὸν πατέρα, Κλειτοφῶν, μόνον.
ἀντιβλέπειν ἐκεῖνον οὐ δυνήσομαι
ἀδικῶν· τὰ δ᾽ ἄλλα ῥαδίως χειρώσομαι.

Ita Bentl. dedit pro *ἀδίκως*. Vid. p. 88.

LX.

Apud Stobaeum Serm. LXXVII. p. 452. LXXIX. p. 337. Grot.:

Ὑπερήφανόν που γίνεθ᾽ ἡ λίαν τρυφή,
ὅ τε πλοῦτος ἐξώκειλε τὸν κεκτημένον
εἰς ἕτερον ἦθος, οὐκ ἐν ᾧ τὸ πρόσθεν ἦν.

Recepere Steph. Com. Gr. p. 174. et Brunck. P. Eth. p. 242.

LXI.

Apud Stobaeum Serm. XCV. p. 516. Gesn. XCVII. p. 389. Grot.:

Κρεῖττον γάρ ἐστιν, ἂν σκοπῇ τις κατὰ λόγον,

μὴ πόλλ' ἀηδῶς, ὀλίγα δ' ἡδέως ἔχειν,
πενίαν δ' ἄλυπον μᾶλλον ἢ πλοῦτον φέρειν.

LXII.

Apud Stobaeum Serm. XCVI. p. 529. Gesn. XCVIII. p. 407. Grot:

Ἄνευ κακῶν γὰρ οἰκίαν οἰκουμένην
οὐκ ἔστιν εὑρεῖν, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἡ τύχη
τούτων δίδωσιν ἀφθονίαν, τοῖς δ' οἱ τρόποι.

Eandem sententiam iisdem fere verbis expressit Herondas Iambographus ap. Stob. l. c. p. 528.

ὡς οἰκίην οὐκ ἔστιν εὐμαρέως εὑρεῖν
ἄνευ κακῶν ζώουσαν.

Cf. Susario apud Suid. II. p. 743. et Schol. Dion. Thrac. p. 748.

LXIII.

Apud Stobaeum Serm. CV. p. 564. Gesn. CVII. p. 445. Grot.:

Ὦ μεταβολαῖς χαίρουσα παντοίαις Τύχη,
σόν ἐστ' ὄνειδος τοῦθ', ὅταν οὗτος ὢν ἀνὴρ
δίκαιος ἀδίκοις περιπέσῃ συμπτώμασιν.

Vs. 2. addidi ὢν post οὗτος. Grot. ὅταν οὕτως ἀνήρ. Stephan. Com. Gr. p. 180. et Porsonus Advers. p. 256. ὅταν τις ὢν ἀνήρ.

LXIV.

Apud Stobaeum Serm. XX. p. 171. 33. Gesn. p. 105. Grot.:

Ὀργῇ παραλογισμός ποτ' οὐδεὶς φύεται·
αὐτη κρατεῖ νῦν· ἂν δὲ μικρὸν παρακμάσῃ
κατόψεταί τι μᾶλλον εἰς τὸ συμφέρον.

Schowii Cod. A. Philemoni tribuit. Vs. 1. recte Grot. οὐδεὶς pro οὐδὲ εἷς. Idem φαίνεται pro φύεται. Si quid mutandum malim γίνεται. — Vs. 2. ἢν δὲ Grot. — Vs. 3. male Grot. κατόψεαι.

LXV.

Apud Stobaeum Serm. CXII. p. 582. Gesn. CXIV. p. 471. Grot.:

Τῷ μὲν τὸ σῶμα διατεθειμένῳ κακῶς
χρεία 'στὶν ἰατροῦ, τῷ δὲ τὴν ψυχὴν φίλου.
λύπην γὰρ εὔνους οἶδε θεραπεύειν φίλος.

Recepere Steph. Com. Gr. p. 172. et Brunck. P. Eth. p. 193. — Vs. 1. articulum ante *σῶμα* addidit Grot. — Vs. 2. Stobaeus *χρεί' 'στιν ἰατροῦ.* Grot. *χρεί' ἐστίν.* Bentl. p. 95. *χρεί' ἐστ' ἰατροῦ.* Recte Brunck. *χρεία 'στίν.* Cf. Porson. Adv. p. 109. — Vs. 3. *φίλος.* Brunckius non monito lectore *λόγος,* quod duxisse videtur e Gnom. monost. 319. *Λύπην γὰρ εὔνους οἶδεν ἰᾶσθαι λόγος.*

LXVI.

Apud Stobaeum Serm. CXXII. p. 497. Grot.:

Ὅταν ᾖ γέρων τις ἐνδεής τε τὸν βίον,
οὐδ' αὐτὸ θνήσκειν δεινόν· ἀλλ' ἐν τῷ καλῷ
ἑκάτερον αὐτῶν τὴν ἀνάγνωσιν φέρει.

Grotius: *Hoc fragm. est ex MS. A. Nos in versus digessimus, quae ibi confusa exstabant.* Vellem docuisset vir summus, quomodo haec in Cod. scripta reperisset. Vs. 2. *οὐδ' αὐτὸ θνήσκειν.* Ita Codex. Grotius *οὐδ' ἂν τὸ θνήσκειν.* Zedelius Magazin für Schull. II. p. 370. *οὐδὲν τὸ θνήσκειν.* Quod praeferendum videtur. Idem corrigit *ἐν τῷ καλῷ* hoc sensu: *sed commodum res utraque, senectus et egestas, mortis consilium affert.* At neque *ἐν τῷ καλῷ* est *commodum,* neque *ἀνάγνωσις consilium.* Grotius vertit: *sed cum faciliter vita agitur, tunc utriusque discrimen patet.* Quae sententia quomodo cum graecis verbis conciliari queat, non intelligo. Videant alii, an probabilem emendandi rationem inveniant.

LXVII.

Apud Anton. Meliss. Serm. LXXVIII. p. 134. Gesn.:

Πρᾷον κακοῦργος σχῆμ' ὑπεισελθὼν ἀνὴρ
κεκρυμμένη κεῖται παγὶς τοῖς πλησίον.

Primum versum emendavit Grot. Exc. p. 755. Legitur vulgo *ἀνὴρ κακ. πρ. ὑπ. σχῆμα.* Vs. 2. dedi *κεῖται* pro *πρόκειται.* Grot. dedit *κεκρ. παγὶς προκ. τοῖς πέλας.*

LXVIII.

Apud Anton. Meliss. Serm. LX. p. 61. Gesn.:

Ἐμὲ δ' ἀδικείτω πλούσιος καὶ μὴ πένης·
ῥᾷον φέρειν γὰρ κρειττόνων τυραννίδα.

Primo versu vulgatur *ἀδικείτω με πλούσιος*. Correxit Grot. Exc. p. 759. Possis etiam *ἀδικησάτω με πλούσιος* —. Totum locum cur spurium judicaverit Porsonus Tracts and Misc. crit. p. 252., non intelligitur.

LXIX.

Eustath. ad Hom. p. 752. 59. ed. Rom. *φερνία δὲ ἰχθύων σπυρίδες. Μένανδρος·*

— Ὁ προσιὼν
γέρων ἁλιεύς, παρ' οὗ τὸ φερνίον τρίτην
ταύτην ἐπριάμεθ' ἡμέραν. —

Versus distinxit Bentl. p. 7. Ad *Ἁλιεῖς* temere retulit Clericus. De *φερνίῳ*, *cophino*, instrumento piscatorio, vide T. H. ad Hesych. I. p. 589. et Valck. ad Ammon. p. 145.

LXX.

Apud Stobaeum Serm. III. p. 35. Gesn. p. 15. Grot.:

Ἆρ' ἔστιν ἀγαθῶν παμπλείστων αἰτία
ἡ σύνεσις, ἂν ᾖ πρὸς τὰ βελτίω σοφή.

Priora verba *ἆρ' ἔστιν ἀγαθῶν* e cod. Paris. A. supplevit Grotius. Pro *παμπλείστων* quid scripserit poeta, fortasse alii eruent. Barbarum est quod Grotius dedit *παντα-πλείστων*.

LXXI.

Apud Stobaeum Serm. CV. p. 564. Gesn. CVIII. p. 447. Grot.:

Πολλοὺς δι' ἀνάγκην γὰρ πονηροὺς οἶδ' ἐγώ,
ὅταν ἀτυχήσωσιν, γεγονότας, οὐ φύσει
ὄντας τοιούτους.

Recepit Brunckius in Poës. Eth. p. 194.

LXXII.

Apud Stobaeum Serm. CVIII. p. 577. Gesn. XC. p. 457. Grot.:

Τὸ δ' εὖ φέρειν
ἐστὶν τοιοῦτον, ἂν δύνῃ μόνος φέρειν,
καὶ μὴ ἐπίδηλον τὴν τύχην πολλοῖς ποιεῖν.

LXXIII.

Apud Artemidorum Onirocr. II, 5. πλύνειν καταχρηστικῶς καὶ τὸ ἐλέγχειν ἔλεγον οἱ παλαιοί, ὥς που καὶ Μένανδρος·

Ἐὰν κακῶς μου τὴν γυναῖχ' οὕτω λέγῃς,
τὸν πατέρα καὶ σὲ τούς τε σοὺς ἐγὼ πλυνῶ.

Eadem fere apud Suid. III. p. 134. ubi legitur ἢν γὰρ κακῶς. De hoc usu verbi πλύνειν multi multa dixerunt, ex quibus sufficiat laudasse Kuster. ad Arist. Acharn. 380. Toup. Cur. Nov. in Suid. p. 227. ed. Lips. et Alberti ad Hesych. II, p. 983.

LXXIV.

Apud Stobaeum Eclog. Phys. II, 8. p. 336. ed. Heer.:

Εἰ πάντες ἐβοηθοῦμεν ἀλλήλοις ἀεί,
οὐδεὶς ἂν ὢν ἄνθρωπος ἐδεήθη τύχης.

LXXV.

Apud Stobaeum Serm. IV. p. 52. Gesn. p. 22. Grot.:

Χαλεπόν γε τοιαῦτ' ἐστὶν ἐξαμαρτάνειν,
ἃ καὶ λέγειν ὀκνοῦμεν οἱ πεπραχότες.

Stephanus Com. Gr. p. 293. dedit πεπραγότες. Et sane Moeris p. 293. πεπραγὼς ἐν τῷ γ Ἀττικῶς, πεπραχώς, Ἑλληνικῶς. Phryn. Appar. Soph. p. 60. πέπραγεν διὰ τοῦ γ προκρίνουσι τοῦ πέπραχεν. At Menander multa ἑλληνικῶς. Apud Arist. Equ. 683. recte dedit Brunckius πέπραγας. Eadem forma reddenda Platoni Comico ap. Plutarch. Vit. Nic. p. 274. ed. Cor.

LXXVI.

Apud Stobaeum Serm. IV. p. 54. Gesn. p. 31. Grot.:

Εὐηθία μοι φαίνεται, Φιλουμένη,
τὸ νοεῖν μὲν ὅσα δεῖ, μὴ φυλάττεσθαι δ' ἃ δεῖ.

Ita egregie Bentl. p. 75. pro φαίνεται δηλουμένα. At sec. versu nihil mutandum. *Stultum est*, inquit, *scire quidem quae facto opus sunt, neque tamen, quae cavenda sunt, cavere*. Compares Terent. Eun. IV, 6, 23.

Sed tu quod cavere possis stultum admittere est.

Philumenae nomen etiam apud Athenaeum in Crobyli loco

oblitteratum est p. 365. a. ubi Schweighaeuserus Casaubonum sequi debebat.

LXXVII.

Apud Stobaeum Serm. IV. p. 52. Gesn. p. 33. Grot.:

Ὁ μὴ φέρων γὰρ εὖ τι τῶν ἐν τῷ βίῳ
ἀγαθῶν, ἀλόγιστός ἐστιν οὐ μακάριος.

Vs. 2. οὐ μακάριος. Bentl. p. 76. οὔτοι μακάριος. Possis etiam οὐχὶ μ. vel οὗτός ἐστ' οὐ μακάριος.

LXXVIII.

Apud Stobaeum Serm. XII. p. 143. Gesn. p. 79. Grot.:

Τὸ πιθανὸν ἰσχὺν τῆς ἀληθείας ἔχει
ἐνίοτε μείζω καὶ πιθανωτέραν ὄχλου.

Vere, opinor, Valcken. Diatr. p. 258., probante etiam Porsono in Tracts and Misc. Crit. p. 251., primo versu reposuit τὸ ψεῦδος ἰσχύν. Quamquam per se quidem τὸ πιθανὸν hoc loco aptissimum. Suidas s. v. πιθανόν, ἀξίωμά ἐστι τὸ ἄγον εἰς συγκατάθεσιν. Deteriore sensu accipitur etiam apud Plutarch. Nic. p. 524. d. Περικλῆς — οὐδενὸς ἐδεῖτο σχηματισμοῦ πρὸς τὸν ὄχλον οὐδὲ πιθανότητος. Cf. Wyttenb. ad Plutarchi Mor. I. p. 26. A., qui plurima attulit exempla, in quibus πιθανὸς καὶ πανοῦργος conjunguntur. — Vs. 2. πιθανωτέραν. Ita Salm. et Grot. pro πιθανότεραν. Iidem ὄχλῳ dedere pro ὄχλου. Schowii cod. πιθανότερον λόγου. Praestat, ni fallor, πιθανωτέραν ὄχλου, *efficacius est ad plebis persuasionem.*

LXXIX.

Apud Stobaeum Serm. XV. p. 151. Gesn. p. 87. Grot.:

Τοὺς τὸν ἴδιον δαπανῶντας ἀλογίστως βίον
τὸ καλῶς ἀκούειν ταχὺ ποιεῖ πᾶσιν κακῶς.

Grotii errores exagitavit Bentl. p. 77. qui argute pro πᾶσιν legit πεινῆν. Fort. πάλιν. Initio versus τὸ καλῶς scribendum esse primus vidit Gesnerus. Confirmant codd. Schowii et Anton. Mel. Serm. 56. p. 83. Vulgo τῷ καλῶς.

LXXX.

Apud Stobaeum Serm. XVI. p. 153. Gesn. p. 90. Grot.:

Μὴ πάντοθεν κέρδαιν', ἐπαισχύνου δέ μοι.

τὸ μὴ δικαίως εὐτυχεῖν ἔχει φόβον.

Hoc fragmentum vulgo arctissime conjungunt cum sequenti:

Ὦ τρὶς κακοδαίμων, ὅστις ἐκ φειδωλίας
κατέθετο μῖσος διπλάσιον τῆς οὐσίας,

ita quidem, ut sententiae hoc modo continuentur: ἐπαισχύνου, δέ μοι τὸ μὴ δικαίως εὐτυχεῖν, et tum: ἔχει φόβον ὁ τρὶς κακοδαίμων. Sed recte codd. Schowii dederunt ὢ τρὶς κακοδαίμων. Sunt igitur duo diversi loci fragmenta, in quorum priori vulgo legitur κέρδαινε, αἰσχύνου. Correxit Bentl. p. 77. Ibidem vs. 2. εὐτυχεῖν ἔχει φόβον. Ita Apollodorus Τὰ μεγάλα δῶρα τῆς τύχης ἔχει φόβον, apud Brunck. P. Eth. p. 186.

LXXXI.

Apud Stobaeum Serm. XVI. p. 153. Gesn. p. 91. Grot.:

Οὐπώποτ' ἐζήλωσα πλουτοῦντα σφόδρα
ἄνθρωπον, ἀπολαύοντα μηδὲν ὧν ἔχει.

Idem locus est apud Anton. Mel. 140. p. 221. Antiphani sive Aristophani idem fragm. tribuitur Serm. XCI. p. 507. = XCIII. p. 379. non Stobaei sed librariorum errore, qui Antiphanis nomen non huic sed sequenti fragmento, quod vulgo incerto poetae tribuitur, adscribere debebant. Hoc enim Antiphanis esse constat e Clemente Alex. Strom. IV. p. 207. Utitur eo Boeckh. ad Plat. de Legg. p. 97. ubi quod de *Timoclis*, Antiphanis fabula, scribit vir egregius, ea quidem quorsum spectent me perspicere nego. Nam quod Gesneri Stobaeus Serm. 89. p. 502. in margine scriptum habet *Antiphanis in Timoclis*, id facile apparet ita corrigendum esse, ut pro *in* scribatur aut *sive* aut aliud quid simile. Grotius Timocli dedit.

LXXXII.

Apud Stobaeum Serm. XVIII. p. 163. Gesn. p. 97. Grot. et Anton. Meliss. 68. p. 116.

Οὐ γὰρ τὸ πλῆθος, ἂν σκοπῇ τις, τοῦ πότου
ποιεῖ παροινεῖν, τοῦ πιόντος δ' ἡ φύσις.

Ita Antonius et Bentl. p. 77. Stobaeus πίνοντος, corruptela satis frequenti, ut in Epicharmi versu ap. Diogen. VII. 35. Οὐκ ἔστι διθύραμβος ἣν ὕδωρ πίνῃ sive potius πίνῃς. Cf. Athen. XIV. p. 628. b.

LXXXIII.

Apud Stobaeum Serm. XVIII. p. 164. Gesn. p. 97. Grot. et Anton. Meliss. 68. p. 116.

Χαλεπὸν ὅταν τις ὢν πίῃ πλέον λαλῇ,
μηδὲν κατειδὼς, ἀλλὰ προσποιούμενος.

Hic etiam edebatur πίνῃ. Correxit Bentl. p. 78. Schowius adeo e codd. dedit πίνει.

LXXXIV.

Apud Stobaeum Serm. XX. p. 172. Gesn. p. 105. Grot. et Antonium Mel. 78. p. 134.:

Οὐκ ἔστιν ὀργῆς, ὡς ἔοικε, φάρμακον,
ἀλλ' ἢ λόγος σπουδαῖος ἀνθρώπου φίλου.

Recepit Stephanus Com. Gr. p. 156. Expressit Menander Euripidis seutentiam apud Stob. CXII. p. 583.

LXXXV.

Apud Stobaeum Serm. XXIII. p. 190. Gesn. p. 117. Grot. et Antonium Mel. 81. p. 140.:

Οὐθεὶς ἐφ' αὑτοῦ τὰ κακὰ συνορᾷ, Πάμφιλε,
σαφῶς, ἑτέρου δ' ἀσχημονοῦντος ὄψεται.

Ita Stephan. Com. Gr. p. 155. pro ἐπ' αὐτοῦ. Antonius τὸ κακόν, et vs. 2. σαφῶς post ἀσχημονοῦντος.

LXXXVI.

Apud Stobaeum Serm. XXIV. p. 192. Gesn. p. 119. Grot.:

Ὁ συνιστορῶν αὑτῷ τι, κἂν ᾖ θρασύτατος,
ἡ σύνεσις αὐτὸν δειλότατον εἶναι ποιεῖ.

Adverte constructionis rationem ὁ συνιστορῶν — ἡ σύνεσις αὐτὸν ποιεῖ. Scriptor anonymus — Menander historicus puto. — apud Suid. I. p. 695. ὁ δὲ δὴ Βῶνος οὐκ εἰς τὸ ἀμελὲς αὑτῷ, οὐδ' εἰς τὸ ῥαθυμότερον ἐτράπη ὁ νοῦς. Cf. Hemsterh. ad Luc. I. p. 493. Ita etiam Latini ut Plautus Capt. IV, 2, 27. et 33. et Gellius N. Att. IX, 1.

LXXXVII.

Apud Stobaeum Serm. XXXVI. p. 215. Gesn. p. 145. Grot.:

Αἰσχρόν γ' ὅταν τις ἐπὶ γλώσσῃ φυεὶς
γλώσσῃ ματαίους ἐξακοντίσῃ λόγους.

Vs. 1. Gesnerus in margine ὅταν τὶς εὖ ἐπὶ γλ. Non multo melius Grotius ὅταν τις ἤπιος γλ. Bentl. p. 79. ὅταν τις νήπιος γνώμῃ. Heringa Observ. p. 260. αἰσχρὸν γάρ ἐσθ' ὅταν τις εὔγλωσσος φυείς. Denique Valckenarius, Diatr. p. 262. d., *Scripserat*, inquit, *Menander*, *si Menandri sunt versus*, εὐεκὴς γλώσσῃ φυείς. Quod prae ceteris placet.

LXXXVIII.

Apud Stobaeum Serm. XXXVI. p. 215. Gesn. p. 145. Grot.:

Οὔτ' ἐκ χερὸς μεθέντα καρτερὸν λίθον
ῥᾷον κατασχεῖν, οὔτ' ἀπὸ γλώσσης λόγον.

Recepit Stephan. Com. Gr. p. 157. et Brunck. Poes. Eth. p. 192. Horatianum illud *Et semel emissum volat irrevocabile verbum*, Meibomius ad Hippocr. Jusjur. p. 188. parum recte ex hoc Menandri loco expressum statuit.

LXXXIX. a.

Apud Stobae. Serm. XXXVIII. p. 220. Gesn. p. 149. Grot.:

Ὁ φθονερὸς αὐτῷ πολέμιος συνίσταται·
αὐθαιρέτοις γὰρ συνέχεται λύπαις ἀεί.

Recepit Stephan. Com. Gr. p. 146.

LXXXIX. b.

Apud Stobae. Serm. XLII. p. 277. Gesn. XLIV. p. 173. Grot.:

Καλὸν οἱ νόμοι σφόδρ' εἰσίν· ὁ δ' ὁρῶν τοὺς νόμους
λίαν ἀκριβῶς συκοφάντης φαίνεται.

XC.

Apud Stobaeum Serm. XLIV. p. 305. Gesn. XLVI. p. 177. Grot.:

Ὁ προκαταγινώσκων δὲ πρὶν ἀκοῦσαι σαφῶς
αὐτὸς πονηρός ἐστι πιστεύσας κακῶς.

Recepit Brunckius in Poes. Eth. p. 193.

XCI.

Apud Stobaeum Serm. LI. p. 356. Gesn. p. 201. Grot.:

Μὴ τοῦτο βλέψῃς, εἰ νεώτερος λέγω,
ἀλλ' εἰ φρονούντων τοὺς λόγους ἀνδρῶν ἐρῶ.

Ita dedit Brunck. Poes. Eth. p. 192. e cod. Par. pro φρονοῦντος et ἀνδρός. Bentl. p. 81. correxerat φέρω.

XCII.

Apud Stobaeum Serm. LI. p. 356. Gesn. LII. p. 201. Grot.:

Οὐχ αἱ τρίχες ποιοῦσιν αἱ λευκαὶ φρονεῖν,
ἀλλ' ὁ τρόπος ἐνίων ἐστὶ τῇ φύσει γέρων.

Recepit Stephanus Com. Gr. p. 144.

XCIII.

Apud Stobaeum Serm. XXIX. p. 197. Gesn. p. 127. Grot., ex emendatione Bentl. p. 81.:

Δεῖ τοὺς πενομένους μέχρις ἂν ζῶσιν πονεῖν.
ἀπραξία γὰρ λιτὸν οὐ τρέφει βίον.

Vulgo τοὺς γενομένους. Similiter in Aeschyli Eumen. 215. τὸ μὴ γενέσθαι μηδ' ἐποπτεύειν κότῳ correxerunt πένεσθαι. Sed eo in loco legendum videtur τίνεσθαι.

XCIV.

Apud Stobaeum Serm. LII. p. 358. Gesn. LIV. p. 207. Grot.:

Ὅστις στρατηγεῖ μὴ στρατιώτης γενόμενος,
οὗτος ἑκατόμβην ἐξάγει τοῖς πολεμίοις.

XCV.

Apud Stobaeum Serm. LIII. p. 366. Gesn. LV. p. 215. Grot.:

Εἰρήνη γεωργὸν κἀν πέτραις
τρέφει καλῶς, πόλεμος δὲ κἀν πεδίῳ κακῶς.

Ita Grot. pro κἂν πεδίῳ κακὸς ἔφυ. Apostol. VII, 60. et Maxim. Serm. 115. p. 190. κακῶς ἔφυ. Cfr. Bentl. p. 82.

XCVI.

Apud Stobaeum Serm. LV. p. 371. Gesn. LVII. p. 219. Grot.:

Ἐν τοῖς πολεμίοις ὑπερέχειν τὸν ἄνδρα δεῖ.
τὸ γὰρ γεωργεῖν ἔργον ἐστὶν οἰκέτου.

In Anaxilae loco, qui proxime ibi sequitur, legendum ἰσχνός pro ἴσχανος.

XCVII.

Apud Stobaeum Serm. LV. p. 372. Gesn. LVII. p. 227. Grot.:

Τὰ μεγάλα κέρδη ῥᾳδίως ἢ πλουσίους
τοὺς παραβόλως πλέοντας ἢ νεκροὺς ποιεῖ.

ubi παραβόλως πλέοντες non sunt *periculose* sed *temere et audacter mari sese credentes*. Ita παραβάλλεσθαι *temere sese periculis objicere*. Anonymus apud Suid. II. p. 288. μὴ παραβάλλεσθαι καὶ κυβεύειν τῷ βίῳ, quae Porsono Adv. p. 316. e poeta ducta videntur. Sunt Polybii verba, ut constat ex eodem Suida I. p. 119. et 196. Cfr. Wessel. ad Diod. Sic. II. p. 142. et Scaliger ad Manil. p. 286.

XCVIII.

Apud Stobaeum Serm. LX. p. 381. Gesn. LXII. p. 232. Grot.:

Ὅταν τύχῃ τις εὐνοοῦντος οἰκέτου
οὐκ ἔστιν οὐδὲν κτῆμα κάλλιον βίου.

XCIX.

Apud Stobaeum Serm. LXIII. p. 404. Gesn. LXV. p. 269. Grot.:

Ὅταν φύσει τὸ κάλλος ἐπικοσμῇ τρόπος
χρηστός, διπλασίως ὁ προσιὼν ἁλίσκεται.

Idem locus apud Anton. Meliss. CX. p. 185. ubi legitur ἐπικοσμεῖ.

C.

Apud Stobaeum Serm. LXV. p. 409. Gesn. LXVII. p. 275. Grot.:

Ἔνεστ᾽ ἀληθὲς φίλτρον εὐγνώμων τρόπος.
τούτῳ κατακρατεῖν ἀνδρὸς εἴωθεν γυνή.

Attigit hunc locum Wyttenbach. ad Plutarch. Mor. p. 141. B.

CI.

Apud Stobaeum Serm. LXV. p. 409. Gesn. LXVII. p. 275. Grot.:

Οἰκεῖον οὕτως οὐδέν ἐστιν, ὦ Λάχης,
ἐὰν σκοπῇ τις, ὡς ἀνήρ τε καὶ γυνή.

CII.

Apud Stobaeum Serm. LXVI. p. 416. Gesn. LXVIII. p. 281. Grot., emendante Bentl. p. 85.:

Γαμεῖν κεκρικότα δεῖ σε γινώσκειν, ὅτι
ἀγαθὸν μέγ᾽ ἕξεις, ἂν λάβῃς μικρὸν κακόν.

Legitur vulgo μεθέξεις. Plutarch. Cons. Uxor. p. 610. e. καὶ μὴ τὸ μικρὸν κακὸν μέγ᾽ ἀγαθόν. Cfr. Suidas II. p. 560. Diogen. VI, 62. et Append. Vat. II, 88.

CIII.

Apud Stobaeum Serm. LXVI. p. 418. Gesn. LXVIII. p. 283. Grot.:

Τὸ γυναῖκ᾽ ἔχειν εἶναί τε παίδων, Παρμένων,
πατέρα μερίμνας τῷ βίῳ πολλὰς φέρει.

CIV.

Apud Stobaeum Serm. LXVI. p. 419. Gesn. LXVIII. p. 283. Grot., emendante Bentl. p. 85.:

Ὅστις πενόμενος βούλεται ζῆν ἡδέως,
ἑτέρων γαμούντων, αὐτὸς ἀπεχέσθω γάμων.

Hic etiam legebatur γενόμενος.

CV.

Apud Stobaeum Serm. LXVII. p. 421. Gesn. LXIX. p. 287. Grot.:

Τὸ γαμεῖν, ἐάν τις τὴν ἀλήθειαν σκοπῇ,
κακὸν μέν ἐστιν, ἀλλ᾽ ἀναγκαῖον κακόν.

Similes sententias congessit Stephan. Com. Gr. p. 102.

CVI.

Apud Stobaeum Serm. LXXI. p. 430. Gesn. LXXIII. p. 311. Grot.:

Τότε τὰς γυναῖκας δεδιέναι μάλιστα δεῖ,
ὅταν τι περιπλάττωσι τοῖς χρηστοῖς λόγοις.

Emendavit Salmasius. Deest vulgo *τί* post *ὅταν*. Idem suspicatur *περιπέττωσιν*, quam conjecturam commendare videtur Aristoph. Plut. 159. *ὀνόματι περιπέττουσι τὴν μοχθηρίαν;* et aliis locis. V. Toup. ad Suid. p. 344. et Jacobs. ad Athen. p. 280. Sed nihil contra librorum fidem mutandum.

CVII.

Apud Stobaeum Serm. LXX. p. 431. Gesn. LXXIII. p. 311. Grot.:

Οὐδέποθ᾽ ἑταίρα τοῦ καλῶς πεφρόντικεν,
ἢ τὸ κακόηθες πρόσοδον εἴωθεν ποιεῖν.

Primo versu usus est Lindenbrog. ad Terent. Andr. IV, 4, 16. *mirum vero, impudenter mulier si facit meretrix*, unde eum ad Menandri Andriam retulit Clericus. Non imiter. Nec magis pro *καλῶς* scribendum *καλοῦ*. Plato Phileb. p. 92. G. *τοῦ καλῶς ἂν μάλιστα ἐπιτύχοιμεν*: ubi vide quae dixit God. Stallbaum p. 204. recte negans *τὸ καλῶς* dictum esse pro *τὸ καλόν*, quod voluit Wyttenbachius. In nostro loco videndum est, ne adverbium ita explicari possit, ut meretrix non curare dicatur *τὸ καλῶς*, quod pariter ut latinum *belle* iis acclamari solebat, qui rem bene gererent.

CVIII.

Apud Stobae. Serm. LXXXI. p. 475. Gesn. LXXXIII. p. 347. Grot.:

Ὁ σκληρότατος πρὸς υἱὸν ἐν τῷ νουθετεῖν
τοῖς μὲν λόγοις πικρός ἐστι, τοῖς δ᾽ ἔργοις πατήρ.

Receperunt Stephan. Com. Gr. 146. et Brunck. P. Eth. p. 192.

CIX.

Apud Stobaeum Serm. LXXIII. p. 446. Gesn. LXXV. p. 327. Grot.:

Οὐκ ἔστι μείζων ἡδονὴ ταύτης πατρί,

ἢ σωφρονοῦντα καὶ φρονοῦντ' ἰδεῖν τινα
τῶν ἐξ ἑαυτοῦ.

Philosophi quomodo inter σωφρονεῖν et φρονεῖν distinguant, docuit Musgravius ad Eurip. Bacch. 314. cll. Musonio ap. Wyttenb. Philom. I. p. 157. Nihilominus Menandrum scripsisse suspiceris:

ἢ σωφρονοῦντα κεὐτυχοῦντ' ἰδεῖν τινα.

Aeschylus Fragm. inc. X. ἢ βαρὺ φόρημ' ἄνθρωπος εὐτυχῶν, ἄφρων. Eurip. Fragm. inc. CCIV. τὸν εὐτυχοῦντα καὶ φρονεῖν νομίζομεν. Philemon ap. Stob. Serm. CVI. p. 568. ἀμφότερον οὗτος εὐτυχεῖ τε καὶ φρονεῖ. Aristides T. I. p. 391. παλαιός τις λόγος, ὡς οὐ ῥᾴδιον εὖ πράττοντας εὖ φρονεῖν, cui similia dedit Wyttenb. Bibl. crit. III, 2. p. 50. Ac ne quis forte simplex φρονεῖν pro σωφρονεῖν requirat, hoc ipsum non raro pro φρονεῖν dici constat e Nicostrato apud Stob. XXXIV. p. 217. Alexide ap. Plutarch. de aud. poet. p. 21. d. Eupolide apud Harpocrat. s. v. κατάστασις p. 209. et Aeschine c. Ctesiph. p. 54. Steph.

CX.

Apud Stobaeum Serm. LXXIV. p. 449. Gesn. LXXVI. p. 329. Grot.:

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἀθλιώτερον πατρός,
πλὴν ἕτερος ἂν ᾖ πλειόνων παίδων πατήρ.

Vs. 2. ἄν, ut tantum non ubique, producitur. Porsonus tamen in Tracts and Misc. Crit. p. 251. corrigit πλὴν ἕτερος, ὃς ἂν ᾖ.

CXI.

Apud Stobaeum Serm. LXXIII. p. 446. Gesn. LXXV. p. 327. Grot.:

Ὀδυνηρόν ἐστιν εὐτυχοῦντα τῷ βίῳ
ἔχειν ἔρημον διαδόχου τὴν οἰκίαν.

Tetigit hunc locum Gatakerus ad Anton. Phil. p. 248. d.

CXII.

Apud Stobaeum Serm. LXXIV. p. 449. Gesn. LXXVI. p. 239. Grot.:

Ἔστιν δὲ μήτηρ φιλότεκνος μᾶλλον πατρός,
ἡ μὲν γὰρ αὑτῆς οἶδεν υἱόν, ὁ δ' οἴεται.

Eandem sententiam iisdem verbis expressit Euripides apud Eustath. ad Hom. Vol. III. p. 1412. nisi quod priora verba ἔστιν δὲ ibi desunt, et sec. versu elegantius legitur οἶδεν ὄνθ', ὁ δ' οἴεται. Idem Eurip. locus est ap. Schol. ad Odyss. I, 215., sed minus emendate scriptus.

CXIII.

Apud Stobaeum Serm. LXXVI. p. 453. Gesn. LXXIX. p. 339. Grot., emendante Bentlejo p. 88.

Μηδὲν ὀδύνα τὸν πατέρα γινώσκων ὅτι
ὁ μέγιστον ἀγαπῶν δι' ἐλάχιστ' ὀργίζεται.

Vulgo μηδὲν ἀδύνατον. Merito Bentl. conjecturam laudat Valck. ad Hipp. p. 190. A. Versu sec. editur ὁ μέγιστ' ἀγαπῶν. Hic etiam Bentl. sequutus sum, licet non male Grotius ὁ μέγιστ' ἀγαπῶν καὶ δι' ἐλ. —

CXIV.

Apud Stobaeum Serm. LXXV. p. 450. Gesn. LXXVII. p. 331. Grot.:

Θυγάτηρ ἐπίγαμος, κἂν ὅλως μηδὲν λαλῇ,
διὰ τοῦ σιωπᾶν πλεῖστα περὶ αὐτῆς λέγει.

Recepere Stephan. Com. Gr. p. 132. et Brunck. P. Eth. p. 191.

CXV.

Apud Stobae. Serm. LXXXI. p. 475. Gesn. LXXXIII. p. 345.:

Οὐκ ἔστ' ἄκουσμ' ἥδιον ἢ ῥηθεὶς λόγος
πατρὸς πρὸς υἱὸν περιέχων ἐγκώμιον.

CXVI.

Apud Stobaeum Serm. IV. p. 109. Gesn. p. 27. Grot., qui recte hunc locum ita edidit:

Ἄνοια θνητοῖς δυστύχημ' αὐθαίρετον.
τί σαυτὸν ἀδικῶν τὴν τύχην καταιτιᾷ;

Vulgo his versibus alius e Sophocle senarius interponitur. Pro καταιτιᾷ Clericus et Schowius barbare καταιτιᾷς. V. Schaefer. Melet. crit. p. 117. et Jacobs. Act. Phil. Monac. I, 4. p. 147. Pro τύχην ante Grotium edebatur ψυχήν. Nihil hoc vitio frequentius. Etymol. M. p. 621, 51. Τα-

ϱαντῖνοι τὸ ὀλίγος ὀλίος λέγουσιν ἄνευ τοῦ γ. ἐν Δούλοις Μελεάγρου· ὀλίοισιν ἡμῶν ἐμπέφυκ' εὐτυχία. Legendum:

Ὀλίοισιν ἡμῶν ἐμπέφυκ' εὐψυχία.

De Meleagro illo, Italicae comoediae poeta, nihil aliunde mihi innotuit.

CXVII.

Apud Stobaeum Serm. LXXXI. p. 475. Gesn. LXXXIII. p. 345. Grot.:

Οὐδέποτ' ἀληθὲς οὐδὲν οὔθ' υἱῷ πατὴρ
εἴωθεν ἀπειλεῖν, οὔτ' ἐρῶν ἐρωμένῃ.

Recepit Stephan. Com. Gr. p. 154. Versu sec. Bentl. p. 89. εἴωθ' ἀπειλεῖν.

CXVIII.

Apud Stobaeum Serm. LXXXVII. pag. 498. Gesn. LXXXIX. p. 361. Grot.:

Τοὺς εὖ γεγονότας καὶ τεθραμμένους καλῶς
κἂν τοῖς κακοῖς δεῖ λόγον ἔχειν εὐφημίας.

Cfr. Bentl. p. 90.

CXIX.

Apud Stobaeum Serm. XC. p. 503. Gesn. XCII. p. 375. Grot., et Antonium Meliss. CIV. p. 177.:

Πλοῦτος ἀλόγιστος προσλαβὼν ἐξουσίαν
καὶ τοὺς φρονεῖν δοκοῦντας ἀνοήτους ποιεῖ.

ubi πλοῦτος ἀλόγιστος est *opulentia rationis expers*, ut σοφὴ πενία apud Stob. Serm. XCIV. p. 519. Male Grotius *immodicae divitiae*, et Clericus *divitiae quae numerari nequeunt*.

CXX.

Apud Stobaeum Serm. XCII. p. 510. Gesn. XCIV. p. 383. Grot.:

Κρεῖττον ὀλίγ' ἐστὶ χρήματ' ἀνυπόπτως ἔχειν,
ἢ πολλὰ φανερῶς ἀλλὰ μετ' ὀνείδους λαβεῖν.

Ita Grotius pro ἃ δὲ μετ' ὀν. λαβεῖν.

CXXI.

Apud Stobaeum Serm. XCVIII. p. 536. Gesn. XCIX. p. 415. Grot.:

Οὐκ ἔστι λύπης, ἥνπερ ὀρθῶς τις σκοπῇ,
ἄλγημα μεῖζον τῶν ἐν ἀνθρώποις φύσει.

Ante Grot. et Steph. Com. Gr. p. 170. ἐάνπερ ὀρθῶς τις σκοπεῖ. Sec. vs. Steph. ἀνθρώπων.

CXXII.

Apud Stobaeum Serm. CII. p. 556. Gesn. CIV. p. 429. Grot.:

Ἔξωθέν εἰσιν οἱ δοκοῦντες εὐτυχεῖν
λαμπροί, τὰ δ' ἔνδον πᾶσιν ἀνθρώποις ἴσοι.

Ita corrigendum esse ex Eurip. Androm. 330. monuit Valcken. ad Hipp. 267. e. Vs. 2. vulgo deest λαμπρόν, et post ἔνδον additur εἰσίν.

CXXIII.

Apud Stobaeum Serm. p. 536. Gesn. XCIX. p. 415. Grot.:

Πολλῶν φύσει τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις κακῶν
ὄντων μέγιστόν ἐστιν ἡ λύπη κακόν.

Recepit Stephanus Com. Gr. p. 170.

CXXIV.

Apud Stobaeum Serm. CV. p. 564. Gesn. CVII. p. 445. Grot.:

Οὐδέν με λυπεῖ μᾶλλον ἢ χρηστὸς τρόπος,
εἰς χαλεπὸν ὅταν ᾖ συγκεκλεισμένος βίον.

CXXV.

Apud Stobaeum Serm. CV. p. 564. Gesn. CVII. p. 445. Grot.:

Οἰκτρότατόν ἐστι πεῖραν ἐπὶ γήρως ὁδῷ
ἀδίκου τύχης δίκαιος εἰληφὼς τρόπος.

Ita recte Grot. et Scaliger, frustra obnitente Bentl. p. 92., cujus permira est ratio. Vulgo ἐπὶ γήραος οὐδῷ, quod quin a librario, cui Homerica illa in promptu essent, profectum sit, dubitari non potest. Neque est quod offendas in forma ὀδός. Luciano Hermot. I. p. 820. Amst. recte viri docti restituerunt ἔξω τοῦ οὐδοῦ pro τῆς ὅδου, nisi quod potuissent lenius τοῦ ὀδοῦ. Theophyl. Bulg. Epist. 63.

p. 95. οὐδὲ τὸ ὑπερβῆναι χοῦν τὴν ὁδὸν τοῦ ἐμοῦ δωματίου. Bene Bernardus ad Theoph. Nonn. II. p. 32. τὸν ῥυδόν, melius tamen ὀδόν. Quid quod ipsum illud ἐπὶ γήρως ὀδῷ Suida auctore Vol. III. p. 68. reddendum est Lycurgo c. Timocr. T. II. p. 32. Rsk. ἰδεῖν ἦν καθ᾽ ὅλην τὴν πόλιν ποτ᾽ ἐπὶ γήρως ὀδῷ περιφθειρομένους. Cfr. Valcken. ad Herod. III. p. 201. 61. et M. du Soul. ad Lucian. Vol. I. p. 821. ed. Amst.

CXXVI.

Apud Stobaeum Serm. CVI. p. 565. Gesn. CVIII. p. 449. Grot.:

Ἄνδρα τὸν ἀληθῶς εὐγενῆ καὶ τἀγαθὰ
καὶ τὰ κακὰ δεῖ πταίοντα γενναίως φέρειν.

Vulgo τὸν ἀληθῶς ἄνδρα εὐγενῆ, unde Grotius scripsit τὸν ἄνδρ᾽ ἀληθῶς, quo numeros quidem restituit, sed soloecismum non sustulit. Nec offendit Grotianum illud Wyttenb. ad Plut. Mor. I. p. 63. Quod ego reposui, idem dedit Porson. Adv. p. 290.

CXXVII.

Apud Stobaeum Serm. CXI. p. 580. Gesn. CXIII. p. 467. Grot.:

Ταῖς ἀτυχίαισι μὴ ἐπίχαιρε τῶν πέλας.
πρὸς τὴν Τύχην γὰρ ζυγομαχεῖν οὐ ῥάδιον.

Ante Bentl. p. 94. ταῖς ἀτυχίαις. Idem μὴ ᾽πίχαιρε.

CXXVIII.

Apud Stobaeum Serm. CXI. p. 580. Gesn. CXIII. p. 467. Grot.:

Οὐκ ἐμὸν ἀνοίγειν λανθάνουσαν ἀτυχίαν
ἔστ᾽, ἀλλὰ μᾶλλον κατακαλύπτειν φημὶ δεῖν.

Ita Grot. e Cod. Par. A.; vulgo deest μᾶλλον.

CXXIX.

Apud Stobaeum Serm. CXII. p. 582. Gesn. CXIV. p. 471. Grot.:

Μέγιστόν ἐστιν ἄρα τοῖς ἐπταικόσιν
τὸ παρόντας ἐγγὺς τοὺς συναλγοῦντας βλέπειν.

Recepit Steph. Com. Gr. p. 139. Primo versu erat ἄρα, quod in χάρμα mutavit Wakefield. Sylv. crit. I. 2. p. 40.

CXXX.

Apud Stobaeum Serm. CXIV. p. 583. Gesn. CXVI. p. 475. Grot.:

Εἰ τἄλλ' ἀφαιρεῖν ὁ πολὺς εἴωθεν χρόνος
ἡμῶν, τό γε φρονεῖν ἀσφαλέστερον ποιεῖ.

Secundo versu usus est Porson. Suppl. ad Praef. Hec. p. XVII. ubi admonet vir doctissimus, particulam τέ vel γέ in senariis perraro secundum pedis trisyllabi locum obtinere. Sed hanc legem melius constituit Reisigius Conj. in Arist. I. p. 134. qui in nostro Menandri loco τὸ δὲ φρονεῖν reposuit.

CXXXI.

Apud Stobaeum Serm. CXXIII. p. 614. Gesn. CXXV. p. 511. Grot.:

Πάντων ἰατρὸς τῶν ἀναγκαίων κακῶν
χρόνος ἐστίν, οὗτος καὶ σὲ νῦν ἰάσεται.

CXXXII.

Apud Stobaeum Serm. XLVI. p. 323. Gesn. XLVIII. p. 183. Grot.:

Καλόν γε βασιλεὺς τῇ μὲν ἀνδρείᾳ κρατῶν,
τὰ δὲ τοῦ βίου δίκαια διατηρῶν δίκῃ.

CXXXIII.

Clement. Alex. Paed. III, 2. p. 93. Sylb. τὴν ξανθίζουσαν τοὺς πλοκάμους ὁ κωμικὸς Μένανδρος εἴργει τῆς οἰκίας·

Νῦν δ' ἕρπ' ἀπ' οἴκων τῶνδε· τὴν γυναῖκα γὰρ
τὴν σώφρον' οὐ δεῖ τὰς τρίχας ξανθὰς ποιεῖν.

Euripides Danaë ap. Stobaeum inter luxuriae instrumenta recenset κάτοπτρα καὶ κόμης ξανθίσματα. Servius, citante Burmanno Praef. ad Bentl. Emend. p. 27, in Virgil. Aen. IV, 695. *a poetis nunquam matronis dari flavum crinem, sed nigrum, contra flavum dari meretricibus.* Idem laudat Broukhus. ad Propert. I, 6, 8. et Meursium Spicil. ad Theocr. p. 95. Adde Schol. Luciani Vol. III. p. 688. Amst. Recepit Grot. Exc. p. 751.

CXXXIV.

Athen. VI. p. 270. d. εἰ δὲ λουσάμενοι λογάρια δειπνοῦμεν,

Μικρὰς τίθημι συμβολὰς ἀκροώμενος.

κατὰ τὸν Μένανδρον. Bentlejus p. 98. etiam priora illa:

εἰ λουσάμενοι λογάρια δειπνοῦμεν, φίλοι,

sic enim corrigit, Menandri esse putat. Non imiter, quamquam locutionem λογάρια δειπνεῖν ex ipso poeta ductam suspicari licet. Eadem usus est Metagenes apud Athen. p. 459. c.

— κατ' ἐπεισόδιον μεταβάλλω τὸν λόγον, ὡς ἂν
καιναῖσι παροψίσι καὶ πολλαῖς εὐωχήσω τὸ θέατρον.

Sic enim corrigendum. Ita etiam Astydamas ap. Athen. p. 411. a. et Cratinus apud Schol. Plat. Ruhnk. p. 44. ita corrigendus:

— οἱ δ' αὖθ' ἡμεῖς,
ὡς ὁ παλαιὸς λόγος, αὐτομάτους
ἀγαθοὺς ἰέναι
κομψῶν ἐπὶ δαῖτα θεατῶν.

Hoc dicendi genus inprimis placuit Sophistis, ut Philostrato cum aliis locis tum V. Soph. VI, 15. p. 252. quae verba sic corrigenda videntur: δεινότατος μὲν οὖν, ἔφη· ὅς γάρ, τοσαύτην καὶ οὕτω λαμπρὰν δαῖτα σοῦ παραθέντος, οὕτως ἐμπέπλησμαι, διαλιπὼν δὲ ὀλίγον, πάλιν ἐπισιτιούμενος ἥκω, τί φήσεις ἀλλ' ἢ ἀκόρεστόν τε εἶναί με καὶ δεινῶς γάστριν; Pari elegantia, si modo est elegantia, Latini dicunt *edere sermones*, ut Plaut. Aulul. III, 6, 1. Vid. Intpp. ad Poenuli V, 4, 2. Quod in eodem Menandri loco habemus vocabulum λογάριον apud veteres illos rarissime obvium est. Pollux III, 122. παρὰ Πλάτωνι ἐν Φαίδωνι λογάρια καὶ λογοποιήματα. At in Platone hanc vocem frustra quaeras. Recte Cod. Falkenb. παρὰ Φαίδωνι λογάρια —. Antiatticista Bekkeri p. 107. λογάρια ὑποκοριστικῶς·

λογάριά μοι λέγει.

Φαίδων Ζωπύρῳ. Ubi vides haec verba ita exhiberi, quasi e comico poeta desumpta essent. Frustra; Phaedon ille philosophus est Eliensis, cujus *Zopyrus* dialogus saepius laudatur a veteribus. V. quos laudat Jungerm. ad Polluc. l. c., Diogen. Laert. II, 105. p. 141. Suid. III. p. 588. et Photium Lex. p. 168. λογάρια Φαίδων Σωκρατικῶς Ζωπύρῳ, ubi corrige ὁ Σωκρατικός, ut in Phryn. App. Soph. p. 104. Ἀλκαῖος ὁ κωμικὸς leg. pro Ἀλκαῖος κωμικῶς. Ex Atticis

scriptoribus, qui praeter Phaedonem et fortasse Menandrum voce λογάριον usus sit, unum novi Theognetum, novae Comoediae poetam, apud Athen. p. 104. b.

CXXXV.

Margo Gesneri: *Philemon Anacalypt.* quod vertit Grotius *Retegente.* Similiter Clericus Ἀνακαλυπτομένῃ, *Retecta.* Rectius, puto, Fabricius Bibl. Gr. II. p. 476. scripsit Ἀνακαλυπτήρια, qua voce tertium a nuptiis diem significari constat, quo recens nupta, flammeo remoto, propinquis in conspectum veniebat. Vid. Taylor. ad Fragm. Lysiae Vol. VI. p. 9. ed. Rsk. et Intpp. Hesychii I. p. 325. Philostratus V. S. II. 4. p. 611. ἐρωμένου τινός, ὁπότε ἄγοι τὰ ἀνακαλυπτήρια, ἀστειότατα ὁ Ἑρμοκράτης, ἐγκαλυπτήρια μὲν οὖν, ἔφη, τοιαύτην λαμβάνων. Neque impedio quo minus munera recens nuptae a propinquis amicisque oblata intelligas. V. Plutarch. Timol. cap. VIII. Harpocrat. p. 35. Blanc. Schol. Eurip. Phoen. 688.

ΑΝΑΝΕΟΥΜΕΝΗ.

Athenaeus VI. p. 262. a. Ψωμοκόλακος δὲ μνημονεύει — Φιλήμων Ἀνανεουμένῃ· Ψωμοκόλαξ δ' ἔσθ' οὗτος. Φιλιππίδης δ' ἐν Ἀνανεώσει· Ψωμοκολακεύων καὶ παρεισιὼν ἀεί. Lexicon Seguer. I. p. 116. Ψωμοκόλακες (fort. Ψωμοκολακεύων) Φιλιππίδης Ἀνανευρύσῃ. Corr. Ἀνανεώσει, quae Philippidis fabula laudatur etiam ab Athen. IX. p. 384. e. Pro οὗτος in Philemonis loco Bentl. p. 110. οὑτοσί.

ἈΝΔΡΟΦΟΝΟΣ.

Athenaeus XIV. p. 663. f. de mattya, delicatissimo edulii genere, disputans: *Φιλήμων ἐν Ἀνδροφόνῳ*·

Πιεῖν τις ἡμῖν ἐγχεάτω, καὶ ματτύην
ποιεῖτε θᾶττον.

De mattya vide Popmam ad Varr. L. L. IV. p. 79. et, qui eadem fere protulit, Turneb. Advers. XXII, 7. Titulo fabulae quid significetur clarum est ex Euphronis loco ap. Athen. IX. p. 377. e. ubi coquus ministrum ita adhortatur: *δεῖ δέ, Καρίων, ὅταν μὲν ἔλθῃς εἰς τοιοῦτον συρφετόν, ἁπλῶς δίκαιον (εἶναι), οὗ δὲ νῦν βαδίζομεν εἰς τοὺς γάμους ἀνδροφόνον, fraudulentum et rapacem.* Similiter Amphis ap. Athen. VI. p. 224. e. *ἅπαντες (ἰχθυοπῶλαι) ἀνδροφόνοι γάρ εἰσιν ἐνὶ λόγῳ.* Eodem titulo fabulam scripserat Bato. V. Athen. IV. p. 163. b. aliisque locis.

ἈΠΟΚΑΡΤΕΡΩΝ.

Stobaeus Eclog. Phys. Vol. I. p. 198. ed. Heer.:

Νῦν δ' οἶδ' ἀκριβῶς τὴν τύχην ὡς οὐ μία,
οὐδ' ἔστι πρώην, ἀλλὰ μετὰ τῶν σωμάτων
ἡμῶν, ὅταν γιγνώμεθ', εὐθὺς χἡ τύχη
προσγίγνεθ' ἡμῖν, συγγενὴς τῷ σώματι·
κοὐκ ἔστιν ἕτερον παρ' ἑτέρου λαβεῖν τύχην.

Vs. 1. editur *πρώτη* et vs. 4. *ὅταν γίγνωντ', εὐθὺς καὶ ἡ Τύχη.* Utrumque emendavit Bentl. p. 111. quem vide. Vs. 6. a reliquis separavere Grotius et Clericus, *κοὐκ* mutantes in *οὐκ.* Recte Heerenius cum prioribus conjunxit.

ἈΠΟΛΙΣ.

Stobaeus Serm. LXXIX. p. 467. Gesn. LXXXI. p. 343. Grot.:

Οὐχὶ μόνον οὗτος εὗρε πῶς λαλήσομεν
αὐτοῖς, ἀπέχοντες πολὺν ἀπ' ἀλλήλων χρόνον,
οὐδ' ὃν τρόπον μηδέποτε μηδὲ εἰς πάλιν
ἐπιλήσεθ' ἡμῶν μηδέν, ἐμβλέψας δέ που
τὰκ τοῦ χρόνου τοῦ παντὸς εἴσετ', ἀλλὰ καὶ
ψυχῆς ἰατρὸν κατέλιπεν τὰ γράμματα.

Apud Gesnerum haec fabula *Apollinis* nomine laudatur, quod e Codd. mutasse videtur Grotius. *Exsulem* Caecilii a Nonio citari monet, Clericus. Vs. 1. Fort εὗρ᾽ ὅπως. Pro οὗτος Clericus nescio quam ob causam αὐτός. Idem de Cadmo agi credidit. Rectius intelligas Palamedem, quem litterarum inventorem perhiberi satis constat. V. Tzetzes Chil. XII, 38. T. Hemst. ad Lucian. I. p. 88. Wolfius Proll. ad Hom. p. LI. — Vs. 2. αὐτοῖς i. e. ἀλλήλοις. V. Priscian. XVIII. p. 1172. Intpp. Hesychii I. p. 1059. et Coray ad Heliod. II. p. 7. Editur apud Stobaeum αὐτοῖς, quod in δέλτοις mutabat Jacobs. Animad. in Stob. p. 206. — Vs. 6. ψυχῆς ἰατρὸν. Admonet Clericus Osymanduae, qui bibliothecam ψυχῆς ἰατρεῖον dixerat, teste Diod. Sic. I. p. 45. Cfr. Wyttenb. Bibl. crit. III, 1, p. 29.

ΑΡΠΑΖΟΜΕΝΟΣ.

Athenaeus XIV. p. 663. f. ὅτι δὲ καὶ ὁ τρόπος τῆς τοιαύτης εὐωχίας ὁμοίως (ματτύη) ἐλέγετο, Φιλήμων φησὶν ἐν Ἁρπαζομένῳ·

Γυμνῷ φυλακὴν ἐπίταττε, καὶ διὰ τριῶν
ποτηρίων με ματτύης εὐφραινέτω.

Priora verba γυμνῷ φυλ. ἐπ. quo spectent, ignorare se fatetur Schweighaeuserus. Est proverbialis dicendi forma ἐπὶ τῶν ἀδυνάτως ἐχόντων τὰ προστεταγμένα πληροῦν Suidas I. p. 503. Et recte quidem. Qui enim fieri potest, ut miles nudus et inermis custodiae munus obeat? Paullo aliter Hesychius explicat Tom. I. p. 866. γυμνῷ φυλακὴν ἐπιτάττειν. παροιμία ἐπὶ τῶν μὴ δεομένων προστάξεως, διὰ τὸ ἀναγκαίως καὶ χωρὶς ἐπικελεύσεως τοῦτο πράττειν. Sed delenda vocula μὴ ante δεομένων ab intpp. temere illata; tum scribendum videtur διὰ τὸ ἀναγκαίως καὶ οὐ χωρὶς ἐπικελεύσεως h. e. *inviti nec nisi aliorum jussu.* Pro ἐπικελεύσεως Codex habet ἐπικελάσεως. Fort. ἐπικολάσεως. In Philemonis loco quo spectaverit proverbium illud, non ignoraremus, opinor, si integriorem Athenaeus apposuisset. Nec vitii immunem esse locum docet διὰ ultima syllaba producta. Fort. ἐπιτάττομεν scribendum, nisi malis καὶ δὴ διὰ τριῶν. Ad secundum versum, ubi recte Schweighaeuserus με ματτύης dedit pro μεματτύης, respexit Photius p. 153. Ματτύης, σκευασία περιφορημάτων, Χρήσιμος εἰς πότον καὶ κῶμον πλείω. Φιλήμων. Male Schleusnerus ματτύη. Utrumque dicitur ὁ ματτύης et ἡ ματτύη, ut ὁ γύης et ἡ γύη,

quorum illud restituendum videtur ex ed. Robortelli Aeschylo Prom. 369. λευροὺς γύας.

Pollux X, 104. ἡ δὲ κύβηλις ἐν Φιλήμονος Ἁρπαζομένῳ·

Ὁρῶ μαγείρου καὶ κύβηλιν καὶ σκάφην.

ubi Clericus μαγείρους. Ἁρπαζομένη, genere foeminino, vocatur haec fabula ab eodem Polluce VII, 28. νακοτίλτης, Φιλήμων αὐτῷ κέχρηται ἐν Ἁρπαζομένῃ. Eadem varietas in Caecilii fabula ejusdem tituli, quae *Harpazomenos* vocatur apud Charis. Inst. I. p. 117. ed. Putsch., sed *Harpazamene* apud Nonium I, 33. et Donat. ad Terent. Eun. IV, 4, 4. ubi Caecilii verba ita digerenda videntur:

Quid tibi aucupatio est,
Argumentum ut de meo amore verbificatio est patri.

ΑΓΑΝΗΤΗΣ.

Unus hujus fabulae mentionem facit Anti-Attic. p. 87. γενειάζειν. Φιλήμων Αὐλητῇ· Γεγενείακεν.

ΒΑΒΥΛΩΝΙΟΣ.

Athenaeus XIII. p. 595. c. Πυθιονίκης δὲ τῆς ἑταίρας φανήσεται τὸ μὲν Ἀθήνησι τὸ δ᾽ ἐν Βαβυλῶνι μνῆμα —. Μνημονεύει τούτων καὶ Φιλήμων ἐν Βαβυλωνίῳ·

Βασίλισσ᾽ ἔσῃ Βαβυλῶνος, ἂν οὕτω τύχῃ.
τὴν Πυθιονίκην οἶσθα καὶ τὸν Ἅρπαλον.

Vs. 1. ante Bentl. legebatur βασίλισσης ἡ Βαβυλῶνος. Confirmat viri acutissimi conjecturam Ms. A. βασιλίσσαις ἢ Βαβυλῶνος. Formam βασίλισσα ab uno Aelio Dionysio probatam illustravit Sturz. de Dial. Mac. p. 151. cfr. Lobeck. ad Phryn. p. 225. Ita διακόνισσα a διακονίς, φυλάκισσα a φύλακίς, et alia, de quibus Hemst. ad Luc. I. p. 92. et ad Thom. M. p. 144. De Pythionica famoso Harpali scorto nota omnia ex Athenaeo, Diodoro et Pausania.

ΓΑΜΟΣ.

Pollux X, 176. οἰκεῖον, ἀγγεῖον ὑγρῶν τε καὶ ξηρῶν — ἐν Φιλήμονος Γάμῳ·

Ὀλκεῖον εἶδον ἐπὶ τραπέζῃ κείμενον
πυρῶν τε μεστόν.

Ita cod. pro ὄλκιον. V. Bentl. p. 112. Pro τέ MSS. praebent τί. Fort. πυρῶν γε μεστόν.

Schol. Platon. Ruhnk. p. 92. ἐν τῷ Καρὶ ὑμῶν ὁ κίνδυνος — μέμνηται ταύτης καὶ Φιλήμων ἐν Γάμῳ·

Ἐν Καρὶ τὸν κίνδυνον οἶδα, δέσποτα.

Originem proverbii declarant quae disputat Hemst. ad Argum. Pluti p. 7. Cfr. Heind. ad Plat. T. III. p. 344.

Anti-attic. p. 99, 24. Θρασέα· Φιλήμων Γάμῳ· θρασέα γυνή. Editur Γάλλῳ, quod tenuit Boeckhius ad Pindari Fragm. p. 613. Eadem confusio etiam alibi. Vid. Wessel. ad Diod. Sic. II. p. 517.

Ab hac fabula non diversa fuisse videtur Γαμῶν ab eodem Grammatico commemorata p. 92, 16. Φιλήμων Γαμοῦντι·

Σῶζε σαυτόν, ἐγὼ δ' ἐμέ.

ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ.

Apud Stobaeum Serm. VIII. p. 97. 12. Gesn. p. 53. Grot.:

Κακὴ μὲν ὄψις, ἐν δὲ δειλαῖαι φρένες.

Vide ad Menandri Sicyonium.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

Nullum superest hujus fabulae fragmentum. Plaut. Prolog. Mercat. 9.

Graece haec vocatur *Emporos* Philemonis,
Eadem Latine *Mercator* Marci Accii.

Eodem titulo fabulam docuit Diphilus. Etymol. M. p. 490. 40. Τιμαχίδας δέ φησιν ὅτι σύνθετόν ἐστι παρὰ τὸ κάτω κάρα φέρειν τὸ καραδοκεῖν. παρατίθεται δ' ἐνάλοις Δίφιλον λέγοντα ἐν Ἐμπόρῳ· τὴν νύκτ' ἐκείνην διεκαρανδόμηκεν. Postrema inde a παρατίθεται e Cod. Barocc. supplevit Bekkerus Anecd. Gr. III. p. 1445. Corrige παρατίθεται δ' ἐν ἄλλοις Δίφιλον, cujus versus ita scribendus videtur:

τὴν νύκτ' ἐκείνην διεκαραδοκήσαμεν.

ΕΞΟΙΚΙΖΟΜΕΝΟΣ.

Stobaeus Serm. LX. p. 382. Gesn. LXIII. p. 237. Grot.:

Κἂν δοῦλος ᾖ τις, οὐδὲν ἧττον, δέσποτα,
ἄνθρωπος οὗτός ἐστιν, ἂν ἄνθρωπος ᾖ.

Ad Philemonis Thesaurum hos versus conjectura retulit Hermannus, quem vide in Praef. Plauti Trin. p. XXVII. Ad Ἐξοικιζόμενον Cod. auctoritatem sequutus retulit Brunck. Poet. Eth. p. 336. Fortasse tamen ad sequens fragmentum codicis lemma referendum est.

Κακόν ἐστι δούλῳ δεσπότης πράττων κακῶς,
μετέχειν ἀνάγκη τῶν κακῶν γὰρ γίνεται.

ubi Gesnerus Ἐξοικιζομένου, Grotius *Migrantis* nomen adscriptum habent. Dedi autem κἂν δοῦλος ᾖ pro ἦν. Idem reposuit Hermannus et ante Hermannum jam Bentl. p. 124. Harlesium ad Fabricii Bibl. Gr. II. p. 477. quid moverit, ut hanc fabulam non diversam fuisse diceret ab Ἐπιδικαζομένῳ, non intelligo. Similis fabulam tituli Εἰσοικιζόμενον scripsisse perhibetur Alexis. V. Athen. XIV. 613. e.

ΕΠΙΔΙΚΑΖΟΜΕΝΟΣ.

Plutarch. de aud. poet. p. 35. b. φέρειν δὲ πράως καὶ σκώμματα καὶ λοιδορίας καὶ γέλωτας, μάλιστα μὲν τὸ τοῦ Φιλήμονος ἔχοντας πρόχειρον·

Ἥδιον οὐδὲν οὐδὲ μουσικώτερον
ἔστ' ἢ δύνασθαι λοιδορούμενον φέρειν·
ὁ λοιδορῶν γάρ, ἂν ὁ λοιδορούμενος
μὴ προσποιῆται, λοιδορεῖται λοιδορῶν.

Vs. 3. Brunck. P. Eth. p. 194. sine causa dedit ἐάν. Eundem versum corruptissime exhibet Anton. Mel. LIII. p. 79. qui ut alia hujus generis ita hunc etiam locum debet Stobaeo Serm. XIX. p. 101. ubi Gesnerus in margine adnotavit: *Philemon* ἐν Δικαζομένῳ, unde Fabricius Bibl. Gr. II. p. 477. titulum fabulae fecit Ἐκδικαζόμενος. At recte ἐπιδικαζόμενος edidit Grotius. Ita vocatur haec fabula etiam apud Stobaeum Serm. XIII. p. 145. 40. Gesn. p. 83. Grot.:

Πρόχειρον ἐπὶ τὴν γλῶτταν εὐλόγῳ τρέχειν.

Est autem ἐπιδικαζόμενος is qui ἐπίδικον h. e. orbam puel-

iam ex Atticì juris norma in matrimonium ducere cogebatur, quod tum fiebat, si pater puellae intestatus obiisset. V. Kuhn. ad Polluc. II. p. 1319. Gataker. Advers. I. p. 231. et Sluiteri Lectt. Andocid. V. p. 84.

ΕΥΡΙΠΟΣ.

Pollux X, 176. *μηλώτην τὴν τοῦ προβάτου δοράν, Φιλήμονος εἰπόντος ἐν Εὐρίπῳ· Στρῶμά μηλώτην τ' ἔχει.* Nomen fabulae inditum fuisse videtur ab homine vario nec sibi constante, quos *εὐρίπους* vocatos fuisse a Graecis constat.

ΕΦΕΔΡΙΤΑΙ.

Photius Lex. p. 271. *Παλαιστή, θηλυκῶς. Κρατῖνος Νόμοις· Μεῖζον τὸ πέος παλαιστῆς. Φιλήμων Ἐφεδρίταις·*

Σκιμπόδιόν ἓν καὶ κῴδιον καὶ ψιαθίον,
ἴσως παλαιστῆς.

Inscriptio fabulae non suspecta fuit Kustero ad Suid. III. p. 599. Nescio tamen qui sint *ἐφεδρῖται*, nisi forte *ἐφεδρισταὶ* scribendum h. e. *qui ἐφεδρισμὸν ludunt*, de quo vide Polluc. IX. p. 1105. et Intpp. Hesychii I. p. 1542. Fort. ad eandem fabulam hic versus referri debet, quem omisso fabulae indicio servavit Stob. Gesneri Serm. CXIII. p. 582.

Χαλεπὸν τὸ ποιεῖν, τὸ δὲ κελεῦσαι ῥᾴδιον.

ad quem Grotius in margine adscripsit *Philemon Subsessore*, quod indicium quin e Cod. petitum sit non dubito. Ad Hypobolimaeum hoc fragm. temere retulit Clericus.

ΕΦΗΒΟΣ.

Apud Stobaeum Serm. XCVI. p. 528. Gesn. XCVIII. p. 405. Grot.:

Οὐ τοῖς πλέουσι τὴν θάλατταν γίνεται
μόνοισι χειμών, ὡς ἔοικεν, ἀλλὰ καὶ
τοῖς περιπατοῦσί που, Λάχης, ἐν τῇ στοᾷ,
καὶ τοῖς μένουσιν ἔνδον ἐν ταῖς οἰκίαις.
Χοὶ μὲν πλέοντες ἐνίοθ' ἡμέραν μίαν

ἢ νύκτα χειμασθέντες, εἶτ᾽ ἐκ τοῦ κακοῦ
σωτηρίας ἐπέτυχον· ἢ τὸ πνεῦμα γὰρ
αὐτοὺς τὸ σῶζον ἧκεν ἢ ᾽φάνη λιμήν.
Ἐμοὶ δὲ τοῦτ᾽ οὐκ ἔστιν. οὐκ εἰς ἡμέραν
χειμάζομαι μίαν γάρ, εἰς τὸ ζῆν δ᾽ ὅλον.
ἀεὶ τὸ λυπεῖσθαι δὲ μεῖζον γίνεται.

Vs. 8. vulgo legitur: σῶζον ἢ μένη ἐφάνη λιμήν. Cod. MS. ἡμέρα ἐφάνη. Emendavit Koenius ad Greg. Cor. p. 146. ed. nov., praeeunte Salmasio ap. Grotium, qui dedit ἦλθεν ἢ ἐφάνη.

Stephanus Byz. p. 171. Κρομμυών, πόλις πλησίον Ἀσκάλωνος. Φιλήμων ἐν Ἐφήβῳ.

ΗΡΩΕΣ.

Schol. Platon. Ruhnk. p. 33. ὑπέρου περιτροπή, ἐπὶ τῶν τὰ πάντα ποιούντων πολλάκις, καὶ μηδὲν ἀνυόντων. — Φιλήμων ἐν Ἥρωσιν. Eadem habet Zenob. VI, 25. ubi tamen minus recte editur ἐπιτροπή. Eodem proverbio utitur Plato Comicus ap. Phot. p. 456. εἶτ᾽ οὐχ ὑπέρου μὴ (μοι) περιτροπὴ γενήσεται. Cfr. Gataker. ad Anton. X, 17. et Heindorf. ad Plat. II. p. 502.

ΘΗΒΑΙΟΙ.

Apud Stobaeum Serm. LX. p. 381. Gesn. LXII. p. 233. Grot.:

Ἐμοῦ γάρ ἐστι κύριος μὲν εἷς ἀνήρ,
τούτων δὲ καὶ σοῦ μυρίων τ᾽ ἄλλων νόμος,
ἑτέρων τύραννος, τῶν τυραννούντων φόβος,
δοῦλοι βασιλέων εἰσίν, ὁ βασιλεὺς θεῶν,
ὁ θεὸς ἀνάγκης. πάντα δ᾽ ἂν σκοπῇς, ὅλως
ἑτέρων πέφυκεν, ἡττόνων δὲ μείζονα.
τούτοις ἀνάγκη ταῦτα δουλεύειν ἀεί.

Cum hoc loco fortasse conjungendi sunt versus proxime apud Stobaeum praecedentes. Vide Fragm. Inc. 63. b. Vs. 2. τούτων. Fort. τούτου. — Vs. 4. Clericus comparat illud Horatii:

Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipsos imperium est Jovis.

Ibidem delevi part. δέ, quam metri causa, ut ait, ante βασιλεὺς addidit Grotius. — Vs. 5. ὁ θεὸς ἀνάγκης, Deum necessitate minorem illustravere Spanhem. ad Callim. II. p. 480. et Heindorf. ad Plat. Prot. p. 593. quibus adde Platon. de Legg. p. 639. F. Philetam ap. Stob. Ecl. Phys. I. p. 156. et Schol. Plat. Ruhnk. p. 230. — Vs. 6. Grotius e Scaligeri conj. μειζόνων δ' ἐλάττονα. Reliqui editam lectionem quantumvis corruptam. Praeterea permira est Grotii ad hanc eclogam adnotatio: *Sunt autem haec*, inquit, *ex Thebanis Tragoedia; proinde Philisci, non Philemonis.* Sed errorem errore auget Spanhem. ad Callim. II. p. 480. Ern. qui *Philisco Thebano* hos versus tribuit.

ΘΗΣΑΥΡΟΣ.

Vertit hanc fabulam Plautus, quod ipse testatur Prol. ad Trinummum vs. 18 sqq.

Huic graece nomen est Thesauro fabulae:
Philemo scripsit, Plautus vortit barbare:
Nomen Trinummo fecit.

Unum ejus fragmentum superest apud Athen. IX. p. 385. d. de voce ὀψάριον agens: Φιλήμων Θησαυρῷ·

Οὐκ ἔστ' ἀληθὲς παραλογίσασθ', οὐδ' ἔχειν
ὀψάρια χρηστά.

Bentl. p. 113. παραλογίζεσθ'. Hermannus Praef. ad Trin. XXVI. οὐκ ἔστ' ἀληθῶς σε παραλογίσασθ' οὐδ' ἔχειν aut ὥστ' ἔχειν ὀψάρια χρηστά; Comparat Hermannus Plauti 2, 4, 72. *edisne an incoenatus cum opulento accubes?* Alios versus probabili Hermanni conjectura ad Thesaurum relatos vide in Ἐξοικιζομένῳ et Fragm. inc. 103. 117. 121.

ΘΥΡΩΡΟΣ.

Pollux X, 164. τὸ δὲ τῶν ἐφήβων φόρημα πέτασος καὶ χλαμὺς Φιλήμων ἐν Θυρωρῷ·

Ἐγὼ γὰρ ἐς τὴν χλαμύδα κατεθέμην ποτὲ
καὶ τὸν πέτασον.

Puerum *petasatum* habemus apud Varronem Nonii IV. p. 684. De chlamyde ephebica Teles apud Stobaeum Serm. XCV. p. 524. Gesn. ἔφηβος δὲ γενόμενος ζητεῖ πάλιν τὸ χλα-

μύδιον ἀποθέσθαι (ubi quae statim sequuntur *ἡ νεότης μοι φίλον* etc. ducta sunt ex Eurip. H. F. 637. Herm.). Sed haec docte explanata sunt jam á Locella ad Xenoph. Eph. p. 157. et inprimis a Jacobs. ad Anth. Gr. I, 1. p. 24.

Ι Α Τ Ρ Ο Σ.

Athenaeus VI. p. 231. a. *Φιλήμων Ἰατρῷ.*

— *Καὶ γύλιόν τιν᾽ ἀργυρωμάτων.*

Ita pro *γυλίαν* correxerunt Casaub. et Menag. ad Diog. Laert. IV, 38. Vide Bekkeri An. Gr. I. p. 228. Schol. Arist. Ach. 1097. et Intpp. Polluc. II. p. 1329.

Lexic. Seguer. I. p. 104. *Κυδώνιον μῆλον. βραχέως. Φιλήμων Ἰατρῷ.* Hinc etiam *Κυδωνεῖον* in usu fuisse colligas. — Quod praeterea Clericus ad *Ἰατρὸν* fragmentum retulit, equidem inter Incerta (25.) exhibere malui.

ΚΑΤΑΨΕΥΔΟΜΕΝΟΣ.

Apud Stobaeum Serm. XXIX. p. 197. Gesn. p. 127. Grot. unde recepere Steph. Com. Gr. p. 399. Lindenbrog. ad Terent. II. p. 124. et Brunck. Poes. Eth. p. 196.:

Πάντ᾽ ἔστιν ἐξευρεῖν, ἐὰν μὴ τὸν πόνον
φεύγῃ τις, ὃς πρόσεστι τοῖς ζητουμένοις.

Fabulae elogium male vertitur a Grotio *Calumniam passus.*

Κ Ο Ι Ν Ω Ν Ο Ι.

Lexicon Seguer. I. p. 88. 25. *Δεδράμηκα. Φιλήμων Κοινωνοῖς.*

Κ Ο Λ Α Ξ.

Glossae ad Hippocr. Jusjur.: *γενέτῃσιν. γονεῦσιν, ἢ συγγενέσιν. οὕτως ἀττικῶς λέγουσιν, ὡς καὶ Φιλήμων ἐν Κόλακί φησιν·*

Ἀλλ᾽ οὐδὲ γεννητὴν δύναμ᾽ εὑρεῖν οὐδένα
ὄντων τοσούτων, καὶ ἀπείλημμαι μόνος.

Primo

Primo versu editur γενητὴν et δύναμαι. Correxit Hemsterh. ad Plut. p. 326. — Vs. 2. ὄντων pro τῶν debetur Luzacio ap. Ruhnk. ad Tim. p. 66. Hemsterhusius ἐκ τῶν τοσούτων. Pro καὶ legerim ἀλλ' ἀπείλημμαι μόνος, nisi malis περιείλημμαι vel καταλέλειμμαι. Minus commode Hemsterh. ἄρα γ' ἀπείλημμαι. De verbo ἀπολαμβάνεσθαι praeter Hemsterhusium vide Jacobs. Addit. ad Athen. p. 243. Ceterum non satis scio quid haec Hemsterhusii verba sibi velint: *de Κόλακος auctore, Philemon fuerit an Menander, olim fuisse dubitatum non temere adfirmavero.* De Philemonis Colace nemo, quod sciam, veterum quidquam tradidit. Unde suspicio nobis orta est, glossae auctorem memoriae vitio Philemonem loco Menandri commemorasse. Certe apud Terentium, quem Menandrei Colacis personam in Eunuchum suam transtulisse constat, Act. II. 2. 7. Gnatho familiarium unum haec dicentem facit: *En quo redactus sum! omnes noti me atque amici deserunt.* Quae graecis versibus sive Menandri sive Philemonis ad amussim respondent.

ΚΟΡΙΝΘΙΑ.

Athenaeus III. p. 123. e. τὸ δὲ χλιαρὸν ὕδωρ Ἀθηναῖοι μετάκερας καλοῦσιν, ὥς — καὶ Φιλήμων ἐν Κορινθίᾳ. Commemorat hanc fabulam etiam Stobaeus Serm. CVI. p. 565. Gesn. CVIII. p. 449. Grot.:

> Εἰ τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοισιν εἰδείης κακά,
> ἄσμενος ἔχοις ἄν, Νικοφῶν, ἃ νῦν ἔχεις.

Quod primo versu legitur vulgo εἰδοίης non suspectum fuit Gatakero ad Anton. XI. p. 321. E., sed correxit Porson. ad Phoen. 1366. Idem vitium ex Herodoto sustulit Matthiae Gramm. Gr. p. 314. Praeterea Porsonus ἄλλοισί γ' —.

ΜΕΤΙΩΝ Η ΖΩΜΙΟΝ.

Athenaeus IV. p. 133. a. ἐχρῶντο γὰρ οἱ παλαιοὶ καὶ τοῖς εἰς ἀναστόμωσιν βρώμασιν, ὥσπερ ταῖς ἁλμάσιν ἐλάαις. — Φιλήμων δ' ἐν Μετίωνι ἢ Ζωμίῳ·

> α. Ἰχθὺς τί σοι
> ἐφαίνεθ' ἑφθός; β. μιαρὸς ἦν. ἀκήκοας;
> ἅλμη τε λευκὴ καὶ παχεῖ' ὑπερβολῇ,

κοὐχὶ λοπάδος προσῶζεν οὐδ' ἡδυσμάτων·
ἐβόων ἅπαντες, ὡς ἀγαθὴν ἅλμην ποιεῖς.

Vs. 1. et 2. emendavit Bentl. p. 113. probante Valck. ad Hippol. 1441. Edebatur τίς σοι et μικρός. Ante ἰχθὺς desidero articulum. Plato Phaedro, p. 234. c. τί σοι φαίνεται ὁ λόγος. Cfr. Stallbaum ad Platon. Phileb. p. 53. Fort. fuit olim ὁ δ' ἰχθύς etc. Interlocutorum signa fortasse sic ponenda: ά. ὁ δ' ἰχθύς — β. ἑφθός. ά. μιαρὸς ἦν etc. — Vs. 5. malim ἐβόων δ' ἅπαντες.

Idem VIII. p. 340. d. Φιλήμονος δὲ Μετιόντι εἰπόντος·

Ἀγύῤῥιος δέ, παρατεθέντος καράβου,
ὡς εἶδεν αὐτόν, χαῖρε πάππα φίλτατε,
εἴπας, τί ἐποίει; τὸν πατέρα κατήσθιεν.

Ἡρόδικος ὁ Κρατήτιος — τοῦ Καλλιμέδοντος υἱὸν ἀπέδειξεν ὄντα τὸν Ἀγύῤῥιον. Eadem fere apud Eustath. p. 1383. Rom. leguntur. Vs. 4. Clericus verba τί ἐποίει alteri interlocutori tribuit. De Agyrrhio, turpissimo nebulone, dixere Valesius ad Harpocr. p. 209. Meursius Lectt. Att. VI, 4. et Valcken. Diatr. p. 293. c. Insignis de eo locus est Platonis Comici apud Plutarchum Praec. Pol. p. 801. B. De *Carabo* Callimedontis cognomine vide Euphronem Athenaei III. p. 100, d. Alexin ib. c. et p. 104. d. Timoclem ib. VIII. p. 339. f.

Ad elogium fabulae quod attinet, fuerunt qui Μετιών in Μεθύων mutatum vellent. Recte illud retinuit Schweighaeuserus: μετιέναι de amatore puellam ambiente dixit Alexis ap. Athen. XIV. p. 642. d. Voce ζωμίον significari *parasitum* constat ex Aristophonte apud Athen. VI. p. 238. b. et Anaxandride p. 242. e.

Μ Ο Ι Χ Ο Σ.

Athenaeus IV. p. 175. d. de nabla agens: Φιλήμων ἐν Μοιχῷ·

Ἔδει παρεῖναι, Παρμένων, αὐλητρίδ' ἢ
νάβλαν τιν'. — Ὁ δὲ νάβλας τί ἐστι; —
οὐκ οἶδας, ἐμβρόντητε σύ; — Μὰ Δί', οὔ. —
Τί φῄς;
οὐκ οἶσθα νάβλαν; οὐδὲν οὖν οἶσθ' ἀγαθὸν
σύγ'· οὐδὲ σαμβυκιστρίαν;

Vs. 2. in fine Casaub. addidit δέσποτα. — Vs. 4. Bentl. p. 114. scripsit οἶδας ἀγαθὸν, quod merito displicet Seidlero de V. D. p. 398. qui ipse conjecit οὐδὲν ἀγαθὸν οἶδας οὖν. Justo audacior est Porsoni ratio Advers. p. 63. Παρμένων, | ἔδει παρεῖν' αὐλ. ἢ ν. τ. | Νάβλας δὲ τί ἐστ'; οὐκ οἶδας, ὦ 'μβ. σύ; Fort. lenioribus conjecturis locus ita restituendus:

— Ἔδει παρεῖναι, Παρμένων,
αὐλητρίδ' ἢ νάβλαν τιν'. — Ὁ δὲ νάβλας ⏑ –
τί ἐστιν; — ἆρ' οὐκ οἶδας, ὦ 'μβρόντητε σύ; —
Μὰ Δί' οὔ. — Τί φῄς; οὐκ οἶσθα νάβλαν; οὐδὲν οὖν
οἶδας (οἶσθας) ἀγαθὸν σύγ' οὐδὲ σαμβυκίστριαν;

Versu secundo nomen excidit ejus, quocum colloquitur Parmeno. — Vss. 4. et 5. eodem modo constituit Porsonus. — Quod praeterea ad hanc fabulam fragmentum retulit Clericus e Stob. Serm. CVIII. p. 449. Grot. Ὅστις δὲ πρὸς τὸ πῖπτον εὐλόγως φέρει Τὸν δαίμον', οὗτος ἧσσόν ἐστ' ἀνόλβιος, non Philemonis est, sed Euripidis ex Antigona, cui diserte tribuitur in margine Grotiano, quamquam, si Clerico fides, eosdem versus Grotius in Excerptis Philemoni tribuit.

ΜΥΡΜΙΔΟΝΕΣ.

Erotianus Gloss. Hippocr. p. 170. de voce ἐχῖνος· μέμνηται τῆς λέξεως — καὶ Φιλήμων Μυρμιδόσιν. Vereor ut sanum sit fabulae indicium. MS. D. habet Φιλήμων ὁ μυρμηδός. Eodem titulo fabulam docuit Strattis ap. Polluc. IX, 78. quod in antiquae poeta comoediae non mirandum.

ΜΥΣΤΙΣ.

Apud Stobaeum Serm. XCVIII. p. 538. Gesn. C. p. 421. Grot.:

Πολὺ μεῖζόν ἐστι τοῦ κακῶς ἔχειν κακὸν
τὸ καθ' ἕνα πᾶσι τοῖς ἐπισκοπουμένοις
δεῖν τὸν κακῶς ἔχοντα, πῶς ἔχει, λέγειν.

Recepere Steph. Com. Gr. p. 401. et Brunck. P. Eth. p. 196.

ΝΕΑΙΡΑ.

Athenaeus XIII. p. 590. a. εἰ ἔχομεν ἀῤῥενικῶς εἰρημένον τὸν τίγριν; Φιλήμονα γὰρ οἶδα τοῦτ' εἰρηκότα ἐν Νεαίρᾳ·

Ὥσπερ Σέλευκος δεῦρ' ἔπεμψε τὴν τίγριν,
ἣν ἴδομεν ἡμεῖς, τῷ Σελεύκῳ πάλιν ἔδει
ἡμᾶς τι παρ' ἡμῶν ἀντιπέμψαι θηρίον·
τρυγέρανον, οὐ γὰρ γίγνεται τοῦτ' αὐτόθι.

Ad deridendum cavillandumque Seleucum haec dicta esse non dubito. Cfr. Athen. X. p. 432. b. c. Seleucum autem intelligo Nicanorem, elephantorum praefectum Alexandri. Vs. 3. emendavit Schweighaeuserus. Vulgo τί ἡμᾶς παρ' ἡμῶν. — Vs. 4. τρυγέρανον. Ita e cod. Schweigh. pro τριγέρανον. Dalec. sequente Clerico Τί; γέρανον. Opportune Schweigh. advocat Hesychium: τρυγέρανος, φάσματι ἐοικώς. quo tamen nihil ad perspiciendum vocis significatum lucramur. Eadem habet Phavorinus s. v. Τρυγέρανος.

ΝΕΜΟΜΕΝΟΙ.

Suidas s. v. ἀπὸ στόματος. — Φιλήμων Νεμομένοις·

Ἀπὸ στόματος ἅπαντ', ἐὰν βούλησθ', ἐρῶ.

Eadem habet Lex. Seguer. p. 436. De formula ἀπὸ στ. λ. vide Ruhnk. ad Tim. p. 43.

ΝΟΘΟΣ.

Eustath. ad Hom. p. 880. 30. ed. Rom. Αἴλιος δὲ Διονύσιος λέγει ὅτι Φιλήμων ἐπισκώπτει τὸ ὄνομα (βουνὸς) ὡς βάρβαρον· λόφον γὰρ καλοῦσιν· ἕτεροι δὲ ὅτι βουνὸν Φιλήμων ἐν Νόθῳ ὡς σύνηθες τίθησιν, ἄλλοθι δὲ ὡς ξενικὸν ἐπισκώπτει. Integrum locum servavit Phrynichus Ecl. Att. p. 355.

α΄. Βουνὸν ἐπὶ ταύτῃ παραλαβὼν ἄνω τινά.
β΄. τίς ἐσθ' ὁ βουνός; ἵνα σαφῶς σου μανθάνω.

Quod autem irrisit Philemon usum vocis βουνός, fecit hoc ex pervulgata Comicorum consuetudine, qui irridendis loquendi vitiis verae elegantiae consulerent. Aliquanto diversum est quod Aristophanes apud Aristotelem Rhet.

III, 2. in Babyloniis lusisse dicitur, qui ἀντὶ μὲν χρυσίον χρυσιδάριον dicerent, ἀντὶ δ' ἱματίου ἱματιδάριον, ἀντὶ δὲ λοιδορίας λοιδορημίτιον (fort. λοιδορηματίδιον) καὶ [insere ἀντὶ νόσου] νοσάριον.

Antiattic. p. 112. πανοικία, ἀντὶ τοῦ πανοικί. Φιλήμων Νόθῳ. Vide Lobeckium ad Phryn. p. 514 sq.

Ν Υ Ξ.

Suidas et Photius s. v. τηνάλλως, μάτην. — ὁ Φιλήμων Νυκτί·

Τὸ κανοῦν ὁ παῖς περίεισι τηνάλλως ἔχων.

ΠΑΓΚΡΑΤΙΑΣΤΗΣ.

Apud Stobaeum Ecl. Phys. II, 8. p. 338. ed. Heeren.:

Καὐτόν τι πράττειν, οὐ μόνον τὰς ἐλπίδας
ἐπὶ τῇ Τύχῃ χρή, παιδίον, πάντως ἔχειν,
ὧν βούλεταί τις. ἀλλὰ καὶ τῷ τῇ Τύχῃ
συλλαμβάνεσθαι ῥᾷον ἡ Τύχη ποιεῖ,
ἐὰν μεθ' ἑτέρου τοῦτο, μὴ μόνη, ποιῇ.

Vs. 1. ante Grot. καὶ τόν τι πρ. et 2. ἐπὶ τύχῃ παιδίον. Articulum ante τύχῃ addunt etiam Codd. Heerenii. — Vs. 3. τῷ τῇ Τύχῃ. Ita Grotius et codd. Vulgo τὸ τῇ Τύχῃ. — Vs. 5. vulgo καὶ ἐὰν μεθ' ἑτέρου. Grot. κἂν ἵνα. Recte cod. Heer. καὶ omittit. Sed ne sic quidem hos versus perpurgatos esse credo.

Suidas III. p. 175. πρὸ ἀντὶ τοῦ ἀντί. Φιλήμων Παγκρατιαστῇ·

Δοῦλος πρὸ δούλου, δεσπότης πρὸ δεσπότου.

Proverbium hoc a multis commemoratum, Aristotele Polit. I, 4. p. 22. Photio Lex. p. 332. Lexico Seguer. p. 112. aliis. Cfr. Erasmi Adag. II, 3. p. 445.

ΠΑΙΔΑΡΙΟΝ.

Lexicon Seguer. p. 97. sive apud Bast. ad Gregor. p. 108. Ἕλλην γυνή. Φιλήμων Παιδαρίῳ. Ἑλλὰς ὁ ἀνήρ. Σοφοκλῆς Αἴαντι Λοκρῷ. Utrumque satis frequens. Apol-

lodorus Com. ap. Athenaeum p. 281. e. Ἕλλην· ἀληθῶς οὖσα. Cfr. Lobeck. ad Ajac. p. 272. Ἑλλὰς de viro dictum illustravit Hermannus ad Sophoclis Trach. 1049.

ΠΑΛΑΜΗΔΗΣ.

Apud Stobaeum Serm. IX. p. 101. 54. Gesn. p. 61. Grot. unde sumsit Stephan. C. G. p. 411.

Τοῦ γὰρ δικαίου κἂν βροτοῖσι καὶ θεοῖς
ἀθάνατος ἀεὶ δόξα διατελεῖ μόνου.

Recte, opinor, Grotius Philisco Tragico hunc locum tribuit.

ΠΑΝΗΓΥΡΙΣ.

Pollux IX, 38. de voce πλατεῖα agens: Φιλήμονος μὲν ἐν Πανηγύρει εἰπόντος·

— Τὴν πλατεῖάν σοι μόνον
ταύτην πεποίηκεν ὁ βασιλεύς. —

Bentl. p. 114. haec uno versu trochaico continuavit. Idem μόνον mutavit in μόνῳ. Neutrum necessarium.

Etymol. M. p. 436. 41. ἠρδάλωσε. Φιλήμων·

Αἰγύπτιος θοἰμάτιον ἠρδάλωσέ μου.

ἀντὶ τοῦ ἠσβόλησεν, ἐμόλυνεν. Ad Panegyrin hunc versum retuli auctore Erotiano Lex. Hipp. p. 98. τὸ μολῦναι ἢ ῥυπᾶναι ἀρδαλῶσαι λέγεται. — Φερεκύδης (leg. Φερεκράτης) ἐν Θαλάττῃ καὶ Φιλήμων Πανηγύρει.

ΠΑΡΕΙΣΙΩΝ.

Athenaeus XII. p. 516. f. μνημονεύει τοῦ κανδαύλου καὶ Φιλήμων ἐν Παρεισιόντι (ita leg. pro Παριόντι) οὕτως·

Τοὺς ἐν τῇ πόλει
μάρτυρας ἔχω γάρ, ὅτι μόνος φύσκην ποιῶ,
κάνδαυλον, ὠά, θρῖον, ἐν στενῷ. τί γὰρ
τούτων διέπτωμ' ἐγένετ' ἢ μάρτημα τί;

Versu 3. addidi γάρ. Schweigh. δέ, Bentl. δαί, Toupius denique ἐν στενωπίῳ, quod ineptum. Recte ἐν στενῷ *brevi tempore*. Rarius sane στενὸς de tempore, nec tamen sine

exemplo. V. Menander ap. Stob. 106. p. 567. μικρόν τι τὸ βίου καὶ στενὸν ζῶμεν χρόνον. Sunt autem coqui verba, ex cujus sermone aliud hujus fabulae fragm. servavit Athen. IV. p. 170. F. ἐκάλουν δὲ τραπεζοποιὸν τὸν τραπεζῶν ἐπιμελητὴν καὶ τῆς ἄλλης εὐκοσμίας. Φιλήμων Παρεισιόντι·

Περὶ τοὐπτάνιον οὐ γίγνεθ' ἡ σκευωρία·
τραπεζοποιός ἐστ' ἐπὶ τοῦ διακονεῖν.

Quibus verbis ille τῷ τραπεζοποιῷ importunam diligentiam exprobrat. Similis Plauti locus Mostell. init. *Exi e culina — Qui mi inter patinas exhibes argutias* Vulgatum τοὐπτανεῖον correxit Bentlejus p. 115. Cfr. Valcken. ad Phoen. 658. et Lobeck, ad Phrynich. p. 276. Tum pro σκευωρία legebatur σκεπτωρία, quae vox nihili est. Emendavit Schneiderus Lex. Gr. s. v. De σκευωρία, quod curiosam et importunam diligentiam notat, vide H. Steph. Thes. III. p. 835. f. — Ceterum fabulae elogio *parasitus* significari videtur, qui furtim et invocatus in convivia irrepere solet. Ita Philippides ap. Athen. p. 262. a. Ψωμοκολακεύων καὶ παρεισιὼν ἀεί.

ΠΙΤΤΟΚΟΠΟΥΜΕΝΟΣ.

Pollux IX, 66. ὅτι δὲ τοὺς ἓξ χαλκοῦς τριτημόριον ὠνόμαζον, ἔστιν εὑρεῖν ἐν τῷ Φιλήμονος Σαρδίῳ· — καὶ ἔτι σαφῶς ἐν τῷ Πιττοκοπουμένῳ·

Ἰδοὺ πάρεστιν, ὡς ὁρᾷς· τριτημόρου
ἕκαστος ὑμῶν ἦλθεν· εἰς τοὺς τέσσαρας
εἴληφεν ὑμῖν οὑτοσὶ τριώβολον.

Respexit ad h. l. Photius Lex. p. 442. τριτημόριον, τοὺς ἓξ χαλκοῦς εἴρηκε Φιλήμων τοῦ ὀβολοῦ τριτημόριον. Sensum loci frustra a viris doctis in vitii suspicionem vocati optime explicuit Bentl. p. 115. quem vide. Vs. 2. τοὺς addidit Clericus. Vs. 3. ante Hemsterh. legebatur ἡμῖν et οὑτωσί. Mox sequitur apud Pollucem: ὅτι δὲ οἱ τέτταρες χαλκοῖ ἡμιωβόλιόν ἐστιν ἐν τῷ αὐτῷ δράματι Φιλήμονος εἰρημένον· Ὀβολοῦ τὸ πρῶτον ἡμῖν ἐνεχθὲν καὶ τεσσάρων χαλκῶν· καὶ μετὰ ταῦτα· καὶ μάλα τριημιοβόλαι ἐστί· χαλκοῦ θερμὸν ἦν. cujus loci emendationem si non veram certe probabilem reperisse mihi videor hanc:

— — α'. Ὀβολοῦ τὸ πρῶτον ἡμῖν ἐνέχεεν,

καὶ τέτταρων χαλκῶν μετὰ ταῦτα. β'. καὶ μάλα·
τρί' ἡμιωβόλι' ἐστί· χαλκοῦ θερμὸν ἦν —

Puta induci a poeta nescio quos rationem computantes eorum, quae in taberna, si forte, vinaria consumsissent. *Primum*, unus eorum inquit, *obolo nobis caupo infudit* (bibendum dedit), *postea quattuor chalcis. Recte, infert alius, summa rationum tribus constat semiobolis.* Quibus dictis singulorum rationem computat: χαλκοῦ θερμὸν ἦν κ. τ. λ. Postrema verba iterum apposuit Pollux Lib. IX. 70. τουτὶ μέντοι τὸ παρὰ Φιλήμονι Χαλκοῦ θερμὸν ἦν ἄντικρυς δηλοῖ, τὴν τοῦ θερμοῦ πόσιν. De calda in thermopoliis vendi solita Clericus laudat J. Lipsium Elect. I. 4. — De elogio fabulae recte monet Clericus, praeeunte T. Hemsterh. ad Polluc. IX. 66., πιττοκοπούμενον esse hominem, qui pice adhibita pilos sibi e corpore evellat, quod supremae mollitiei judicium habitum esse multis multorum scriptorum testimoniis probatur. V. Alexis ap. Athen. p. 565. B. Clemens Alex. Paed. III. p. 108. init. T. H. ad Plut. p. 412. cll. Reinesio V. L. VIII. 14.

ΠΤΕΡΥΓΙΟΝ.

Stobaeus Serm. LXXXIX. p. 500. Gesn. XCI. p. 369. Grot.; et ap. Apostol. XIX, 9.:

Τὸ τῆς Ἀμαλθαίας δοκεῖς εἶναι κέρας,
οἷον γράφουσιν οἱ γραφεῖς κέρας βοός;
ἀργύριόν ἐστι· τοῦτ' ἐὰν ἔχῃς, λέγε
πρὸς τοῦθ' ὃ βούλει, πάντα σοι γενήσεται,
φίλοι, βοηθοί, μάρτυρες, συνοικίαι.

Qui apud Apostolium cum hoc fragmento conjunguntur versus:

τὸ γὰρ βρότειον σπέρμ' ἐφημέρια *) φρονεῖ
καὶ πιστὸν οὐδὲν μᾶλλον ἢ καπνοῦ σκιά.

rectius Aeschylo tribuuntur a Stobaeo Serm. XCVI. p. 530. Insolentiorem formam Ἀμαλθαία habet etiam German. in Arat. T. II. p. 53. Buh. De Amaltheae cornu quae con-

---

*) Ita vulgatum ἐφήμερα jam ante Erfurdt. Observ. ad Athen. p. 442. et Seidlerum V. D. p. 386., correxit Burmannus Praefat. ad Bentl. Emend. in Men. et Philem. p. 30.

stipavit Clericus ea nemo hodie desiderabit. — Versu tertio legendum ἐπὰν ἔχῃς vel ἐάν γ᾽ ἔχῃς.

Stephanus Byz. p. 15. λέγεται (Ἀθηναία) καὶ ἐπὶ γυναικός, ὡς ἄλλοι μὲν πολλοί, Φιλήμων δὲ οὕτως ἐν Πτερυγίῳ·

Νυνὶ δ᾽ ὅταν λάβῃ τις εἰς τὴν οἰκίαν
τὰς Ἱππονίκας τάσδε καὶ Ναυσιστράτας
καὶ Ναυσινίκας, τὰς Ἀθηναίας λέγω.

Idem locus apud Suidam I. p. 70. ubi vs. 2., fortasse rectius, *Λυσιστράτας* legitur, sed male citatur *Φιλήμων ἐν Πτερυγί*. De re ipsa, cujus caussa Philemonis verba excitata sunt a Grammaticis, vide Eustath. ad Hom. I. p. 84. Coray ad Heliod. II. p. 60. et Kusterum ad Suid. l. c.

ΠΤΩΧΗ Η ΡΟΔΙΑ.

Athenaeus XIV. p. 645. a. Ἀμφιφῶν πλακοῦς Ἀρτέμιδι ἀνακείμενος, ἔχει δ᾽ ἐν κύκλῳ καιόμενα δᾳδία. Φιλήμων ἐν Πτωχῇ ἢ Ῥοδίᾳ·

Ἄρτεμι, φίλη δέσποινα, τοῦτόν σοι φέρω
ὦ πότνι᾽, ἀμφιφῶντα καὶ σπονδήσιμα.

Ita recte Casaubonus et Schweigh. pro edito *Φιλήμων ἐν Πτωχῷ Ἡρόδια*.

Ibidem XIV. p. 664. d. ὅτι δὲ ὕστατον καὶ ἐπὶ πᾶσιν εἰσεφέρετο (ἡ ματτύη) Νικόστρατός φησιν — Φιλήμων δ᾽ ἐν Πτωχῇ·

Ἐξὸν ἀποσάττεσθαι δι᾽ ὅλην τὴν ἡμέραν,
ποιοῦντα καὶ διδόντα ματτύας ἐκεῖ.

MS. δ᾽ ὅλην τὴν ἡμέραν, nec male. Recte autem Dalecampius ἀποσάττεσθαι vertit *saburrari*. Diphilus apud Athen. VII. p. 292. d. σαυτὸν ἀποσάξεις τόν τε κολπὸν ἀποτρέχων.

Apud Stobaeum Serm. CVI. p. 566. Gesn. CVIII. p. 449. Grot.:

Εἰ πάντες ἀποθανούμεθ᾽, οἷς μὴ γίγνεται
ἃ βουλόμεσθα, πάντες ἀποθανούμεθα.

Utroque versu Grotius soloece dedit ἀποθανοίμεθα. Recte vulgatum tuetur Brunck. ad Aristoph. Plut. 1064. et Eccles. 162. Gesneri margo *Ejusdem* ἐν Πτωχῇ ἡρῳδίᾳ. Recte Grotius: *Idem in Paupere sive Rhodia.*

Pollux X, 145. εἰ δὲ τοῦτο ἀμφίβολον (σπάθην dici pro

ξίφος) Φιλήμων ἐν Ῥοδίαις (Ῥοδίᾳ) σαφέστερον αὐτὸ ποιεῖ λέγων·

Σπάθην παραφαίνων δηλαδὴ χρυσένδετον.

Ita notante Clerico Salmasius ad Scriptores Hist. Aug. p. 23. ed. Par. correxit pro παρεμφέρων. Confirmant Codd. Male autem Fabricius Bibl. Gr. II. p. 478. et Clericus corrupto Pollucis loco decepti ex una duas fecere fabulas, quarum alteram Ῥόδιαι, alteram Πτωχὴ ἢ Ῥοδία inscripserunt. Atqui apud Pollucem pro Ῥοδίαις corrigendum esse Ῥοδίᾳ nemo monitus dubitabit. Idem voluit Porsonus Advers. p. 263.

ΠΥΡΡΟΣ.

Apud Stobaeum Serm. LIII. p. 365. Gesn. LV. p. 211. Grot.:

Οἱ φιλόσοφοι ζητοῦσιν, ὡς ἀκήκοα,
περὶ τοῦτό τ' αὐτοῖς πολὺς ἀναλοῦται χρόνος,
τί ἐστιν ἀγαθόν, κοὐδὲ εἷς εὕρηκέ πω
τί ἐστιν. ἀρετὴν καὶ φρόνησίν φασι, καὶ
πλέκουσι ταῦτα μᾶλλον ἢ τί τἀγαθόν.
Ἐν ἀγρῷ διατρίβων τήν τε γῆν σκάπτων ἐγὼ
νῦν εὗρον· εἰρήνη 'στίν· ὦ Ζεῦ φίλτατε,
τῆς ἐπαφροδίτου καὶ φιλανθρώπου θεοῦ·
γάμους, ἑορτάς, συγγενεῖς, παῖδας, φίλους,
πλοῦτον, ὑγίειαν, σῖτον, οἶνον, ἡδονήν,
αὕτη δίδωσι· ταῦτα πάντ' ἂν ἐκλίπῃ,
τέθνηκε κοινῇ πᾶς ὁ τῶν ζώντων βίος.

Vs. 2. Grotius πουλύς. Recte vulgatum tenet Valcken. ad Phoen. 591. cfr. Bentl. p. 116. — Vs. 3. τί ἐστιν ἀγαθόν, *quid sit summum bonum*, qui sensus ubi requiritur, vix deesse potest articulus. Ita Cleanthes ap. Euseb. P. E. XIII. p. 679. τἀγαθὸν ἐρωτᾷς μ' οἷόν ἐστ'· ἄκουε δή. Fort. scribendum: τί ἐστι τἀγαθόν, οὐ δὲ εἷς. cfr. Schaef. App. ad Bast. Ep. cr. p. 29. — Vs. 4. Gesn. τίς ἐστι. In marg. conj. ἃ μέν τις ἀρ. ἃ δὲ φρ. φησι καί. Nostrum e cod. dedit Grotius. — Vs. 5. πλέκουσι ταῦτα. Grotius: *haec quid sint quaerunt non minus, quam quid bonum.* Rectius fuerit: *disputationibus ultro citroque habitis haec obscurant potius, quam quid summum bonum sit dicant.* Gregor. Nazianz. XVII. p. 321. κἂν ὅτι μάλιστα σοφοῖς πλέκη-

ται καὶ ποικίλοις λαβυρίνθοις. Cfr. Valckenar. ad Phoen. 497. Ad τί τἀγαθὸν e praecedenti πλέκουσι, *perturbant*, contrariae verbum potestatis assumendum, λέγουσι, διασαφοῦσι, *dicunt*, *explicant*. Vide Wyttenb. Bibl. crit. III, 3. p. 110. D'Orville ad Charit. p. 441. Matthiae Gramm. Gr. p. 766. — Vs. 6. εἰρήνη 'στίν. Ita Grot. e cod. pro εἰρήνης τιν'. — Vs. 10. ante Grotium erat ὑγείαν. V. Porson. ad Orest. 229., qui quum Atticos nunquam ὑγεία dixisse monet, sententiam suam Etymologi M. auctoritate munire potuisset, apud quem p. 774. 35. haec leguntur: ἰστέον δὲ ὅτι τὸ ὑγεία τρισύλλαβον οὕτως ἐν τῇ κωμῳδίᾳ, οὕτως ἐν τῇ τραγῳδίᾳ αὐτὸ εὕρηται. In promptu est scripsisse grammaticum: οὔτε ἐν τῇ κ. οὔτε ἐν τῇ τραγῳδίᾳ, idque docent etiam sequentia: καὶ οἱ ῥήτορες δὲ τετρασυλλάβως προφέρουσιν, ubi ante τετρασ. inserendum αὐτό, quod suo loco motum perperam legitur ante εὕρηται. Herodiani Fragm. ab Hermanno editum p. 307. ὑγίεια τετρασυλλάβως, μόνως γὰρ οὕτως οἱ ἀρχαῖοι εἰρήκασιν.

ΠΥΡΦΟΡΟΣ.

Apud Stobaeum Serm. LXIII. p. 505. Gesn. LXV. p. 269. Grot.:

> *Οὐκ ἔστιν οὔτε ζωγράφος, μὰ τοὺς θεούς,*
> *οὔτ' ἀνδριαντοποιός, ὅστις ἂν πλάσαι*
> *κάλλος τοιοῦτον, οἷον ἡ 'λήθει' ἔχει.*
> *οὔτ' ἀνδριάντος γὰρ καλῶς πεπλασμένου,*
> *ἂν μὴ τὸν αἰσθησόμενον ἡ τέχνη λάβῃ.*

Vs. 2. ὅστις. Ita Grot. et Steph. C. Gr. p. 397. pro τίς. — Vs. 3. erat ἡ ἀλήθεια. — Vs. 4. merito offendit Stephanus, nihil tamen opis afferens. Syntaxi quidem ita facillime suam restitues rationem: οὐδ' ἀνδριάντες γὰρ κ. πεπλασμένοι. Excidisse versum, cujus haec fere fuerit sententia:

> οὔτ' ὄφελος οὐδὲν εὖ γεγραμμένης γραφῆς,

conjicit Porson. Tracts p. 255. quamquam ne sic quidem perspicitur, quae horum versuum cum priorum sententia esse possit conjunctio: *Nec pictor nec statuarius, qualem veritas habet, pulcritudinem finxerit. Nam neque picturae neque statuae ullus est fructus, nisi invenerit ars, qui operis praestantiam sentiat atque intelligat.* Videant alii.

ΣΑΡΔΙΟΣ.

Apud Stobaeum Serm. CVI. p. 565. Gesn. CVIII. p. 447. Grot.:

Εἰ τὰ δάκρυ' ἡμῖν τῶν κακῶν ἦν φάρμακον,
ἀεί θ' ὁ κλαύσας τοῦ πονεῖν ἐπαύετο,
ἠλλαττόμεσθ' ἂν δάκρυα δόντες χρυσίον·
νῦν δ' οὐ προσέχει τὰ πράγματ', οὐδ' ἀποβλέπει
εἰς ταῦτα, δέσποτ', ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ὁδόν,
ἐάν τε κλαίῃς ἄν τε μή, πορεύσεται.
Τί οὖν ποιεῖς πλέον; οὐδέν· ἡ λύπη δ' ἔχει,
ὥσπερ τὸ δένδρον τοῦτο καρπόν, τὸ δάκρυον.

Tacito poetae nomine legitur hoc fragm. apud Plutarch. Cons. Apoll. p. 105. F. Priores tres versus iterum apposuit Stobaeus Serm. CXXIII. p. 614. Gesn. Menandro eos nescio quo errore decepti tribuunt Stephanus Com. Poet. p. 115. et Rittershus. ad Oppian. p. 296. Ad sententiam apprime convenit Sophoclis locus in Fragm. p. 650. — Vs. 1. Stobaeus ἡμῶν, Plut., Cod. Stobaei apud Brunck. P. E. p. 271. et ipse Stob. Serm. CXXIII. ἡμῖν. — Vs. 5. deest apud Stobaeum, errore, opinor, librariorum. Pro τὴν αὐτὴν ὁδὸν codd. Wyttenb. τὴν αὐτῶν ὁδόν. — Vs. 6. πορεύσεται. Cfr. Bentl. p. 117. — Vs. 7. τί οὖν ποιεῖς πλέον; Ita partim e Plutarcho, qui habet τί οὖν πλέον ποιοῦμεν, partim e Stobaeo dedi, ubi legitur, τί δὴ ποιεῖς πλέον. Numeros jugulat Bentleji ratio, qui cum πλέον ποιεῖν *proficere* graecum esse negat, non meminerat Platonis Crat. p. 387. c. Amphidis ap. Athen. p. 169. c. Sophoclis Oed. Tyr. 911., aliorumque. Cfr. Valcken. ad Eurip. Hippol. p. 194. E. et Diatr. p. 150., ubi hunc ipsum Philemonis locum tetigit, sed verba οὐδέν etc. male alteri interlocutori tribuit. Idem fecerat Clericus, notatus eam ob causam Bentlejo. Denique Brunckius dedit: τί οὖν πλέον σοί γ'; οὐδέν. — Vs. 8. exhibui Stobaei lectionem. Plutarchus, ὥσπερ τὰ δένδρα τοῦτο καρπὸν τὰ δάκρυα. Sed omittunt illud τοῦτο codd. Wyttenbachii. Bentl. conjecturam non sine causa rejecerunt Valckenarius et Brunckius, quorum ille dedit: ὥσπερ γε δένδρον, τοῦτο καρπόν, δάκρυα, in quo illud unice probandum videtur, quod articulum ante δάκρυα delevit. Brunckius scripsit: ἡ λύπη δ' ἀεί, Ὥσπερ τὰ δένδρα καρπόν, ἔχει τὰ δάκρυα, non satis accommodate ad subtiliores trimetri leges. Ceterum constat Muretum hos versus latine a se redditos tanquam genuinum Trabeae

fragmentum venditasse per jocum Jos. Scaligero, qui eos, ut Clericus monuit, in prima editione Conjectaneorum in Varronem vulgaverat, postea autem fraude perspecta resecuit. Vide praeter Menagii Anti-Baill. §. 83. a Clerico laudatum, Scriverii notas ad Vett. Trag. p. 185. et ad Pervigil. Ven. p. 467. Sed ipsos versus propter singularem eorum elegantiam hoc loco apponam:

Here, si querelis, ejulatu, fletibus
Medicina fieret miseriis mortalium,
Auro parandae lacrimae contra forent.
Nunc haec ad minuenda mala non magis valent,
Quam naenia praeficae ad excitandos mortuos;
Res turbidae consilium non fletum expetunt.

Pollux IX, 65. ὅτι ἓξ χαλκοῦς τριτημόριον ὠνόμαζον, ἔστιν εὑρεῖν ἐν τῷ Φιλήμονος Σαρδίῳ·

α'. Χαλκοῦς ὀφείλεις πέντε μοι· μέμνησ'; β'. ἐγὼ
σοὶ πέντε χαλκοῦς; σὺ δέ γέ μοι τριτήμορον.
τοὺς ἓξ ἀποδοὺς τοὺς πέντε χαλκοῦς ἀπόλαβε.

Vs. 2. γέ adjecit Bentl. p. 116. et ante Bentlejum jam Salmasius de Mod. Usur. p. 262. Respexere ad hunc locum Harpocrat. p. 137. ὅτι τριτημόριόν ἐστιν ἓξ χαλκοῖ, Φιλήμων ἐν ἀρχῇ τοῦ Σαρδίου διδάσκει, Zonaras II. p. 1749. τριτημόριον τοὺς ἓξ χαλκοῦς τοῦ ὀβολοῦ εἴρηκε Φιλήμων. Photius p. 442. τοὺς ἓξ χαλκοῦς εἴρηκεν Φιλήμων τοῦ ὀβολοῦ τριτημόριον, ubi verba τοῦ ὀβολοῦ suo loco mota videntur. Suid. III. p. 506. τριτημόριον τοὺς ἓξ χαλκοῦς εἴρηκε Φιλήμων. Denique Etym. M. p. 753. 50. τριτημόριον τοὺς ἓξ χαλκοῦς εἴρηκε Φιλόξενος. Leg. Φιλήμων. Quorum locorum ductu ne quis in Philemonis versu σὺ δὲ τριτημόριον ἐμοὶ reponat, prohibet disertum Pollucis monitum: τὸ δὲ παρὰ Φιλήμονι τριτήμορον, τριτημόριον καλεῖ ἐνίοτε Πλάτων.

ΣΙΚΕΛΙΚΟΣ.

Apud Stobaeum Serm. C. p. 594. et CXIII. p. 582. Gesn. CII. p. 423. et CXV. p. 473. Grot.:

Ἄνθρωπον ὄντα ῥάδιον παραινέσαι
ἐστίν, ποιῆσαι δ' αὐτὸν οὐχὶ ῥάδιον.
τεκμήριον δέ· τοὺς ἰατροὺς οἶδ' ἐγὼ
ὑπὲρ ἐγκρατείας τοῖς νοσοῦσιν εὖ σφόδρα
πάντας λαλοῦντας, εἶτ', ἐπὰν πταίσωσί τι,
αὐτοὺς ποιοῦντας πάνθ', ὅσ' οὐκ εἴων τότε.

ἐν ἅπασιν· ἰχθὺς ἁπαλὸς οἷος γέγονέ μοι
οἷον παρατέθεικ᾽. οὐ πεφαρμακευμένον
τυροῖσιν οὐδ᾽ ἄνωθεν ἐξηνθισμένον,
ἀλλ᾽ οἷος ἦν ζῶν, κοπτὸς ὢν τοιοῦτος ἦν.
οὕτως ἁπαλὸν ἔδωκα καὶ πρᾶον τὸ πῦρ
ὀπτῶν τὸν ἰχθύν, οὐδὲ πιστευθήσομαι.
Ὅμοιον ἐγένετ᾽, ὄρνις ὁπόταν ἁρπάσῃ
ποῦ καταπιεῖν μεῖζόν τι, περιτρέχει κύκλῳ
τηροῦσα τοῦτο, καταπιεῖν δ᾽ ἐσπούδακεν,
ἕτεραι διώκουσιν δὲ ταύτην. ταὐτὸν ἦν.
τὴν ἡδονὴν ὁ πρῶτος αὐτῶν καταμαθὼν
τῆς λοπάδος, ἀνεπήδησε κἄφευγεν κύκλῳ
τὴν λοπάδ᾽ ἔχων, ἄλλοι δ᾽ ἐδίωκον κατὰ πόδας.
ἐξῆν ὀλολύζειν· οἱ μὲν ἥρπασάν τι γάρ,
οἱ δ᾽ οὐδέν, οἱ δὲ πάντα· καί τοι παρέλαβον
ἰχθῦς ποταμίους ἐσθίοντας βόρβορον.
εἰ δ᾽ ἔλαβον ἀρτίως σκάρον, ἢ 'κ τῆς Ἀττικῆς
γλαυκίσκον, ὦ Ζεῦ σῶτερ, ἢ 'ξ Ἄργους κάπρον,
ἢ 'κ τῆς Σικυῶνος τῆς φίλης ὃν τοῖς θεοῖς
φέρει Ποσειδῶν γόγγρον εἰς τὸν οὐρανόν,
ἅπαντες οἱ φαγόντες ἐγένοντ᾽ ἂν θεοί·
ἀθανασίαν εὕρηκα, τοὺς ἤδη νεκροὺς
[ὄντας] ὅταν ὀσφρανθῶσι ποιῶ ζῆν πάλιν.

Recepit Grot. Exc. p. 771. — Vs. 1. Jam alii contenderunt Eurip. Med. 57.

ὥσθ᾽ ἵμερός μ᾽ ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ
λέξαι μολούσῃ δεῦρο δεσποίνης τύχας.

Ad verba γῇ καὶ οὐρανῷ λέγειν compares Theognetum apud Athen. XV. p. 671. b. πεφιλοσόφηκας γῇ τε κοὐρανῷ λαλῶν. Alia dederunt Davis. ad Cicer. Tusc. III, 26. Valcken. ad Callim. Eleg. p. 209. et D'Orvillius ad Charit. p. 299. Pro ὡς ἵμερος Koen. ad Greg. Cor. p. 136. ed. nov. ex Euripide scripsit ὥσθ᾽ ἵμερος. Sed Euripidei loci alia ratio; ibi enim ὥστε pendet a praecedentibus. — Vs. 2. μολόντι tuetur quodammodo Porsonus ad Med. l. c. comparans Eurip. Iphig. A. 492.

ἄλλως τέ μ᾽ ἔλεος τῆς ταλαιπώρου κόρης
εἰσῆλθε, συγγένειαν ἐννοουμένῳ.

Porsoni sententiam probasse videtur Hermannus ad Orph. Argon. 824. qui in Euripidis loco servavit vulgatam lectionem

onem, quam in μολοῦσαν mutavit Porsonus. In Iphigeniae loco recte, opinor, εὐνοούμενον scripsit Matthiae, siquidem ὑπέρχεσθαι et εἰσέρχεσθαι passim quarto casui jungitur. Vid. Valcken. ad Eurip. Phoen. 1378. et Bast. Epist. crit. p. 246. Enallages istius certiora desidero exempla, quae dum allata fuerint, malim μολόντα. Vs. 4. MS. Epit. Grot. et Schweigh. distinguunt ἡδύ γ' ἔστ' εὐημερεῖν ἐν ἅπασιν. Pro ἁπαλὸς Toup. ad Suid. III. p. 492. ἀφ' ἁλός. At fluviatiles pisces acceperat coquus, ut recte monuit Schweighaeuserus. Fort. leg. ἐν ἅπασιν ἰχθὺν ἁπαλόν, οἷος γέγονέ μοι; τοῖον etc. τοῖον pro οἷον (MS. Epit. τοῦτον) etiam Toup. et Bentl. p. 118. quem vide. — Vs. 5. παρατέθεικ'. οὐ dederunt MSS. et Grotius e conjectura pro edito παρετίθει, κ' οὐ. Tum πεφαρμακευμένον i. e. βεβαμμένον. Hesychius φαρμάσσων, βάπτων. Hipponax ap. Athen. p. 645. c. οὐ τηγανίτας σησάμοισι φαρμάσσων. — Vs. 6. ἐξηνθισμένον, nec superne tanquam floribus adspersum, h. e. nullo lenocinio variegatum. Ita κεστρεὺς χρωσθεὶς dicitur ab Antiphane ap. Athen. p. 623. a. Similiter ut Philemo Epicrates ibid. p. 655. F.

ἔνθα δελφάκων ἐγὼ κρέα
κάλλιστ' ὄπωπα πυρὸς ἀκμαῖς ἠνθισμένα.

Eodem sensu ξανθίζεσθαι dixit Pherecrates p. 269. a. — Vs. 7. κοπτός. Ita dedi pro κόπτος, sive καὶ ὀπτός. De ὤν, quod statim sequitur, vide Bentl. — Vs. 8. ἁπαλὸν πῦρ, modicum ignem. V. Wesseling. ad Diod. Sic. I. p. 192. — Vs. 9. ὀπτῶν τὸν ἰχθύν. Ita Casaub. e Cod. Epit. pro τὸν ὀπτὸν ἰχθύν vel ἰχθῦν. — Vs. 10. ὁπόταν e codd. dedit Schweigh. pro ὅταν. Ibidem ὄρνις ultima correpta, ut apud Sophocl. Scholiastae Arist. Av. 276. in Electr. 148. et apud Euripid. Polyid. Fragm. I, 4. Apud Aristophanem constanti usu produci statuit Pors. ad Eurip. Hec. 208. — Vs. 12. et 13. vulgo ita eduntur:

τηροῦσα τοῦτο καταπιεῖν· περὶ δ' ἐσπούδακεν.
ἑτέρα διώκουσα ταύτην —

Pro τηροῦσα Casaub. θηρῶσα, Schweigh. ad Bentl. mentem dedit: τηροῦσα τοῦτο· κᾆτα περιεσπούδακεν Ἑτέρα διωκάθουσα ταύτην — in quibus διωκάθουσα primus conjecit Casaubonus. Merito hoc improbavit Elmsley. ad Euripid. Med. 186. qui V. 12. ita legit τηροῦσα, καταπιεῖν τε περιεσπούδακεν. Codicis lectio haec est: τηροῦσα τοῦτο καταπιεῖν μεῖζόν τι περὶ δ' ἐσπούδακεν, ἑτέρα (Ms. Epit. ἕτεραι) διώκουσι δὲ ταύτην, unde Schweigh. conjecit: τ. τοῦτο· κᾆτα περιεσπουδασάν Ἕτεραι, διώκουσίν τε ταύτην. quae ratio

propter aoristum *περιεσπούδακεν* ferri non potest. Nihil in codicis lectione mutavi, nisi quod verba *μεῖζόν τι περὶ* e praecedente versu temere repetita delevi. Jam ad amussim omnia respondent. Verbum *περισπουδάζειν* a Lexicographis e Philemonis, opinor, versu receptum quo alio auctore se tueri possit, nescio. E Philostrato certe V. A. VIII. p. 370. nihil ei praesidii peti potest. — Vs. 17. *ὀλολύζειν ridere* vel *cachinnari* minus recte, interpretatur Casaubonus. Nostri dicerent: *das war ein Jammer!* — Vs. 20. *ἀρτίως σκάρον*. Ita Bentl. pro *ἄρτι*. Voc. *σκάρος* apud Graecos constanti usu corripitur, sed producitur ab Ennio ap. Apulej. I. p. 284. ed. Altenb. — Vs. 21. *ἢ 'ξ Ἄργους κάπρον*. Ambraciotas apros (pisces, non feras) prae ceteris laudat Archestratus Athenaei III. p. 92. d. et VII. p. 305. e. ubi lege *τὸν κάπρον ἂν ἐσίδῃς*. — Vs. 23. Schweigh. *ὁ Ποσ.* nescio unde. — Vs. 24. *ἐγένοντ' ἂν θεοί*, *beatissimos sese praedicassent*. Vide Jacobs. ad Anthol. Gr. II, 3. p. 67. — Vs. 25. et 26. iterum habet Athen. p. 290. a. ubi pro *εὕρηκα* scribitur *ηὕρηκα*. *Ὅταν* ante *ὅταν* e conjectura addidi. Casaubonus non male *ὅταν μόνοι ὀσφρανθῶσι*. Porson. Adv. p. 82. *ὦ τᾶν, ὅταν*. At solus in scena est coquus. Ad sententiam convenit fere Plautus Pseudolo III, 2, 40. ubi coquus, quum aliorum peritiam prae se sprevisset, haec dicit:

Nam vel ducenos annos poterunt vivere
Meas qui esitabant escas, quas condivero.

Quos versus comparavit jam Victorius Var. Lect. XX, 23. Simillimum Batonis locum vide apud Porson. Adv. 144. (126.) Ceterum admodum probabilis est conjectura Schweighaeuseri, totam hanc eclogam, adeoque ipsam fabulam *Στρατιώτου* nomine inscriptam, non Philemoni patri sed filio tribuendam esse; quanquam in eo quidem non assentior viro doctissimo, quod in Athenaei verbis *τῆς κωμῳδίας ὁ ποιητὴς* aliquid inesse sibi persuasit, quod suam de auctore hujus eclogae sententiam confirmet. Minus etiam probandum, quod *νεωτέρας* ante *κωμῳδίας* excidisse existimat: cum utrumque Philemonem novae Comoediae poetam fuisse constet. *Νεωτέραν* autem *κωμῳδίαν* a *νέᾳ* veteres distinxisse, nemo, quod sciam, tradidit. Nihilominus Schweighaeuserum de auctore loci nostri probabiliter judicasse, docet junioris Philemonis ecloga ap. Athen. VII. p. 291. D. ubi eundem habes *μάγειρον* in iisdem illis pisciculis assandis occupatum. Ipsos versus infra exhibui.

ΣΥΝΑΠΟΘΝΗΣΚΟΝΤΕΣ.

Athenaeus VII. p. 307. d. ὅτι δὲ εἶδος κεστρέων οἱ νήστεις φησὶ Φιλήμων ἐν Συναποθνήσκουσιν·

Ἠγόρασα νῆστιν κεστρέ' ὀπτὸν οὐ μέγαν.

Usus est hoc loco Porsonus ad Eurip. Hec. 876. propter brevem ultimam in κεστρέα. Ita etiam Machon ap. Athen. p. 577. d. τὸν βασιλέ' εὐμελῶς ὑπερκελητίσαι Theophilus ap. Schol. Dion. Thrac. p. 724. τὸν τροφέα, τὸν σωτῆρα. Antiphanes Stobaei Serm. 79. p. 337. Grot. πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ γονέας οὐκ ἔστιν κακός.

ΣΥΝΕΦΗΒΟΣ.

Clemens Alex. Paed. II. p. 90. πέδας δὲ περισφυρίους τὴν περὶ τοὺς πόδας ἀκοσμίαν τῶν γυναικῶν Φιλήμων ἐν Συνεφήβῳ προσεῖπεν·

Ἱμάτια διαφαίνοντα καὶ πέδην τινὰ
χρυσῆν.

De πέδαις pedum ornamento Clericus laudat Alb. Rubenium Anal. de Re Vest. I, 16. et Oct. Ferrarium Cap. XXII. Idem monet etiam Plinium haec ornamenta licèt aurea, tamen vocare *compedes* Lib. XXXIII. 12. Cfr. Polluc. V, 100. et Piersonum ad Moer. p. 332.

ΥΠΟΒΟΛΙΜΑΙΟΣ.

Laudatur a Photio Lex. p. 398. στοιχεῖον ἢ σκιά. Φιλήμων Ὑποβολιμαίῳ; et a Stobaeo Serm. LV. p. 372. Gesn.

Ἀεὶ γεωργὸς εἰς νέωτα πλούσιος.

Idem versus omisso auctoris nomine commemoratur a Zonara II. p. 1395. et Etymol. M. p. 600. 56. Fortasse non diversa fuit haec fabula ab Ἀγροίκῳ, ut integer dramatis titulus fuerit Ὑποβολιμαῖος ἢ Ἀγροῖκος. Quo elogio etiam Menandri fabulam inscriptam fuisse constat. Mira autem Philemonis et Menandri in eligendis fabularum titulis fuit similitudo, quam rem e simultate inter utrumque poetam intercedente et mutua de principatu contentione repetendam esse non dubitamus. Ceterum Philemonis Hypobolimaeum commemorat etiam Clemens Alex. Strom.

VI. p. 267. Sylb. τὸν μέντοι Κώκαλον, τὸν ποιηθέντα Ἀραρότι τῷ Ἀριστοφάνους υἱῷ, Φιλήμων ὁ Κωμικὸς ὑπαλλάξας ἐν Ὑποβολιμαίῳ ἐκωμῴδησεν. De quo loco diximus supra in iis, quae de Philemonis vita disputavimus.

Φ Α Σ Μ Α.

Athenaeus XI. p. 481. d. κυμβία, τὰ κοῖλα ποτήρια καὶ μικρά. — Φιλήμων Φάσματι·

Ἐπεὶ δ' ἡ Ῥόδη
κυμβίον ἀκράτου κατασέσειχ' ὑμῖν ἄνω.

Ita Macrobius Saturn. V, 21. ubi idem Philemonis locus servatus est. Athenaeus ἐπεὶ δὲ ἡ Ῥόδη, quod in ἐπειδὴ δ' ἡ Ῥόδη mutavit Schweigh. praeeunte Bentl. p. 119. Possis etiam ἔπειτα δ' ἡ Ῥ. — Vs. 2. MS. A. ὑμᾶς. Recte opinor Schweigh. conj. ὑμῶν. Usus est hoc versu Huschkius Anal. p. 177. comparans Propert. III, 8. *projicis insana pocula plena manu*, et minus apposite Lucian. dial. meretr. XV. καὶ τὸν κρατῆρα ἐξέχεεν ἐπεισπαίσας *cum furibundus irruisset*. ubi cave cum doctissimo viro corrigas ἐπισείσας. V. Hemsterh. ad Plut. Arist. p. 271. Suidas s. v. ἐπεισπέπαικεν· Μυκονίου δίκην Ἐπεισπέπαικεν εἰς τὰ συμπόσια. Quae vide ne Archilochi verba sint. Cfr. Athen. I. p. 7. f.

Φ Ι Λ Ο Σ Ο Φ Ο Ι.

Apud Clement. Alex. Strom. II. p. 177. Sylb. et Diogenem Laert. VII, 27. de Zenone:

Φιλοσοφίαν καινὴν γὰρ οὗτος φιλοσοφεῖ.
πεινῆν διδάσκει καὶ μαθητὰς λαμβάνει.
εἷς ἄρτος, ὄψον ἰσχάς, ἐπιπιεῖν ὕδωρ.

Apud Diogenem postremus versus εἷς ἄρτον (sic enim ibi editur) primum locum occupavit. Idem pro καινὴν vulgari errore κενήν. Contrario errore in Lexico Seguer. I. p. 48. legitur καινὰ ψοφεῖν, καινῶς κομπάζειν. Suid. II. p. 9. οὗτος (Zeno) ἄκραν εἶχε δίαιταν καὶ λιτήν, ὥστε καὶ εἰς παροιμίαν χωρῆσαι·

φιλοσοφίαν καινὴν γὰρ οὗτος φιλοσοφεῖ.

Ita enim legendum pro ἐφιλοσόφει, monente Menagio ad Diog. Laert. p. 276. Ad v. 3. comp. Alexis apud Athen.

p. 161. C. ubi de Pythagoristis: ἄρτος καθαρὸς εἷς ἑκατέρῳ, ποτήριον ὕδατος.

Χ Η Ρ Α.

Athenaeus XI. p. 497. F. Σαννάκρα. Κράτης — ἔκπωμά φησιν εἶναι οὕτω καλούμενον. ἔστι δὲ περσικόν. Φιλήμων δ' ἐν Χήρᾳ βατιακῶν μνησθεὶς καὶ τῇ γελοιότητι τοῦ ὀνόματος προσπαίξας φησίν·

Σαννάκρα, ἱπποτραγέλαφοι, βατιάκια, σαννάκια.

Alii alia tentant. Schweighaeuserus:

α'. Σαννάκρι', ἱπποτραγέλαφοι, βατιάκια.
β. Σαννάκια;

Jacobsius Addit. p. 226.

Σάννακρ', ἱπποτραγέλαφοί τε, βατιάκαι καὶ σάννακρα.

Alia Bentleji ratio, quem vide p. 119. Mihi non liquet.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I.

Apud Stobaeum Serm. XXX. p. 208. Gesn. p. 133. Grot.:

Ὦ Κλέων, παῦσαι φλυαρῶν· ἂν ὀκνῇς τὸ μανθάνειν,
ἀνεπικούρητον σεαυτοῦ τὸν βίον λήσῃ ποιῶν.
οὔτε γὰρ ναυαγός, ἂν μὴ γῆς λάβηται φερόμενος,
οὔποτ' ἂν σώσειεν αὑτόν, οὔτ' ἀνὴρ πένης γεγώς,
μὴ οὐ τέχνην μαθών, δύναιτ' ἂν ἀσφαλῶς ζῆν τὸν βίον.
Ἀλλὰ χρήματ' ἐστὶν ἡμῖν. Ἅ γε τάχιστ' ἀπόλλυται.
Κτήματ', οἰκίαι. Τύχης δὲ μεταβολὰς οὐκ ἀγνοεῖς,
ὅτι τὸν εὔπορον τίθησι πτωχὸν εἰς τὴν αὔριον.
Κἂν μὲν ὁρμισθῇ τις ἡμῶν εἰς λιμένα τὸν τῆς τέχνης,
ἐβάλετ' ἄγκυραν καθάψας ἀσφαλείας εἵνεκεν.
ἂν δ' ἀπαίδευτος μετασχῇ πνεύματος φορούμενος
τῆς ἀπορίας εἰς τὸ γῆρας οὐκ ἔχει σωτηρίαν.
Ἀλλ' ἑταῖροι καὶ φίλοι σοι, καὶ συνήθεις, νὴ Δία,
ἔρανον εἰσοίσουσιν. Εὔχου μὴ λαβεῖν πεῖραν φίλων,

εἰ δὲ μή, γνώσῃ σεαυτὸν ἄλλο μηδὲν πλὴν σκιάν.

Primo versu legitur εἰ pro ἄν. Sec. vs. Grot. Exc. p. 779. ita probabili conjectura restituit: μέγ. ἐστιν εἰ μετ' εὐνοίας διδῷς, nisi quod pro εἰ debebat ἄν.

LXXVI.

Ibidem p. 363.:

Ἐὰν γυνὴ γυναικὶ κατ' ἰδίαν ὁμιλεῖ,
μεγάλων κακῶν θησαυρὸς ἐξορύσσεται,

Grotius Exc. p. 915. ἐὰν γυναικὶ ὁμ. κ. ἰδ. γυνή. Pro ὁμιλεῖ poeta fortasse scripserat προσῇ, vel simile quid.

LXXVII.

Ibidem:

Σαπρὰν γυναῖκα δ' ὁ τρόπος εὔμορφον ποιεῖ·
πολύ γε διαφέρει σεμνότης εὐμορφίας.

Vs. 1. addidi δέ. Grot. Exc. p. 915. dedit γυν. σαπράν. Lobeck ad Phrynich. p. 378. σαπρὰς γυναῖκας et εὐμόρφους. Vs. 2. adjeci γέ. Grot. γάρ.

LXXVIII.

Ibid. p. 364.:

Γνώμην πονηρὰν τῇ γυναικὶ μὴ δίδου·
ἐλαφρὸν τὸ γένος γάρ ἐστι καὶ λίαν κακόν.

Vs. 2. erat ἐλαφρὸν γάρ ἐστι κ. γ. Quod non correxit Grot. Exc. p. 914.

LXXIX.

Ibid. p. 364.:

Ὅταν τινὰ τάφον στεφανοῖς κόσμῳ ποικίλῳ,
τὸ ζῆν τὸ σαυτοῦ στεφάνοις παρηγόρει.

Grot. Exc. p. 915. ὅταν τάφον στεφάνῳ τε κοσμεῖς ποικίλῳ,

Similiter Jacobs ad Anth. III. 3. p. 410. Ἐ νῦν, τί γὰρ τάφον στεφανοῖς κόσμῳ κενῷ. Videant alii. — Vs. 2. fort. articulus ante στεφάνοις addendus. Heinsius pro στεφάνοις tentat στέμμασιν.

LXXX.

Ibidem:

Ζῶν γὰρ ἀσκοῦ σαυτῷ στεφάνων καὶ μύρα.
χρήσῃ γὰρ αὐτοῖς αἰσθόμενος μεθ᾽ ἡδονῆς.

Primum versum non expedio. Rutgersius ζῶν γὰρ σεαυτῷ στέφανον ἀσκοῦ καὶ μύρα. At στέφανον ἀσκεῖσθαι barbara est locutio. Vs. 2. ante Heinsium μεθ᾽, ἡδ. αἰσθόμενος.

LXXXI.

Ibidem:

Κἂν μέχρι νεφέων τὴν ὀφρὺν ἀνασπάσῃς,
ὁ θάνατος αὐτὴν πᾶσαν ἑλκύσει κάτω.

Recepit Grotius Exc. p. 915.

LXXXII.

Ibid. p. 364.:

Μὴ λέγε ἐκφυγὼν θάνατον ὅτι καὶ φεύξομαι πάλιν,
ὡς γὰρ πέφευγας προσδόκα καὶ μὴ φυγεῖν.

Grot. Exc. p. 915. μὴ λ. φυγὼν θ. ὅτι φ. πάλιν. Melius Heinsius φυγὼν θ. μὴ λέγ᾽ ὅτι φ. πάλιν.

LXXXIII.

Ibid. p. 365.:

Ἐὰν ὁρῶν πένητα γυμνὸν ἐνδύσῃς,
μᾶλλον ἀπέδυσας αὐτόν, ἐὰν ὀνειδίσῃς.

Grot. Exc. p. 917. ἐνέδυσας pro ἐνδύσῃς, quo quid proficiatur non video. Probabiliter Seidler. V. D. II. p. 396. ἐὰν π. γ. ἐνδ. ὁρῶν.

LXXXIV.

Ibidem:

Μὴ λέγε πρότερον τίς ἦς, ἀλλὰ νῦν τίς εἶ.
πρὸς τὴν παροῦσαν πάντοθ᾽ ἁρμόζου τύχην.

Vs. 1. leg. μὴ λέγε τίς ἦσθα πρ. — τίς εἶ. Tum ἁρμόζου

pro ὁρμάζου dedit Rutgersius. Similiter ὁρμιστέον pro ἁρμοστέον redde Auctori inc. ap. Stob. 109. p. 185. Gesn.

LXXXV.

Ibidem:

Ἀνὴρ γυναικὸς λαμβάνων συμβουλίαν
πεσεῖν δεδοικὼς, βούλεται πάλιν πεσεῖν.

Recepit Grot. Exc. p. 917. Pro πεσεῖν cod. MS. παίζειν et in fine πιδεῖν.

LXXXVI.

Ibidem p. 359.

Τί ἐστιν ὁ θεὸς οὐ θέλει σε μανθάνειν·
ἀσεβεῖς τὸν οὐ θέλοντα μανθάνειν θέλων.

Menandro haec tribuit Grot. Exc. p. 761. Primus versus, Philemonis nomine adscripto, est etiam ap. Stob. Ecl. Phys. II. p. 6. sed male cum alio fragm. (supra Fragm. 26.) conjunctus. Ceterum soloece editur οὐ θέλῃς σὺ μ. Nostrum praebuit Stobaeus, qui vs. 1. pro τίς recte habet τί.

LXXXVII.

Ibidem p. 366.:

Ὁ γῆρας αἰτῶν παρὰ θεῶν ἁμαρτάνει.
τὸ γὰρ πολὺ γῆρας ἐσχάτων πολλῶν γέμει.

Recepit Grot. Exc. p. 917.

LXXXVIII.

Ibidem:

Γέρων γενόμενος μὴ φρόνει νεώτερα
μηδ᾿ εἰς ὄνειδος ἕλκυε τὴν σεμνὴν πολιάν.

Ita Aeschyl. Pers. 779. Ξέρξης ἐμὸς παῖς ὢν νέος νέα φρονεῖ. cfr. Alciphr. III. 4. Heind, ad Plat. Prot. p. 461. — Vs. 2. fort. σεμνὴν τρίχα, et ἕλκε pro ἕλκυε, ut Grot. Ex. p. 917.

LXXXIX.

Ibidem:

Οὐχ ἡ πόλις σου τὸ γένος εὐγενὲς ποιεῖ,
σὺ δ᾿ εὐγενίζεις τὴν πόλιν πράσσων καλῶς.

Recepit Grot. Exc. p. 917. qui Heinsio auctore recte, ut videtur, εὐγενῆ mutavit in εὐγενὲς ποιεῖ.

XC.

Theophilus ad Autol. III. p. 385. *τίνι οὖν αὐτῶν πιστεύσωμεν; Φιλήμονι τῷ κωμικῷ λέγοντι,*

Οἱ γὰρ θεὸν σέβοντες ἐλπίδας καλὰς
ἔχουσιν εἰς σωτηρίαν. —

Epiphanius in Ancyr. p. 512. 30. *ὁ δ' ἀφ' ἡμῶν ἕτερος κωμικός φησιν, οἱ ἕνα θεὸν σέβοντες ἐλπίδας ἔχουσι καλὰς εἰς σωτηρίαν.* Vides quam callide ethnici poetae dictum, una vocula interposita, suo consilio adaptaverit. Nisi forte totum locum pia fraude confictum esse velis, cujus generis exempla aliquot infra videbimus. Legendum autem *ὁ δὲ Φιλήμων ἕτερος κωμικός*, ut monuit etiam Casaub. ad Athen. X. p. 434. B. Recepit locum Grotius Exc. p. 777.

XCI.

Etymol. M. p. 744. 38. *τὸ τάλαντον κατὰ τοὺς παλαιοὺς χρυσοῦς εἶχε τρεῖς· διὸ καὶ Φιλήμων ὁ κωμικός φησι·*

— Δύ' εἰ λάβοι
τάλαντα, χρυσοῦς ἓξ ἔχων ἀποίσεται.

Ita Bentl. p. 133. et Petitus Observ. I. 4. pro *ἔχων ἕξ.*

XCII.

Diodor. Sic. XII. 14. p. 487. *Φιλήμονος τοῦ κωμῳδιογράφου γράφοντος τοὺς πολλάκις ναυτιλλομένους καὶ εἰπόντος,*

Νόμῳ τεθαύμακ' οὐκ ἐπεὶ
πέπλευκεν, ἀλλ' εἰ δὶς πέπλευκεν,

τὸ παραπλήσιον ἂν τις ἀποφαίνοιτο. Male Grotius Exc. p. 769. ex hoc loco fabulam *Νόμου* elogio inscriptam Philemoni adfinxit. Neque Wesselingium probo dramatis titulum fuisse opinantis: *οἱ πολλάκις ναυτιλλόμενοι* vel *οἱ ναυτιλλόμενοι.* Ita non *γράφοντος* sed *γράψαντος* scribendum fuisset Diodoro, neque articulum omisisset. Fort. excidit post *γράφοντος* praepositio *εἰς*, nisi forte vulgatum ita defendas ut sit *describentis* vel *scribentis de iis qui saepe navigant;* similiter apud Alciphronem Lib. II. 4. *πάντως δέομαι κἀκεῖνο παρασκευάσασθαι δρᾶμα, ἐν ᾧ με γέγραφας.* Pro *νόμῳ* parum probabiliter Wessel. *οἴμοι.*

XCIII.

Athen. II. p. 52. E. *φησί που Φιλήμων·*

Ὄνος βαδίζεις εἰς ἀχυρὸν τραγημάτων.

Male Schweigh. tentat *εἰς ἀχύρων τραγήματα*. Dicebantur haud dubie verba illa in nescio quem, qui sero ad convivium veniret, cum vix bellariorum aliquid reliquum esset. Similiter Aristophanes inquilinos Atticos *τῶν ἀστῶν ἄχυρα* dixit Acharn. 506. Alludit autem ad proverbium *ὄνος εἰς ἀχυρὸν* vel *ἀχυρῶνα*, de quo Phrynichus App. Soph. p. 7. *Ἀττικὸν δὲ λίαν ὁ ἀχυρός, καὶ ἡ παροιμία· οἶνος* (leg. *ὄνος*) *εἰς ἀχυρόν*. Schol. Arist. Vesp. 1301. *παρὰ τὴν παροιμίαν· ὄνος εἰς ἀχυρῶνας ἀπέδρα. ὁ δὲ ἄχειρος* (leg. *ἄχυρος* sive potius *ἀχυρὸς*) *παρ' Εὐπόλιδι ἐν Χρυσῷ γένει*.

XCIV.

Eustath. ad Hom. p. 1701. 6. Rom. *τὰ Ταντάλου τάλαντα, ἐπεὶ πλούσιός ποτε ἦν, ὡς δηλοῖ, φασί, Φιλήμων εἰπών·*

Κροίσῳ λαλῶ σοι καὶ Μίδᾳ καὶ Ταντάλῳ.

XCV.

Phot. Lex. p. 372. de proverbio:

Σαυτὴν ἐπαινεῖς ὥσπερ Ἀστυδάμας, γύναι.

παροιμία παρὰ τοῖς Κωμικοῖς ἐγένετο, ὡς παρὰ Φιλήμονι. Idem proverbium apud Julian. Epist. XII. p. 381. ibid. LIX. p. 443. Athen. Lib. I. p. 33. F. Zenobium Cent. V. 100. Suidam III. p. 290. et in Bekkeri Anecd. Gr. III. p. 1456. quorum plerique in fine versus recte habent *γύναι*, pro quo alii *ποτέ*. Cfr. Bentl. p. 135.

XCVI.

Apud Stobaeum Ecl. Phys. I. p. 236. Heer.:

Χρόνος δίκαιον ἄνδρα μηνύει ποτέ.

Expressit Sophoclis versum Oed. T. 613. sive apud Julian. Epist. p. 195. *χρόνος δίκαιον ἄνδρα δείκνυσιν μόνος*. Similia dedit Valcken. ad Eur. Hipp. p. 210. E.

XCVII.

Ibidem p. 234.:

Χρόνος τὰ κρυπτὰ πάντα εἰς φάος ἄγει

Fort. *πρὸς τὸ φῶς ἄγει* vel *πάντ' ἂν εἰς τὸ φῶς ἄγοι*. Similis versus in Menandri Gnom. mon. 459. Cfr. Valck. ad Hipp. p. 306. B. C.

XCVIII.

Ibidem p. 196.:

Ἄλλος κατ' ἄλλην δαιμονίζεται τύχην.

Clericus p. 339. „h. e. ὑπὸ τοῦ δαίμονος χειμάζεται. Videtur fictum a Philemone verbum. Hesych. δαιμονίζειν interpretatur δαίμονα ἡγεῖσθαι, ἢ ἀποθειοῦσθαι."

XCIX.

Ibidem Serm. XVIII. p. 163. Gesn. p. 97. Grot.:

Ἅπας πονηρὸς οἶνος ὁ πολὺς ἔστ' ἀεί.

C.

Ibidem:

Ἐμέθυον· ἱκανὴ πρόφασις εἰς θἀμαρτάνειν.

CI.

Ibidem Serm. XXI. p. 176. Gesn. p. 109. Grot. sive apud Anton. Mel. p. 138. Gesn.:

Ἄνθρωπος ὢν τοῦτ' ἴσθι καὶ μέμνησ' ἀεί.

Antonius μένεις ἀεί.

CII.

Ibidem Serm. XXIX. p. 197. Gesn. p. 127. Grot.:

Ἐκ τοῦ φιλοπονεῖν γίνεθ' ὧν θέλεις κρατεῖν.

CIII.

Ibidem Serm. LXVI. p. 417. Gesn. LXVIII. p. 279. Grot.:

Ἀθάνατόν ἐστι κακὸν ἀναγκαῖον γυνή.

Plautus Trin. I, 2, 17. *Eho, tua mulier quid agit? Immortalis est.* unde Hermannus Praef. Trin. p. XXVII. hunc versum ad Thesaurum retulit; rectius haud dubie quam J. Gulielmius Quaest. Plaut. p. 294. qui comparat Trinumi V. 2. 61. *si pro peccatis centum ducat uxores, parum est.*

CIV.

Ibidem Serm. LXVI. p. 420. Gesn. LXVIII. p. 281. Grot.:

Τὸν δὲ μόνον ὄντα καὶ κακὴ τύχη τρέφει.

Ita Gesn. et Bentl. p. 124. pro τὸν μόνον ὄντα. Grot. μονιόν.

CV.

Ibidem p. 421. Gesn. p. 283. Grot.:

Γαμεῖν ὃς ἐθέλει εἰς μετάνοιαν ἔρχεται.

Bentl. p. 125. non sine metrico vitio γ. ὃς ἐθ. μετάνοιαν μετέρχεται. Sed vide Menandri Gnom. mon. 91.

CVI.

Ibidem, Philetae nomine adscripto:

Βίον καλὸν ζῇς, ἂν γυναῖκα μὴ ἔχῃς.

Leg. λάβῃς, nisi malis τρέφῃς. Idem versus in Gnom. mon. 72.

CVII.

Ibidem Serm. LXXVII. p. 453. Gesn. p. 341. Grot:

Βούλου γονεῖς πρὸ παντὸς ἐν τιμαῖς ἔχειν.

Ad Thesaurum refert Hermannus Praef. Trin. p. XXVII. Idem versus in Gnom. mon. 78.

CVIII.

Ibidem Serm. LXXXIII. p. 347. Grot.:

Ἡδύ γε πατὴρ τέκνοισιν εἰ στοργὴν ἔχοι.

Deest hic versus apud Gesnerum, ex cod. eum edidit Grotius.

CIX.

Ibidem Serm. CXX. p. 608. Gesn. CXXII. p. 497. Grot.:

Θανεῖν ἄριστόν ἐστιν ἢ ζῆν ἀθλίως.

Philemoni tribuit Grotius, Sophocli Gesnerus. Bentl. p. 129, οὐ ζῆν. Illud tuentur exempla apud Matth. Gramm. Gr. p. 640. et Herm. ad Vig. p. 715. De sequenti versu apud Stob., quem Bentl. cum hoc versu conjunxit, vide quae dixi ad ejus Emend. p. 130.

CX.

Ibidem Serm. XCVII. p. 538. Gesn. XCVIIII. p. 415. Grot.:

Νόσον πολὺ κρεῖττόν ἐστιν ἢ λύπην φέρειν.

Incerto poetae tribuit Grotius; in Gesneri margine nihil adscriptum est. Philemoni, cujus fragm. proxime antecedit, tribuit Apostol. Cent. XVII. 79. Cfr. Bentl. p. 135.

CXI.

Apud Auct. Comp. Men. et Phil. p. 360.:

Κρίσει δικαίᾳ καὶ δίδου καὶ λάμβανε.

Hunc etiam versum ad Thesaurum retulit Hermannus Praef. Trin. p. XXVII.

CXII. a.

Ibidem:

Εἰς χεῖρα δοῦλον δεσπότῃ μὴ συμβάλῃς.

CXII. b.

Ibidem p. 362.:

Ψυχῆς τόνος γὰρ ὑπὸ λόγου κουφίζεται.

Ita Rutgersius dedit pro Codicis lectione ψυχῆς γὰρ πόνος.

CXIII.

Apud Teletem Stobaei Serm. XCV. p. 524. Gesn. οὐκ ἀηδῶς γὰρ ὁ Φιλήμων·

Πλοῦτον μεταλήψεθ᾽ ἕτερον οὐχὶ τὸν τρόπον.

Recepit Grotius Exc. p. 777.

CXIV. a.

Apud Schol. Arist. Av. 39. παρὰ τοῦτο καὶ Φιλήμων·

Ἡ μὲν χελιδὼν τὸ θέρος, ὦ γύναι, λαλεῖ.

Ita Bentl. p. 135. pro αὐτὸ θέρος.

CXIV. b.

Apud Apostol. Cent. XIII. 78.:

Νόμος γονεῦσιν ἰσοθέους τιμὰς νέμειν.

Apud Stob. Serm. LXXVII. p. 455. Gesn. LXXIX. p. 339. Grotio Menandro tribuitur. Est etiam in Menandri Gnomis monost. 378.

CXV.

Eustath. in Hom. p. 633. fin. Rom. χρῆσις δὲ παιγνίου τοῦδε (τοῦ διαγραμματισμοῦ) παρὰ Φιλήμονι ἐν τῷ·

Μεθύει, διαγραμμίζει, κυβεύει. —

Vide Intpp. Polluc. IX. 99.

CXVI.

Ibidem p. 1442. 52. πρωῒ λέγεται καὶ τὸ ἕως ἕκτης ὥρας· Φιλήμων που φησί·

— — *Μεμίσθωται με δείλης πρωΐας.*

Est etiam apud Schol. ined. Heynii ad Iliad. Tom. VII. p. 798. De δείλῃ πρωΐᾳ, proximo ante prandium tempore, notavit nonnulla Bochart. Hieroz. I. p. 559. 40. Plura dedit Ruhnken. ad Tim. p. 75.

CXVII.

Apud Stobaeum Ecl. Phys. I. p. 234. Heer.

Πάντ᾽ ὁ χρόνος ὁ μέγας μαραίνει.

„Grot. cum Cant. h. l. inscripsit ex *Euripid. Hippo-* „*lyto*, in quo non legitur. Codd. vero V. A. E. Euripidis „nomen ad proximum locum trahunt. Pertinere itaque „ad h. l. arbitror Philemonis nomen, quod librarii male „jam ad praecedentem Sophoclis locum traxerant." *Heeren.* Videntur Sophoclis verba esse, ex Ajace 700. Herm. πάνθ᾽ ὁ μέγας χρόνος μαραίνει τε καὶ φλέγει. Philemonis nomen fortasse ad aliud spectabat fragmentum librariorum negligentia omissum.

CXVIII.

Append. Vatic. II. 93. μυὸς ὄλεθρος. οἱ μύες ἀποῤῥεόντων αὐτοῖς τῶν μελῶν κατὰ βραχὺ φθείρονται. ὅθεν καὶ Φιλήμων φησί·

— *Ἀλλ᾽ ἀπόλλυμαι*
κατὰ μυὸς ὄλεθρον. —

Ita haec e Cod. Par. dedit Bast. Epist. cr. p. 90.

CXIX.

Athen. XIII. p. 594. D. ὅτι Μένανδρος ὁ ποιητὴς ἤρα Γλυκέρας, κοινόν. ἐνεμεσήθη δέ. Φιλήμονος γὰρ ἑταίρας ἐρασθέντος, καὶ χρηστὴν ταύτην ὀνομάσαντος διὰ τοῦ δράματος,

ἀντέγραψε Μένανδρος ὡς συζύγου οὔσης χρηστῆς. Ita recte h. l. e MS. dedit Schweighaeuserus, male tamen ex his verbis Philemoni fabulam *Glycerae* nomine inscriptam affingens.

CXX.

Hesych. s. v. Ἶσις· ἔνιοι ὀμνύοντες τὴν Ἶσιν ἐξ ἑτοίμου ἐνόσουν· ὅθεν ὁ Φιλήμων διὰ τὸ συνεχὲς τῶν νόσων ἐχρήσατο τῇ λέξει. De Isidis jurejurando caecitatis aliorumque morborum auctore v. Jablonski Panth. Aegypt. I. p. 111. Intpp. Juvenal. XIII. 93. cll. Ovidio Amor. III. 3. 1.

CXXI.

Antiattic. Bekk. p. 102. Κυρίαν οὔ φασι δεῖν λέγειν, ἀλλὰ κεκτημένην· τὸν δὲ κεκτημένον μὴ λέγεσθαι ἀντὶ τοῦ δεσπότου. Σατυρικοῖς κεκτημένον λέγει, Φιλήμων κυρίαν. Ante Σατυρικοῖς tragici poetae et satyricae fabulae nomen excidit. Κεκτημένος hoc sensu habet etiam Aeschylus Suppl. 340.

CXXII.

Grammat. ap. Bekk. An. Gr. III. p. 1196. σεσημείωται παρὰ Φιλήμονι τῷ κωμικῷ οἱ εὔνους. τοῦτο γὰρ ὡς ἀπὸ τοῦ παρὰ φιλοσόφοις· εὔνοες γὰρ γέγονε κατὰ κρᾶσιν. Etym. M. p. 606. 25. δέον γὰρ τὸν νοῦν λέγειν καὶ οἱ νοῖ οἱ νοῖ σεσημείωνται παρὰ Φιλήμονι τῷ κωμικῷ τὸ οἱ εὔνους γὰρ εὔνοες, τὸ παρὰ φιλοσόφοις εἰρημένον, γέγονε κατὰ κρᾶσιν εὔνους. οἱ εὖνοι δὲ δεῖ λέγεσθαι. Leg. δέον γὰρ τὸν νοῦν λέγειν καὶ οἱ νοῖ. σεσημ. π. Φ. τ. κωμικῷ οἱ εὔνους. τὸ γὰρ εὔνοες etc. Cfr. Intpp. Greg. Cor. p. 480.

CXXIII.

Ibidem Choeroboscus p. 1406. τινὲς μὲν ὀρτυγός φασι διὰ τοῦ γ, Φιλήμων δὲ διὰ τοῦ κ φησὶν ὄρτυκος.

CXXIV.

Steph. Byz. p. 169. ἔχει δὲ ἡ πόλις (Crastus in Sicilia) εὐπρεπεστάτας γυναῖκας, ὡς Φιλήμων.

CXXV.

Phot. Lex. p. 76. θυρσόν, τὸ ὅπλον. Φιλήμων. Nisi Grammaticum intelligas.

CXXVI.

Ibid. p. 238. ὀκτώπηχυς καὶ ὀκτώπους. Φιλήμων.

CXXVII.

Pseudo-Plut. Vol. V. p. 617. Wytt. ed. maj. τῶν εὐγενῶν οἰκεῖον, ὁ Φιλήμων λέγει, πρὸς τὸν πόλεμον καὶ θάνατον ὀρούειν, ὡς ἱερεῖα. Sententiam non verba Philemonis reddidit; nisi forte, quae Wolfii sententia fuit, ad eum poetae locum respexit, quem supra exhibui Fragm. Inc. 63.

CXXVIII.

Athen. XI. p. 477. F. κισσύβιον, τὸ μόνωτον ποτήριον. Φιλήμων. Fort. Grammaticus. Ad eundem referenda sunt haec. Eustathii p. 1299. 63. Rom. καὶ τὸν παρὰ τῷ κωμικῷ Φιλήμονι ἐμβαθυχύταν (leg. ἐμβασικοίταν), ὃς καὶ ἔφηβος ἐκαλεῖτο. ποτηρίου δὲ ἦν εἶδος κατὰ τὴν τοῦ Δειπνοσοφιστοῦ ἱστορίαν. Athenaei locus est p. 469. a. ubi diserte voc. ἐμβασικοίτας e *Philemonis Atheniensis* libro περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων ἢ γλωσσῶν affertur. Nimirum Epitome usus est Eustathius, in qua haec leguntur: ἐστὶ δὲ καὶ ἔφηβος ποτήριον, ὁ καὶ ἐμβασικοίτας, ὥς φησι Φιλήμων. Cfr. Schweigh. Vol. VI. p. 83.

CXXIX.

Suid. I. p. 394. Φιλήμων δὲ καὶ ἀσχολεῖ. Eadem habet Gramm. Bekk. An. Gr. I. 457. 20.

CXXX.

Eustath. p. 1964. 7. Φιλήμων δὲ, φασὶ, βασίλεια οἶδε σῦκα, ἐξ ὧν αἱ βασιλίδες ἰσχάδες.

CXXX.

Apud Plinium H. N. 37, 31. de sardonyche: *Hae certe apud Menandrum et Philemonem fabulae superbiunt.* Attigi haec jam ad Menandri fragmenta.

CXXXI.

Apud Schol. Soph. Oed. Col. 42. Φιλήμων δὲ ὁ κωμικὸς ἑτέρας φησὶ τὰς σεμνὰς θεὰς τῶν Εὐμενίδων. Eadem Suidas I. p. 896. Vide quae supra dixi ad Alciphr. II, 3, 11.

Alia fragmenta, quae dubium est utrum Menandro an Philemoni aliisve poetis attribuenda sint, exhibui in Menandreis p. 97. 162. 206. 207. 218. 241. 246. 247. 305.

PHILEMONIS IUNIORIS
FRAGMENTA.

I.

Ἐάσαθ᾽ οὕτως ὡς ἔχει. τὸ πῦρ μόνον
ποιεῖτε τοῖς ὀπτοῖσι μήτ᾽ ἀνειμένον·
τὸ γὰρ τοιοῦτ᾽ οὐκ ὀπτὸν ἀλλ᾽ ἑφθὸν ποιεῖ·
μήτ᾽ ὀξύ· κατακάει γὰρ ὅσ᾽ ἂν ἔξω λάβῃ
τοῦτο πάλιν, εἰς τὴν σάρκα δ᾽ οὐκ ἐνδύεται.
Μάγειρός ἐστιν, οὐκ ἐὰν ζωμήρυσιν
ἔχων τις ἔλθῃ καὶ μάχαιραν πρός τινα,
οὐδ᾽ ἂν τις εἰς τὰς λοπάδας ἰχθῦς ἐμβάλῃ.
ἀλλ᾽ ἔστι τις φρόνησις ἐν τῷ πράγματι.

Athenaeus VII. p. 291. D. ὁ δὲ παρὰ τῷ νεωτέρῳ Φιλήμονι μάγειρος διδασκαλικός τις εἶναι θέλει τοιαῦτά τινα λαλῶν. Ἐάσαθ᾽ οὕτως etc. Recepit Grot. Exc. p. 777. Primum vs. correxit Bentl. p. 131. — Vs. 2. ante Grot. ὀπτοῖς. — Vs. 9. Similem coci gloriationem habes in Euphronis loco ap. Athen. I. p. 7. F. *Cocus*, inquit, *nihil a poeta differt*, ὁ νοῦς γάρ ἐστιν ἑκατέρῳ τούτων τέχνη. Cujus generis centena e Latinis Comicis afferri possent. — Ceterum recte, ut videtur, Schweighaeuserus hos versus e *Milite* ductos esse statuit. Vide quae supra dixi in fine adnotationis ad fragmentum e Στρατιώτῃ Philemonis majoris.

II.

α. Τίς ἐστιν οὗτος; β. ἰατρός. α. ὡς κακῶς ἔχει
ἅπας ἰατρός, ἂν κακῶς μηδεὶς ἔχῃ. —

Μόνο

Μόνῳ δ᾽ ἰατρῷ τοῦτο καὶ συνηγόρῳ
ἔξεστιν, ἀποκτείνειν μὲν, ἀποθνήσκειν δὲ μή.

Stobaeus Serm. C. p. 549. 25. Gesn. CII. p. 423. Grot. Distribui inter personas colloquentes, praeeunte H. Stephano Com. Gr. p. 407., quem sequutus est Grotius. — Vs. 3. sine idonea causa Bentl. p. 128. ἔξεστ᾽ ἀποκτείνειν. — Juniori Philemoni hos versus tribui Grotii auctoritatem sequutus, nam in Gesneri margine nudum Philemonis adscriptum est.

His utriusque Philemonis fragmentis alium locum adjiciam, quem Justinus de Mon. p. 38. D. et Eusebius Praep. Evang. XIII. p. 400. *Diphilo*, Clemens autem Alex. Strom. V. p. 258. 30. Sylb. et Theodoret. Tom. IV. p. 854. Hal. *Philemoni* tribuunt.

Οἴει σὺ τοὺς θανόντας, ὦ Νικήρατε,
τρυφῆς ἁπάσης μεταλαβόντας ἐν βίῳ
καὶ γῆν καλύψειν, ὡς ἀπὸ τοῦ πάντ᾽ εἰς χρόνον
πεφευγέναι τὸ θεῖον ὡς λεληθότας;
ἔστιν Δίκης ὀφθαλμός, ὃς τὰ πάνθ᾽ ὁρᾷ·
καὶ γὰρ καθ᾽ Ἅιδην δύο τρίβους νομίζομεν,
μίαν δικαίων χἀτέραν ἀσεβῶν ὁδόν.
εἰ γὰρ δίκαιος κἀσεβὴς ἕξουσιν ἕν,
ἅρπαζ᾽ ἀπελθὼν, κλέπτ᾽, ἀποστέρει, κύκα.
μηδὲν πλανηθῇς· ἔστι κἀν Ἅιδου κρίσις
ἥνπερ ποιήσει θεὸς ὁ πάντων δεσπότης,
οὗ τοὔνομα φοβερὸν, οὐδ᾽ ἂν ὀνομάσαιμ᾽ ἐγώ,
ὃς τοῖς ἁμαρτάνουσι πρὸς μῆκος βίου
δίδωσι.

Sed hujus loci fides tam certis indiciis falsa tenetur, ut copiosiore ejus rei demonstratione supersedere liceat; praesertim cum jam Luzacium hoc argumentum uberius tractasse suspicemur. Vide quae supra ad Menandri Fragmenta monui p. 306., ubi complures ejusdem commatis versus, ab aliis Menandro aliis Philemoni tributos, exhibui. — Vs. 1. Just. *Νικόστρατε.* — Vs. 3. unus habet Justinus. Bentl. p. 130. corrigit: *κατὰ γῆν κ. κἀπὸ τοῦ π. εἰς χ.* — Vs. 6. 7. desunt ap. Justinum. Pro *καὶ γὰρ* Theod. *καὶ δή*, sed MS. *γάρ.* — Vs. 7. emendavit Grotius. Theod. *μίαν μὲν δικαίων, ἑτέραν δὲ ἀσεβῶν.* Clem. *μ. δ. ἑτέραν δ᾽ ἀσεβῶν εἶναι ὅρον.* Similiter Eusebius. — Vs. 8. deest

apud Clem. Theod. et Euseb. qui ejus loco alium versum habent turpiter depravatum. V. Bentlejus — Vs. 12. deest ap. Theod. Ceteri omnes τοὔνομα, quod in τὄνομα correxit Grotius. Pro φοβερὸν Clemens φοβερώτερον. Reliqua persequi in tali poeta vix operae pretium fuerit. Quamquam non repugnem, si quis nonnulla certe horum versuum auctorem ex ipso Philemone duxisse statuat. His quintum versum adnumeraverim: Ἔστιν Δίκης ὀφθαλμὸς ὃς τὰ πάνθ᾽ ὁρᾷ· quamquam is tragicum potius colorem habet. Idem legitur in Gnomis Menandri monost. 179. Cum nono versu: ἅρπαζ᾽ ἀπελθὼν, κλέπτ᾽, ἀποστέρει, κύκα, conveniunt fere illa Plauti Pseud. II. 2. 6.

Rape, clepe, tene, harpaga, bibe, es, fuge.

Quae comparavit Jos. Scaliger Conj. Varr. VI. p. 235. Bip.

Ceterum haud scio an ex eadem officina hi quoque versus prodierint, quos Clemens Alex. p. 45. *Euripidi*, Justinus autem de Mon. p. 37. D. *Philemoni* tribuit:

α'. Θεὸν δὲ ποῖον εἰπέ μοι νοητέον;
β'. Τὸν πάνθ᾽ ὁρῶντα καὐτὸν οὐχ ὁρώμενον.

De quorum versuum fide neque Gatakerum ad Anton. XII. p. 361. a. neque Valcken. Diatrib. V. p. 41. C. scrupulum injecisse, mirari licet. Luzacius an eos tetigerit, incompertum habeo.

RICHARDI BENTLEII
EMENDATIONES
IN
MENANDRUM
ET
PHILEMONEM.

RICHARDI BENTLEII
EMENDATIONES
IN
MENANDRUM
ET
PHILEMONEM.

ΑΔΕΛΦΟΙ.

I. p. 201. *Ἕκαστος ὑμῶν, καὶ συνηγωνίσατο* —

Nesciebat Vir Clarissimus Clericus illud *συνηγωνίσατο* 1
corripere quartam syllabam, et idcirco in senario stare hic non posse *). Corrigendum erat *συνηγώνιζετο*, quod et praecedens *ἠμύνετο*, et quod continuo sequitur *συνέπραττον*, utrumque temporis imperfecti, apertissime demonstrant.

Ibidem. *Οὐκ ἂν ἐπὶ πλεῖον τὸ κακὸν ἡμῖν ηὔξατο.* Atqui *ηὔξατο* in ea, quam ponit Vir Cl. significatione ne Graecum quidem est. *Αὔξομαι* enim in tempore indefinito non *ηὔξατο* facit, sed *ηὐξήσατο*. *Ηὔξατο* longe aliud 2
notat, *precatus est*, *gloriatus est*, ab *Εὔχομαι*. Repone igitur, *ηὔξετο*. Quippe *ηὔξετο* vere significat *adauctum esset*, et aptissime cum prioribus convenit, *ἠμύνετο*, *συνηγώνιζετο*, *συνέπραττον*; quae omnia imperfecto tempore proferuntur. Huc accedit codex Grotii manuscriptus, qui *ηὔξαιτο* exhibebat. *Αι* enim pro *Ε* passim in manuscriptis occurrere norunt jam et pueri. Atque haec quidem, quae

*) Idem Grotii error in Apollodori loco apud Stobaeum Serm. 107. p. 483. *ὑμεῖς μὲν ὀνειδίσατ', ἄν τι μὴ ποιῇ Ὁ πατὴρ πρὸς ὑμῶν.* Corr. *ἐάν*.

magnum etiam Grotium effugerant, condonari viro Cl. facile possunt; alia, quae paulo post castiganda venient, multo difficilius.

II. p. 5. — Θεός ἐστι τοῖς χρηστοῖς ἀεὶ
'Ο νοῦς ἄρ', ὡς ἔοικε τοῖς σοφωτάτοις.

Grotius ad locum (cujus verba hic, ut alibi saepius, omisit Vir Cl. qui tamen se *notas Grotianas omnes subjecisse* profitetur) *apud Justinum*, inquit, *legitur* "Ἔοικεν οἱ σοφώτατοι. Grotio igitur debemus illud τοῖς σοφωτάτοις; quod utinam tanto viro non excidisset. Ea quippe significatione ne Graecum quidem est. "Ἔοικε Dativo sequente nihil aliud notare potest, quam *simile est*, *decet*, *par est*. Δοκεῖ σοφοῖς dicerent Graeci, non ἔοικεν, ubi exprimere vellent, *videtur*, *placet*, *sententia est*. Lege igitur minore mutatione, ὦ σοφώτατοι: ὦ pro οἱ facillimo librariorum errore. Nempe hic, quicunque est, ut in Comoedia, alios alloquitur. Notum illud Aristophanis,
Ὦ σοφώτατοι θεαταί, τἀμὰ δὴ ξυνίετε.

III. p. 8. Τὰ τῶν φίλων κοιν' οὐ μόνον τὰ χρήματα·
Καὶ νοῦ δὲ καὶ φρονήσεως κοινωνία.

Haec, ait Grotius, cujus verba iterum suppressit Vir Cl. *In versus digessimus*, *quae apud Suidam sic exstabant*, κοινὰ τὰ τῶν φίλων, Τίμαιός φησιν ἐν τῷ θ' ταύτην λεχθῆναι κατὰ τὴν Μεγάλην Ἑλλάδα, καθ' οὓς χρόνους Πυθαγόρας ἀνέπειθε τοὺς ταύτην κατοικοῦντας ἀδιανέμητα κεκτῆσθαι. Κέχρηται τῇ παροιμίᾳ Μένανδρος Ἀδελφοῖς. Οὐ δήπου τὰ χρήματα λέγειν μόνον, ἀλλὰ τὴν τοῦ νοῦ καὶ τῆς φρονήσεως κοινωνίαν. Ubi qui nasum habet, facile odorari poterit, non Menandri esse postrema verba, sed Suidae *). Et
3 perperam omnino Grotius, qui male natos Iambos hinc extudit, et Menandro eos adfinxit. Κοινὰ enim τὰ τῶν φίλων, neque aliud quidquam, Menandrum hic usurpasse, testis est Terentius Adelphis 5, 3. qui Graeca Menandri sic vertit,

Nam vetus verbum hoc quidem est,
Communia esse amicorum inter se omnia.

IV. p. 5. Ὦ μακάριόν με, γυναῖκα γὰρ οὐ λαμβάνω.

Menandri verba apud Donatum sic se habent: Ὦ μακάριόν με. γυναῖκα οὐ λαμβάνω. Ubi Vir Cl. γὰρ illud inse-

*) Sunt Juliani verba Orat. VII. p. 245. ut monuit Toupius in Suid. p. 244.

ruit ad versum sustentandum. Quae haec temeritas est, Menandri fragmenta, quae senariis versibus incedunt, edenda et corrigenda in se recipere; cum senarii legem et mensuram, atque adeo syllabarum quantitates, aeque cum ignarissimis calleat? Bellus enim hic senarius misere claudicat, neque recto talo insistere potest. At quam in promptu erat sic restituere?

Ὦ μακάριόν μ᾽, ὅταν γυναῖκ᾽ οὐ λαμβάνω.

V. p. 245. Ὅς δ᾽ οὔτ᾽ ἐρυθριᾶν οἶδ᾽, οὐδὲ δεδοικέναι.

Neque hunc intellexit Iambum binis syllabis vacillare. Tam levicula res denudat hominem,

Atque ignoratae premit artis crimine turpi:

Ecce enim versiculum levi medicina incolumem,

Ὅς δ᾽ οὔτ᾽ ἐρυθριᾶν οἶδεν, οὔτε δεδιέναι.

et sic plane extat apud Stobaeum titulo de Impudentia. Diphilo autem hoc tribuit Grotius; non, ut Gesnerus, Menandro: unde accepit Lindenbrogius ad Terentium, et recte citavit. Bis ergo vapulare dignus est vir Cl. qui aut in scansione nescio quomodo, aut in verbo haerens, rem sanam ultro corrupit. Risum etiam movet, cum Lindenbrogium hoc protulisse dicit ex Prisciani lib. XVIII. *ubi tamen*, ait, *invenire non potui*. Non enim hoc Diphili sive Menandri ex Prisciano laudat Lindenbrogius, sed Terentii *ῥῆσιν* illam, *Quem neque pudet quicquam*; quaeque ibi habetur lib. XVIII. p. 1134.

VI. p. 261. *Οὐκ ἔς᾽ ἀνοίας οὐδὲν τολμηρώτερον.*

Hanc quidem gnomen longe esse verissimam, vir Cl. ipse exemplo est; qui legis metricae imperitissimus Comicorum fragmenta sub incude sua formare ausus est. Quale enim illud *οὐδέν*, spondeus in loco quarto? quid illud *τολμηρώτερον*? quod vel in discipulorum cathedris *τολμηρότερον* dici nemo nescit, vocale scilicet brevi, ob syllabam longam praecedentem. Iterum ergo claudicabit versus, et trochaeum accipiet in loco quinto. Haeccine flagitia fieri, et patienter ferri? Atqui, inquiet, Linden- 4
brogius hoc qualecumque est, mihi subministravit. Nimirum aut fallor, aut memoria Lindenbrogium fefellit: hoc enim, opinor, voluit,

Οὐκ ἔς᾽ ἀναιδοῦς ζῶον εὐθαρσέςερον:

quod apud Stobaeum continuo sequitur illa superiora, numero V.

Ὅς δ᾽ οὔτ᾽ ἐρυθριᾶν οἶδεν, οὔτε δεδιέναι, etc.

et Diphilo adscribitur. Illud vero alterum, quo vir Cl

lectores impertit, neque Menandri, neque alius cujusquam est.

VII. p. 7. Πρὸς ἅπαντα δειλὸς ὁ πένης ἐςὶ πράγματα etc.

Et verba hujus fragmenti et sententiam nobis depravavit vir Clarissimus; δειλὸς enim furtim supposuit, cum et Stobaeus et Grotius elegantius habeant neutro genere δειλόν. Deinde et versus laborat, cum in loco quarto spondeum gerat; etsi hoc ille erratum cum Grotio et aliis commune habeat. Repone,

Πρὸς ἅπαντα δειλόν ἐςιν ὁ πένης πράγματα.

Versu autem tertio, mala fide exhibuit δὲ, quo clarior appareret oppositio, quam ille sibi finxit inter πένητα et μετρίως πράττοντα. Stobaeus enim, et ex eo Grotius γὰρ agnoscunt, non δέ: neque ulla hic oppositio est, sed prioris sententiae confirmatio. Lege ergo;

Ὁ γὰρ μετρίως πράττων περισκελέςερον —

Hoc plane est, quod Terentius dicit loco a Viro Clariss. hic laudato, *Ad contumeliam omnia accipiunt magis*. Περισκελέςερον autem *molestius*, *aegrius*, *gravius* significare multis probat Gatakerus ad Antoninum *): qui tamen nescio quomodo *constantius* in hoc Menandri loco accipit, similiter ac Grotius, et ex utroque Clericus. Causa his omnibus errandi erat, quod μετρίως πράττειν interpretarentur, *cui res meliusculae sunt*, *cui quod satis est suppetit*, et opponerent τῷ πένητι. Atqui μετρίως πράττοντα etiam *pauperem* denotare, et opponi τῷ πλουσίῳ καὶ εὐτυχοῦντι, *diviti et fortunato* res notior est, quam ut exemplis hic egeat. Hoc autem posito, jam illud γὰρ *enim*, quod rationem pollicetur sententiae praecedentis, evincit plane de *paupere* hic, ut prius, agi, non de *divite*. Condonemus autem hoc Viro Cl. quod cum tantis Viris ei commune est; at sua illa facinora, qui bina hic verba primus corruperit, solus expiare debet.

Α Λ Ι Ε Ι Σ.

VIII. p. 14. Πρῶτος εὑρὼν διατροφὴν πτωχῷ τέχνην.

Quis risum hic tenere poterit? Apud Grotium recte habet,

Ὁ πρῶτος εὑρὼν διατροφὴν πτωχῷ τέχνην.

Verum, cum ibi littera *O* maxima, pro typothetarum

---

*) Lib. IV. 28. p. 116. Cfr. Casaub. ad Athen. p. 656. a. et Lobeck. ad Sophoclis Ajac. p. 317.

more, infra lineam statueretur, et inchoaretur vox Πρῶτος a Π majuscula omisit illud Ο aliud agens vir Cl. neque sentire potuit, eo pacto versiculum una syllaba fore mutilum. Sic enim ad eruditos suos digitos exegisse versum videtur,

Πρῶτος | εὑρὼν | δια | τροφὴν | πτωχῷ | τέχνην.

Quid videtur? nonne sex pedibus constat, et numerose satis incedit? Dixerit aliquis, typographi fortassis erratum est. Atqui illud prohibet adnotatio; ubi iterum nobis hoc propinatur. O rem Aristarcheo magistro dignam!

IX. p. 12. *Ἐυποροῦμένου δὲ μετρίως ἐκ κυλίκων χρυσέων* etc.

Locum hunc ex Athenaeo, ait Vir Cl. *disruptum recte censet Is. Casaubonus, nec sanatu facilem.* Quod tamen tanto Viro difficile visum est, id clanculum tentare voluit noster, ob ipsam imperitiam audacior. Nam pro *χρυσίον*, quod apud Athenaeum extat, reposuit, celato de ea re lectore, *χρυσέων*. Atqui *χρυσέων*, o bone, Ionicum est, neque in Attica comoedia stare potest: dixisset utique Menander, *κυλίκων χρυσῶν*. Inde pro *Ἔνδον ἔς᾽ ἄνδρές*, substituit *εἰσ᾽*, *Intus sunt viri.* Ideo vero *εἰσὶ* voluit, quia illud *ἄνδρές* in casu recto accepit. Ergo, *Clerici* judicio, *viri* in suppellectile sunt numerati. Quis non exclamet, *Pulchre, bene, recte?* Tandem pro *κἀκτυπωμάτων*, hoc est, *καὶ ἐκτυπωμάτων*, ille divisim edidit *κἀκ τυπωμάτων*, vertitque *ex sculpturis*. Dum autem haec suae Criticae edit specimina, nihil sentit interea, nec versum primum una syllaba deficere, nec tertium duabus, neque cum bis illud *τορεύματα* putide inculcetur, alterutrum ex illis sine dubio mendosum esse. Nos locum integrum sic refingi posse putaremus, si sub tanto Magistro praecepta Artis Criticae haurire licuisset:

Εὐπορούμεν οὐδὲ μετρίως ἐκ Κιλικίας χρυσίου.
Περσικαὶ ςολαὶ δ᾽ ἐκεῖναι, πορφυρᾶ τε ςρώματα
Ἔνδον ἔς᾽, ἄνδρες, ποτηρίδιά τε καὶ τορεύματα.

Hi certe, si nihil aliud, Trochaïci sunt; quorum leges 6 non magis intelligit vir Cl. quam Senariorum.

X. p. 15. — *Εκλελάκησεν*
Ὁ χρηςὸς ἡμῖν μοιχὸς, ἀλλ᾽ ἀντάλλαγος.

Quid, malum, *ἐκλελάκησεν* in fine senarii facit? quisquamne illud nesciverit, in sexto loco necessario requiri Iambum? Sed para te, lector, ut rem pene incredibilem digne mirari possis. Usus est Vir Cl. editione Suidae postrema, quam nuper dedit Doctissimus et Celeberrimus Ludolphus Kusterus. Ibi autem clare exstat *ἐκλελάκτικεν*,

ut et in editionibus prioribus. Verum, cum ibi Typothetes formam τι adhibuerit uno ductu comprehensam, quae sane literam H sic imitatur, ut homini Graece imperito facile possit imponere; similitudine figurae deceptus vir Cl. ἐκλελάκηκεν ibi legebat, pro ἐκλελάκτικεν: et vocis, opinor, cacophonia offensus ἐκλελάκησεν de suo supposuit, tam in textu, quam in adnotatis: non persentiscens et Artis Metricae et Grammaticae leges hoc verbi portento violari. Mixtam enim formam habet et Praeteriti et Aoristi,

Diversum confusa genus Panthera Camelo.

Ego vero olim sub ferulae ictu poenas dedissem, nisi ab ἐκλακεῖν praeteritum fecissem ἐκλελάκηκεν, aoristum vero ἐξελάκησεν. Quid? an qui Artem Criticam alios docere instituit, ipse prima Grammaticae rudimenta est docendus? Scribe vero ocius,

— ἐκλελάκτικεν
῾Ο χρηςὸς ἡμῖν μοιχὸς, ἀλλ᾽ ἀντάλλαγος.
— *rejecit* (deseruit) *nos* *)
Bonus ille adulter: sed vicarius alius venit.

Suidas ipse alibi, Ἐκλελάκτικεν, ἀποβέβληκεν, ἀπέφυγεν. Nempe ad hunc ipsum Menandri locum respexit. Apage igitur illud ἐκλελάκησεν, quod vir Cl. vertit *increpuit*; a Kustero quippe hic destitutus, neque verbum, neque sententiam hujus loci ex Menandri Piscatore hic, Delius alioqui natator, expiscari valebat.

XI. p. 15. *Δύ᾽ οἰκίας φηλοῦν γερόντων, ὡς λέγεις,*
Ἀβελτέρων.

Ita versus digesserat Kusterus, et recte quidem, si ad digitos tantum exigantur: quem hic secutus est vir Cl. Aliter vero disponendi erant, et rotundius, et verius;

7 — δύ᾽ οἰκία
Φηλοῦν γερόντων, ὡς λέγεις, ἀβελτέρων.

Ita versus numerose apteque incedit. Sed quid ab eo sensum hujus rei exspectamus, qui ne syllabarum quidem rationem tenet?

XII. p. 260, — ἀναπετῶ
Τουτὶ προσελθὼν, καὶ οὐκ ἀνέξομ᾽ οὐκέτι.

Ex Kusteri conjectura hoc retulit vir Cl. ad Ἁλιᾶ, Piscatorem. Suidae enim codices sic exhibent: Ἀναπετῶ, ἀναπετάσω. Μένανδρος. Ἄλλοις ἀναπετῶ τουτὶ etc. At Kusterus sic locum corrigendum opinatus est, Μένανδρος Ἁλιεῖ vel Ἁλιεῦσι: frustra. Quoties enim Menander ibi lauda-

---

*) Rectius: *se proripuit, evasit,*

tur, nulla dramatis mentione facta? Adde quod ἄλλοις cum ipsa sententia apprime convenit. Sic igitur locum constitue,

— Ἄλλοις ἀναπετῶ
Τουτὶ προελθὼν, κοὐκ ἀνέξομ᾽ οὐκέτι.

Ubi, ut vides, προελθὼν reponimus, pro προσελθὼν, quod nihil ad rem hic facit. Libenter autem, sagacissimo Kustero hic dormitante, viro Cl. condonabimus; qui ne illud quidem vidit καὶ οὐκ lege metri in unam syllabam coalescere oportere.

XIII. p. 220. Προσιὼν γέρων ἁλιεὺς, παρ᾽ οὗ τὸ φέρνιον
Τρίτην ταύτην ἐπριάμεθ᾽ ἡμέραν.

Ita versus constituit vir Cl. nesciens se in posteriore versiculo omnes senariorum leges conturbasse. Sed Eustathius, unde hoc transtulit, habet Ὁ προσιών. Tu sic in ordinem suum versus redige; ne litera quidem mutata, aut vocula inversa:

— ὁ προσιὼν
Γέρων ἁλιεὺς etc.

XIV. p. 15. — Θάλασσα
Καὶ βορβορώδης, ἣ τρέφει θύννον μέγαν.

Quid hoc homine facias, qui illud θάλασσα Senarium claudere posse existimat, in duabus syllabis totidem mendorum reus? Atqui apud Athenaeum loco citato sic habetur, καὶ θάλασσα καὶ βορβορώδης. Priorem καὶ sustulit 8
Vir Cl. in tenebris scilicet prodeambulans: alius, artis metricae luce adjutus, posteriorem sustulisset, et eo pacto effecisset rotundissimum Trochaïcum.

ΑΝΑΤΙΘΕΜΕΝΗ.

XV. p. 18. — Πρὸς ταῖς δώδεκα
Δραχμαῖς καὶ τριώβολον μέτοικος τελεῖ.

Haec, quasi Menandri verba, ex Harpocratione nobis obtrudit Vir Cl. Harpocration autem sic narrat: Μένανδρος δ᾽ ἐν Ἀνατιθεμένῃ καὶ ἐν Διδύμαις, πρὸς ταῖς δώδεκα δραχμαῖς καὶ τριώβολόν φησι τούτους (μετοίκους) τελεῖν, ἴσως τῷ τελώνῃ: hoc est, *Menander in* Ἀνατιθεμένῃ *et* Διδύμαις, *praeter* XII *drachmas triobolum ait pendere solere inquilinos; fortasse publicano.* Quis, nisi naris obesae, non continuo olfecisset, Harpocrationis haec verba esse, non Menandri? Qui enim fieri potuit, ut eadem ῥῆσις ex duabus Fabulis citaretur? Ergo hoc suis verbis docet Lexicographus, in utroque Dramate hoc de Triobolo a Me-

Ita versus ordinavit Vir Cl. ut utrumque mendosum dederit. Nimirum non quantitate, sed numero syllabarum Senarium metiebatur.

Πλήξας | γὰρ ἔφ | θειρεν | ἐκ πα | ρατάξ | εως

O hominem dignum, qui Criticae mysteria discipulis nobis patefaciat! Quam levi opera sic dare potuisset!

Πλήξας γάρ ἔφθειρ' ἐκ παρατάξεώς ποθεν etc.

ΑΝΕΨΙΟΙ.

XXI. p. 24. *Ὁ φανός ἐστι μεστὸς ὕδατος οὑτοσί.*
Δεῖ τ' οὐχὶ σείειν αὐτὸν, ἀλλά γε σποδιεῖν.

Ita rectissime, inquit Grotius, *ad Athenaeum Casaubonus σποδιεῖν pro ποδιεῖν.* Magna quidem nomina, et omnibus veneranda. Sed, si verum proferre sine invidia licet, quid huc facit *σποδιεῖν*? Quorsum *cinere tegenda* fax? An cinerem secum ferebant, qui in plateis ambulabant? Sed domi, inquient, ut futuris usibus inserviret. At quid hoc facit ad praesens deficientis luminis incommodum? quam inepta autem frugalitas in facula unius te-
11 runcii? Quorsum autem futuro tempore *σποδιεῖν*; nonne ipsa sententia praesens efflagitat, *Δεῖ σείειν καὶ σποδίζειν*? Quid? quod versum ipsum sua conjectura corruperit vir magnus? In fine enim Tribrachum posuit pro Iambo, prorsus indignantibus Musis. Verba apud Athenaeum sic exstant; *Δεῖ τ' οὐχὶ σείειν, ἀλλὰ ποδιεῖν αὐτόν.* Lege haud magna mutatione,

Δεῖ τ' οὐχὶ σείειν, ἀλλ' ἀποσείειν αὐτόθεν.
Oportet eam non concutere, sed protenus abjicere.

Eleganter lusit Menander in verbis *σείειν* et *ἀποσείειν.* Fax illa erat aqua plena, utpote de viridibus sarmentis confecta. Tam malam faculam frustra esset *σείειν quassare;* quod alias solebant, ut fulgorem excitarent: sed *ἀποσείειν projicere* potius oportuit, nullius scilicet usus.

XXII. p. 25. — *εἰσιὼν*
Πανὸν, λύχνον, λυχνοῦχον, ὅτι πάρεστι, φῶς
Μόνον πολὺ ποίει.

In Athenaeo est *ποιεῖ facit:* sed cum Dalechampius verterat *cura* modo Imperativo, hoc surripiens vir Cl. *ποίει facito* in textum intrusit. Nempe loci hujus sententiam et constructionem ne per nebulam quidem conspicere potuit. Tu scribe et distingue,

— *εἰσιὼν,*
Πανὸν, λύχνον, λυχνοῦχον, ὅτι πάρεστι φῶς
Μόνον, πολὺ ποιεῖ
— *Ingrediens* quidam

Phanum, lychnum, lychnuchum afferendum clamat;
— *Quod unicum adest lumen multum facit* tot vocabulis.

Addidimus quaedam in versione, quo sententia magis elucesceret. Nempe ex ipso Athenaeo constat, *πανὸν, λύχνον, λυχνουχον* diversa tantum nomina esse rei ejusdem. Domum autem abiturientes a coena facem poscere solebant casu accusativo, *Παῖ, πανόν. Παῖ, λύχνον.* Apud Athenaeum ergo lib. xv. pag. 699. Deipnosophistae discedentes, *ὁ μέν τις ἔλεγε, Παῖ, Λύχνειον; ὁ δὲ, Λυχνέα· ὁ δὲ, Λοφνίαν· ὁ δὲ Πανόν· ὁ δὲ, Λυχνουχον· ὁ δὲ, Λύχνον· ἕτερος, Δίμυξον λύχνον· ἄλλος, Ἑλάνην· καὶ ἄλλος ὅ,τι δή ποτε·* tot vocabulis unam eandemque rem enunciantes. Atque haec quidem sententia prout a nobis est explicata, venusta est et Menandro digna. At viri Cl. versio putida, et ipsa nive frigidior.

ΑΡΡΗΦΟΡΟΙ. 12

XXIII. p. 27. *Βίου δ' ἔνεςιν ἀσφάλει' ἐν ταῖς τέχναις.*

Deductus est hic a magno Grotio Vir Cl. et ideo sub umbra ejus protegetur. Stobaeus sic dederat,

Βίου δ' ἔνεςι μί' ἀσφάλει' ἐν ταῖς τέχναις.

Ceterum versus, ut videtur, gratia Vir illustris interpolavit locum. Perperam; cum illud *μί'* et cum metro conveniat, et sententiam egregie adjuvet.

XXIV. p. 26. — *Πάντας σὺ μεθύσους, Βυζάντιον,*
Τοὺς ἐμπόρους ποιεῖς. ὅλην ἐπίνομεν
Τὴν νύκτα διά σε etc.

Iterum hic Vic Cl. deceptus est a Grotio, qui post Casaubonum ad Athenaeum miras hic turbas dedit, dum luxatis, ut credidit, versibus studuit consulere. Apud Athenaeum sic locus habetur: *Πάντας μεθύσους τοὺς ἐμπόρους ποιεῖ τὸ Βυζάντιον· ὅλην ἐπίνομεν* etc. Vides haec a Grotianis immane quantum abscedere: et tamen eodem ordine verba proferuntur apud Aelianum Hist. Var. 3, 14. Uterque porro habet *ποιεῖ τὸ Βυζάντιον;* non, ut Grotius interpolavit, *ποιεῖς.* Quid multa? Ne litera quidem vel mutata vel inversa, versus sani sunt apud Athenaeum, modo sic digerantur.

— Πάντας μεθύσους τοὺς ἐμπόρους etc.

Nimirum hic, quicunque est, alloquitur alium nescio quem, Tu, inquit, qui Byzantium negotiatum ivisti, ebriositatem ibi didicisti, ut ceteri mercatores solent: tua quidem caussa totam noctem potavimus, qui citius discedere noluisti. Res, ut vides, et ipse Dramatis titulus de-

monstrat, Athenis agitur; ut frustra fuerit Grotius, qui propter illud διά σε adlocutionem ad Byzantium hic odoratus est, et proinde scenam ibi collocavit.

13 XXV. p. 26. — Ὃυ γαμεῖς, ἂν νοῦν ἔχῃς etc.

Grotius hoc ad locum: Ὀυ γαμεῖς ἂν) Ἂν pro ἐάν. At quid opus hac adnotatione, cum apud Athenaeum diserte habeatur.

— Ὃυ γαμεῖς, ἐάν γε νοῦν ἔχῃς?

Si versus gratia interpolabat Grotius, omnino aliud tum agebat: recte enim habet hoc, aeque ac illud. Idem etiam clanculum corrupit versum hic octavum, ἀπόλλυνται τρία. Quippe Athenaeus ἀπόλλυται habet. Et quae causa erat plurale hic ingerendi? cum Neutra nomina pluralia, ut pueris notum est, frequentius cum verbo singularis numeri construantur. Haec animadvertisse Viri Cl. erat, si expectationem, quam de opere suo commoverat, explere valuisset.

XXVI. p. 28. — Πάντ' ἐςὶ τῷ καλῷ λόγῳ
'Ιερόν. ὁ νοῦς γάρ ἐςιν ὁ λαλήσων θεῷ.

In hoc quoque a Grotio deceptus est Vir Cl. Justinus enim sic posuit,

— Ὁ νοῦς γάρ ἐςιν ὁ λαλήσων θεός.

Egregia sane sententia. Quo, inquit, iter capessis, Apollinis oracula consulturus? Si rectam rationem, si vera dogmata sequimur; ubique templum et oraculum est: mens enim cujusque est deus ille oracula daturus, quem frustra alibi quaesiveris. Quoties in his fragmentis, vel ex ipso Justino petitis, habemus, Ὁ νοῦς ἐν ἡμῖν θεός, *Mens in nobis deus est?* Perperam igitur Grotius, qui θεῷ hic interpolavit: quo posito, nulla jam hic ratio redditur, cur omnis locus sit templum. Nam et Delphis *mens* superstitiosissimi cujusque *alloquitur Deum*. Porro autem, quid illud sibi vult, Πάντα ἐςὶν ἱερόν? Hic merus soloecismus est. Corrige: πανταχῇ ἐστι, τ. κ. λ., ἱερόν —

XXVII. p. 29. — Ἡ χαλκοῦν μέγ' ὄλκιον.

Hoc ex Polluce posuit Vir Cl. tamquam posterius esset membrum Senarii: sed solenniter errat, utpote rei
14 metricae prorsum ignarus. Viri eruditi ad illum locum Pollucis ex veterrimo codice proferunt ὀλκεῖον, non ὄλκιον. Sic ergo haec digerantur.

— Ἡ χαλκοῦν μέγα
Ὁλκεῖον. —

XXVIII. p. 27. Δωδωναῖον χαλκεῖον. Hoc

Hoc mancum adeo mutilumque ex Zenobio et Suida protulit Vir Cl. longam vero ῥῆσιν Menandri, quo illi spectabant, quaeque apud Stephanum Byzantium in Dodone exstat, prorsus praeteriit: quod casu an consulto omissum fuerit, viderit ipse, qui in adnotatione ad hunc locum Stephanum ipsum ad partes vocat. Nos eo lubentius hic totam ponemus, quia eadem opera licebit emendare. *Μέμνηται*, inquit, *αὐτῆς* (*τῆς παροιμίας*) *Μένανδρος ἐν Ἀῤῥηφόρῳ.*

Ἐὰν δὲ κινάσῃ μόνον τὴν Μυρτίλην etc.

Hoc Stephani de Dodone fragmentum, quod hic ex nostra emendatione dedimus, iterum denuo post annos a priore editione octodecim recensuit celeberrimus Professorum Gronovius, cui multa me debere ingenue profiteor. Liceat tamen nonnulla hic candide in medium proferre, quae perspicacissimos ejus oculos tot annorum spatio effugerunt. In versu secundo D. Professor cum vulgo legit, *ἣν τίτθην καλεῖ*, *quam ille nutricem vocat*; in qua lectione ne mica quidem salis est. Quid enim mirum, quid memoratu dignum, si Nutricem quis vocaverit, quae nutrix sit? Enimvero non ipse solum alumnus, sed ceteri omnes Domestici et noti Nutricis nomine talem compellabant, ut ex Comoedia notissimum est. Absit igitur ab elegantiarum patre Menandro tam putidum schema; et scribe nobiscum, *ἢ τίτθην καλῇ*. Si digito, inquit, quis tetigerit Myrtilam, aut nomine tantum appellaverit, uno illo verbulo excitata nutricula *nunquam loquendi finem facit* *). Nam et ibidem legimus, *πέρας οὐ ποιεῖ λαλιᾶς*, pro vulgata illo, *πέρας ποιεῖ*. D. quidem Professor ex unico illo codice, qui *πέτρας* habet, non *πέρας*, literam illam *ταῦ* arripuit, ut sit, *τέρας ποιεῖ λαλιᾶς*, *monstrum exhibet sermonis*. Quod, pace tanti Viri, et socco disconvenit, et est ambiguum. Qui enim ex his verbis *garrulam* magis, quam *clamosam* intelligas? cum et Stentor *monstrum sermonis exhibuerit*, non loquacitate, sed sono **). Esto itaque, si placet, vel mea causa, *πέρας οὐ ποιεῖ*; quod cum sequentibus cohaerebit aptius; neque tamen versum onerabit, ut mea fide polliceri ausim. Jam autem, quod continue sequitur,

*) Toupius in Suid. III. p. 410. *Est τίτθη*, inquit, *subturpicula et probrosa. Menander apud Stephanum ἐὰν δὲ κινήσῃ κτλ.— quem locum minus perspexisse videtur Bentlejus.* Immo quam maxime perspexit; sed Toupius ubique subturpicula odorari solet.

**) *τέρας ποιεῖ λαλιᾶς tuetur* Porsonus Miscell. p. 387. vertens, *monstrum loquacitatis exhibet.*

Τὸ Δωδωναῖον ἂν τὸ χαλκίον.

nimis vellem ornatissimus Professor ne tetigisset quidem. Τί habebant vulgati codices, cujus in vicem substituimus τὸ· τὸ χαλκίον τὸ Δωδωναῖον, tam trita formula, tam facili correctione, ut ea legens vel semisomnis emendare statim potuissem. Sed acutissimus D. Professor, quo nemo minimos Manuscriptorum apices diligentius examinat, aut plura inde mysteria exsculpit, ubi animadvertit ἄν τι in unico illo codice non acuto, ut in Encliticis solet, sed gravi accentu signatum esse; ex mente librarii illud τι ne legendum quidem esse sagacissime divinavit: in qua re omnes Judaeorum Rabbinos cum Masoreticis suis punctulis longe post se reliquit. Rejecto igitur illo τι, sic versum constituit,

Δαλιᾶς· τὸ Δωδωναῖον ἂν χαλκίον, ὃ

Vide autem, ut praeclare saepe excogitatis fortuna invidet. Plausum clarum omnes dedissemus; nisi Senarius ille, quem octodecim annos sub incude habuit, informis adhuc esset, et contra artis regulam Trochaeum in quinto haberet. Ego vero dejerassem D. Professorem χαλκεῖον, ὃ scripsisse, quo omnis res salva foret, et scelerato typothetae mala multa ingessissem, nisi mirificam Semonis illius in suis accurate excudendis diligentiam noveram. Unicum restat, et leviculum id quidem; nihil aliud scilicet quam Soloecismus, Rhetoribus quidem nonnullis valde exosus: sed is quo crassior est et obtusior, eo levius auctorem suum vulnerabit. D. Professor cum vulgo sic dedit, *Τὸ Δωδώναῖον χαλκίον, καταπαῦσαι θᾶττον ἄν, ἢ ταύτην λαλοῦσαν.* Jam cum illud χαλκίον, si hanc scripturam sequimur, sine dubio sit casu recto; καταπαῦσαι, sive potius καταπαύσαι, erit aoristus modi Potentialis: et sic quidem accepit D. cum vertit, *Aes Dodonium se continebit.* His positis, in soloecismi crimen Vir longe optimus incidit; nam dicendum utique erat casu recto, *αὕτη λαλοῦσα.* Nos itaque, si non doctiores, at cautiores feliciores ve, *Καταπαύσαις* resposuimus; quod noramus scilicet id vocabulum active accipi passim solere, *compescere, comprimere;* neutro vero rarissime.

XXVIIII. p. 28. *Β. Ἐς κόρον ἤδη πώποτ' ἔπιες, Σωσίλα,*
Πᾶσι νῦν πῖθι γὰρ κακῶς.

In Athenaeo, ait vir Cl., *est Βάλλ' ἐς κόρον: sed cum sit integer Senarius sine Βάλλε, credidi Β. aut Βαλλ. fuisse initium nominis personae Sosilam alloquentis.* Argute et ingeniose, ut nihil supra. O si illud tunc meminisset, in Plauti Pseudolo, atque adeo in Graeco scriptore unde

Plautus fabulam vertebat, Ballionis cujusdam partes esse! Quas non Graevii Broukhusiique conjecturas prae hac sua contempsisset? Dic vero serio, vir CL, soletne Athe- 16
naeus Personarum nomina citationibus suis interponere? Si unquam integrum perleges; vel unum nobis exemplum profer, et viceris. *Sed sine illo Βάλλε, Senarius,* inquit, *integer est.* *Βάλλε ἐς κόρακας* cum tuis Senariis tam lepidis. Si ab *ἐς κο* Trochaeo scansionem inchoas, jam semel peccasti primo ipso pede: si ab *ἐς κόρον* Dactylo incipis, ter in sequentibus pedibus crurifragio mulctaberis. Lege igitur, posthac si sapis, *Βάλλ' ἐς κόρον;* quod civiliter et per *εὐφημισμὸν* dicetur pro *ἐς κόρακας:* ut *Βάλλ' ἐς μακαρίαν,* verbo quidem longe diverso, sensu vero eodem. Sin hoc minus arrideat, tum me volente repones *Βάλλ' ἐς φθόρον;* quod in Vaticano Proverbiorum appendice habes, ex hoc ipso fortasse loco petitum. Ceterum, *sequentis versus verba,* viro Cl. judice, *vix sana esse videntur.* Videntur autem? ubi neque numeri sunt, neque ulla sententia. Sine dubio corrupta sunt, et in Editione prima Aldina sic habentur, *Πᾶσι νῦν, πῖθι μένει γὰρ κακῶς.* Ex hac vetusta lectione auspicanda emendatio; et tu observa, an ab ea nimium abscedam. Colloquitur Sosilas cum alio quodam:

Α. Βάλλ' ἐς κόρον· ἤδη πώποτ' ἔπιες, Σωσίλα;
Σωσ. Κἀπασί. Α. Νῦν οὖν πῖθι, πεινᾷς γὰρ κακῶς.

Si haec pro Menandreis venditarem, non credo erubescenda mihi forent; habent Atticae quiddam vernilitatis. Sed ecce alia, et, ni fallor, meliora.

Α. Βάλλ' ἐς κόρον· ἤδη πώποτ' ἔπιες, Σωσίλα,
Ἐλλέβορον; ΣΩΣ. Οὔ. Α. Νῦν πῖθι, μαίνῃ γὰρ κακῶς.

Πῖθ' *ἐλλέβορον* habes apud Aristophanem in Vespis; ubi Scholiastes notat *Πῖθι bibe* de medicamentis proprie usurpari. Ergo *ἐλλέβορον* hinc excudi, non ductu quidem literarum, sed sententiae indole. *Μαίνῃ* vero ab illo *μένει* vel sponte sua enascitur.

ΑΣΠΙΣ.

XXX. p. 30. *Βασιλεῖς, τί πλέον ἔχουσι τῶν ἄλλων; βίον —*

Vocem βασιλεῖς, inquit Grotius, *addidi, ut versui sua ratio constaret.* Utinam et sententiae consuluisset Vir summus, neque pro *Tyrannos,* ut Stobaei Titulus monstrat, *Reges* hic *infelices* induxerat. Facilius autem et, opinor, melius sic versus sustentabitur,

Τί πλέον ἔχουσι δημοτῶν, ἄλλων βίον — 17

Nempe de Tyrannis verba fecerat Menander in prio-

ribus versibus, quos omisit Stobaeus. Recte autem δημοτῶν, ut Euripides ibidem. Quin et sic poteris versum supplere,

Τί δῆτα πλέον ἔχουσι τῶν ἄλλων, βίον.

XXXI. pag. 29. — *Στρατιώτην καὶ μικρὰν σωτηρίας* —

Iterum Grotius: *Ita restituenda lectio, Στρατιώτην καὶ μικρὰν, Salmasio auctore, vulgo Στρατιώτην σμικρόν.* Atqui nasutus lector, opinor animadvertet, illud *καὶ μικρὰν etiam exiguam* frustra onerare sententiam; atque etiam hoc posito, sic in redditione dicendum fuisse, *ὀλέθρου δ' εὔπορον καὶ μεγάλην, exitii autem facile est etiam magnam.* Equidem vix dubito, quin vera illa sit lectio, quae mihi sponte in mentem incidit,

— *στρατιώτην, Σμικρίνη, σωτηρίας*

Quanto haec castigatiora sunt illis Salmasianis! Alloquitur nempe miles hic Smicrinem quendam. *Σμικρίνης* autem persona Comica est frequenter occurrens. Quam facile autem in *σμικρὸν* hic degeneraverit nihil attinet notare.

XXXII. pag. 29. *Πολλοὶ γὰρ ἐκλελοιπότες τὸν χάρακα* etc.

Sic pessime versus digeruntur in postremis Harpocrationis editionibus; uterque enim versus elumbis est, neque ambulare potest. Hoc tamen pro egregia sua peritia sibi assumpsit Vir Cl. cum tamen apud Suidam a Doctissimo Kustero melius constitutum locum viderat,

Πολλοὶ γὰρ ἐκλελοιπότες τὸν χάρακα, τὰς
Κώμας ἐπόρθουν.

18 Rectissime autem apud Grotium. — O hominem, quo incolumi Salmasios, Scaligeros, Casaubonos haec aetas non desideret!

ΑΥΤΟΝ ΠΕΝΘΩΝ.

XXXIII. pag. 30. — *ὁ δὲ πλοῦτος τυφλὸν,*
Τυφλοὺς δ' ἐς αὐτὸν ἐμβλέποντας δεικνύει.

Haec in versus digessimus, ait Grotius, *cum vulgo confusa in hunc modum exstarent: Τυφλὸν ὁ πλοῦτος, καὶ τυφλοὺς ἐμβλέποντας εἰς αὐτὸν δεικνύει.* Atqui sine violenta illa luxatione facillimum fuit versiculos ordinare, servata serie vocabulorum.

— τύφλον ὁ πλοῦτος, καὶ τυφλοὺς
Τοὺς ἐμβλέποντας εἰς ἑαυτὸν δεικνύει

Quis non videt τοὺς et facile a praecedente syllaba absorberi potuisse, et ex Graecae Linguae ingenio neces-

sarium hic esse. Recte quoque ἑαυτόν; ut et ipse Grotius vertit, *Quique aciem in SE defigunt.*

ΒΟΙΩΤΙΑ.

XXXIV. p. 33. *Ἐν τοῖς πᾶσιν εὕροις πράγματ'. ἀλλ' εἰ πλείονα.*

Ob versum, inquit Grotius, cujus verba hic supprimit Vir Cl. *ita posui*, *ἐν πᾶσιν εὕροις πράγματ'*. *Erat ante*, *ἐν τοῖς πᾶσιν εὕροις ἄν*. Unde constat, illud τοῖς, quod in versu omnino redundat, pro errato typographico habendum esse. Nihil hic tamen sensit Vir Cl. sed τοῖς in textum patienter recepit, atque eo pacto versum jugulavit. In Grotii tamen emendatione perperam ejicitur ἄν, quod cum εὕροις necessario requiritur. *Πράγμασι* quoque non ita concinne infersit. At vide, quam levi brachio versus restitui potuit.

Ἐν τοῖς ἅπασ' εὕροις ἄν· ἀλλ' εἰ πλείονα. *)

XXXV. p. 33. Nesciebat Vir Cl. τουτὶ posteriorem syllabam producere: quod etiamsi scisset, admisisset nihilominus; cum nesciat senarium in locis paribus dactylum non recipere. Sic leviter corrigendus erat versus, 19

Οὐκ ἔστιν ἐκτεὺς τοῦτο, μὰ τὸν Ἀσκληπιόν.

XXXVI. p. 34. *Πέντε καινὰ μὲν καὶ περίνησα πορφύρᾳ.*

Fragmentum hoc ex Photii lexico inedito Vir Cl. protulit, quo sane a Lectoribus gratiam iniisset, si aut corruptum restituisset, aut non ipse fortassis ultro corrupisset. Quid enim illud *πέντε καινὰ μέν*? qua quidem lectione versus miseris modis trucidatur. Appello Viri Cl. conscientiam, annon Doctissimus *Boernerus*, qui Photii loca ex codice Oxoniensi ei suppeditavit, pro illo *πέντε καινὰ* exscripserit *πεντεκτεναί*? Ego enim, cum beatam illam Britanniam viserem **), et Oxonii eundem codicem versarem, sic hisce oculis ibi legeram. Unde facilis mihi nata est emendatio,

Πεντεκτενῆ μέν, καὶ περίνησα πορφύρᾳ.
Quinque pectinibus texta, et purpurae limbo circumdata.

Quin ex illo *πέντε καινά*, sine ope illius codicis, veram hanc correctionem facile eruissem, vel ex Polluce, quem hic Vir Cl. laudat. Ille enim ibi hunc Iambum citat ex Antiphane,

---

*) Haec eodem, quo Grotiana, vitio laborant.

**) Nimirum latebat Bentlejus in hoc scripto sub nomine Phileleutheri Lipsiensis.

Περίνησα, και περίλευκα, καὶ πεντέκτενα.

At apud Suidam reperies *Πεντέκτενοι*, et apud Hesychium *Πεντεκτενῆ*; quae postrema lectio optime convenit cum versu Menandri.

ΓΕΩΡΓΟΣ.

XXXVII. p. 36. — *φέρει γὰρ ὅσα θεοῖς ἄνθη καλά,*
Κιττόν, δάφνην· κρίθας τ' ἐὰν σπείρω, πάνυ
Δίκαιος ἀποδίδωσ', ὅσας ἂν καταβάλω.
— fert enim quotcunque Diis grati sunt flores
Hederam, laurum. Tum et hordea, si forte severo,
Tot mihi justus reddit, quot ego deposuerim.

Ita constituendus vertendusque est hic locus, qui a Grotio male acceptus est. Pro *ὅσα θεοῖς* reposuit *ὡς θεοῖς*, pro *κρίθας τ' ἐὰν* dedit *δ' ἐάν*: ubi utroque loco pro sanis et veris pejora substituit. In versu autem quarto, cum antea legeretur, *Δικαίως ἀπέδωχ' ὅσ' ἂν καταβάλω*, ille sic edidit,

Δίκαιος ἀπέδωκεν τόσ' ὅσσ' ἂν καταβάλω.

Ubi plurima sane peccavit. Ut verbo dicam, ipsa sententia praesens tempus postulat *ἀποδίδωσι*, et femininum genus *ὅσας*.

ΓΛΥΚΕΡΑ.

XXXVIII. p. 38. — *τί κλαίεις;*
Ὀμνύω σοι τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον etc.

Haec ex Prisciano citat Vir Cl. et editioni Putschii fidem habens, ita versiculos constituit, ut malis modis eos disperdiderit. Discat autem posthac sic esse digerendos,

— *τί κλαίεις; ὀμνύω σοι τὸν Δία* etc.

ΔΑΚΤΥΛΙΟΣ.

XXXVIIII. p. 39. *Επεὶ δ' ἄνους ὄντως ὁ κακοδαίμων ἔφυ,*
Ὡς οὐκ ἂν ἐκδοίη θυγατέρ' ἀσμένως —

Haec ex Ammonio Grotius sic interpolavit: miror autem tantum virum in versu secundo tam negligenter versatum esse, ut mediam in *θυγατέρ'* syllabam produxerit: Viro autem Cl. facile ignosco, qui omnino nescit an producta sit necne. Apud Ammonium sic habetur. *Ἐπὶ τοῦ δ' αὖθις οὑτοσὶ κακοδαίμων ἔφη. Ὅς οὐκ ἂν ἐκδείη θυγατέρος μένος:*

unde haec nos excudimus, Grotianis, ni fallor, haud deteriora,

> Ἐπὶ τοῖσδε δ' αὖθ' οὕτως ὁ κακοδαίμων ἔφη,
> Ὡς οὐκ ἂν ἐκδοίη θυγατέρας ἄσμενος.
> *Ad hoc infelix ille sic respondit,*
> *Se nolle elocare filias libenter.*

Ceterum totam sententiam perdit Vir Cl. cum *παιδίσκας* vertit *ancillas:* eo enim culpatur *infelix ille*, quod cum L ei essent *filiae*, nullam cuiquam in matrimonium dare vellet.

ΔΑΡΔΑΝΟΣ.

XL. p. 124. *Τὸν καρπὸν εὐθὺς ἀπεδίδου χάριτος καλόν.* 21

Ita et Theon, et ex eo Grotius *ἀπεδίδου.* Vir tamen Cl. credo ut versui consuleret, *ἐδίδου* dedit; nescius se eo non sanare, sed jugulare. Quid autem voluit, cum *οὐκ ἐξ ὑπαρχόντων* interpretatus est, *ex iis quae pater non habebat?* Vertendum utique erat, *non pro fortunis patris, sumtuosius quam res patris ferebat.*

XLI. p. 41. *Καὶ λαῖμα βακχεύει λαβὸν τὰ χρήματα.*
Et guttur bacchatur, quod pecunias sumsit.

Aliud est praecepta Artis Criticae adolescentibus tradere, aliud eam perite et feliciter exercere. Apud scholiasten extat *λαβόν;* et si pro *λαῖμα* accentu immutato scripseris *λαιμά*, rectissime se habebit versiculus,

> *Καὶ λαιμὰ βακχεύει, λαβὼν τὰ χρήματα.*
> *Et proterve bacchatur, ubi pecunias accepit.*

Λαιμά neutro plurali adverbialiter accipitur: ut *Asper, acerba tuens*, et similia, cum Graecis, tum Latinis familiaria. Hesychius, *Λαιμά, λαμυρά*, hoc est, *proterve, insolenter;* hunc fortasse locum respiciens. Sic et Scholiastes, *ἀναιδῶς, εὐτόλμως, impudenter, audacter.* Haec cum clara et facilia sint, *λαῖμα* tamen *guttur* interpretatur Vir Cl. et invito Scholiaste reponit *λαβόν.* Credas hunc hominem in Poëtis versatum esse. Quis ex illis *gutturem bacchari* dixit? quis *gutturem pecunias sumere?* Bellae sane figurae, et adolescentibus commendandae.

ΔΕΙΣΙΔΑΙΜΩΝ.

XLII. p. 43. *Οὐ δεῖ γὰρ ἀδικεῖν οἰκέτας· ἄλλως τε καὶ*
Ὅταν οὐ πονηρῶς ἀλλὰ μετ' εὐνοίας τινὸς
Πταίσωσιν· αἰσχρὸν τοῦτο γὰρ πέλεται πάνυ.

Grotio non accedo, qui apud Stobaeum pro *τοὺς ἰκέ-*

τὰς *supplices* reposuit οἰκέτας *servos*: *) illud enim τοῦ δυσιδαίμονος titulo convenientius est: male idem versu tertio pro ἐςὶ reposuit πέλεται, quod Homericum est nec in
82 familiari sermone locum habet. Versum tamen secundum susque deque vertit, cum apud Stobaeum fuerit, Ὅταν μετ' εὐνοίας τινὸς οὐ πονηρᾶς. Nos integrum locum feliciùs, ni fallor, refingimus;

> *Οὐ δεῖ γὰρ ἀδικεῖν τοὺς ἱκέτας, ἄλλως τε καὶ*
> *Ὅταν μετ' εὐνοίας τινὸς, οὐ πονηρίᾳ,*
> *Πταίσωσιν· αἰσχρὸν τοῦτο γοῦν ἐςὶν πάνυ.*

Ceterum miseret me Viri Cl. qui nescíverit quid sit ἄλλως τε καί. Vertit enim *Cum alias: tum*; ubi praeter ignorantiam Linguae Graecae, etiam sententiam corrupit: non enim *alias*, hoc est, ubi *nequitia peccant*, bene habendi sunt servi. Vide hominis acumen! At si Lexica sua consulat, ex iis opinor discet ἄλλως τε καὶ esse *praecipue*, *praesertim*.

XLIII. p. 42. *Ἀγαθὸν γένοιτό μοι*, etc.

In hoc loco ex Clemente et Theodoreto petito, male Grotius memoriae, opinor, vitio ὦ *Κλεινία* posuit pro ὦ φλήναφε, *o stolide*, *o nugator*; quod et sententiae aptius est, et apud utrumque scriptorem extat. Idem etiam perperam *Καινὸν πρίασθαι*; cum uterque habeat καινὰς id est ἐμβάδας. Non enim corrigia tantum unius soleae, sed novum par solearum emendum erat. Haec animadvertisse melius fuerat in adnotatis ad locum, quam ex locis communibus ἀρεταλογεῖν.

ΔΗΜΙΟΥΡΓΟΣ.

XLIV. p. 45. *Τί τοῦτο, παῖ; διακονικῶς, νὴ Δία.*

Apud Athenaeum versus integer est,

> *Τί τοῦτο, παῖ; διακονικῶς γὰρ, νὴ Δία.*

At Vir Cl., qui senarios non syllabarum potestate, sed numero metitur,

> *Τί τοῦ | το παῖ | δια | κονι | κῶς νὴ | Δία.*

ΔΙΣ ΕΞΑΠΑΤΩΝ.

XLV. p. 48. — *Βουληφόρος ἡμετέραν, Δημέα,*
Προκατέλαβες ὄρεσιν.

*) τοὺς οἰκέτας e duobus codd. enotavit Schowius.

Haec, quam dedit hic Vir Cl. ipsius Fulgentii, qui fragmentum hoc adducit, versio est; unde Graecorum, si fieri potest, emendatio est petenda, lego igitur, particulis tantum additis

— βουληφόρως
Τὴν ἡμετέραν, ὦ Δημέα, προκατέλαβες
Ὅρασιν. —

Quae et Latinis Fulgentii exacte conveniunt, et Senariorum legi obtemperant, et sententiam habent non incom- 23
modam. Vir quidem Cl. *quid vult Fulgentius, parum intelligit:* haec tamen *eum adferre* ait, ad *confirmandum quod dixit Homerus,*

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.

Falsum hoc: non enim unum locum alterius caussa adfert; sed utrumque ideo, ut ostendat *consiliarium* Graece βουληφόρον dici. Sensus autem loci hic videtur, *Prudentia tua antevenisti visum nostrum; Consilio tuo, o Demea, effugimus mala imminentia, priusquam viderimus.* Ceterum haud aliter fecit Vir Cl. cum haec verba in versus digereret; quam si hunc nobis Hexametrum propinasset,

Tityre | tu tegmi | ne recu | bans sub | fagi pa | tulae.

Hujus absonum et absurdum sonitum si auribus percipere potest, intelliget demum, quam immani flagitio Menandrum tractaverit.

XLVI. p. 48. *Οὐ Μεγάβυζος ἦν, ὅςις γένοιτο ζάκορος.*

Et

XLVII. p. 48. — ἐμοὶ
Παράςα, τὴν θύραν κόψας ἐγὼ καλῶ
Τιν᾽ αὐτῶν.

Neglexerat ad Suidam celeberrimus Kusterus fragmenta haec in versus digerere: quo duce destitutus Vir Cl. de ea re non judicio, sed quasi aleae jactu, decidere coactus est. Unde, ut par erat, ineptos illos Senarios nobis procudit. Tu sic eos constitue.

— Οὐ Μεγάβυζος ἦν etc.

ΔΥΣΚΟΛΟΣ.

XLVIII. p. 49. *Εἰς πάντα χρόνον, φύλαττε μηδενὶ*
Ἄλλῳ μεταδιδοὺς· αὐτὸς ὢν δὲ κύριος
Εἰ μηδ᾽ ἑαυτοῦ, τῆς τύχης δὲ πάντ᾽ ἔχεις etc.

Semel hic iterumque peccavit ὁ πάνυ Grotius; nihil 24
mirum igitur, si et Vir Cl. post eum erraverit. Producam

versus, prout emendandi et distinguendi sunt; deinde Grotianas conjecturas examinabo.

Ἄπαντα τὸν χρόνον, φύλαττε, μηδενὶ
Ἄλλῳ μεταδιδοὺς, αὐτὸς ὢν δὲ κύριος,
Εἰ δ' οὐδὲν αὑτοῦ, τῆς τύχης δὲ πάντ' ἔχεις.

Apud Stobaeum est *Πάντα τὸν χρόνον*, quod versus gratia sic interpolavit Grotius, *Εἰς πάντα τὸν χρόνον*; atqui hoc neque elegans, neque satis Graecum est. Nos *Ἄπαντα* legimus: sic enim casu accusativo absolute ponunt, pro *omni tempore, perpetuo.* Versus quartus in Stobaeo sic legitur,

Εἰ δὲ μηδ' ἑαυτοῦ, τῆς τύχης δὲ πάντ' ἔχεις.

Unde Grotius, ut versui consuleret, ejecit illud *δέ*: perperam omnino, cum in redditione sententiae post *εἰ μὲν*, necessarium sit, *εἰ δέ.* Quid quod sententiam minime percepit, ut ex collatione cum nostris manifestum erit. Unum vero errorem de suo adjecit Vir Cl. ubi vertit *φύλαττε μηδενὶ μεταδιδοὺς*, *Cave ne ullum participem facias.* Atqui hanc sententiam Graeci sic extulissent, *φύλαττε* vel *φυλάττου μηδενὶ μεταδιδόναι*; infinitivo, non participio.

XLIX. p. 50. — *Ὡς θύρυσι δ' οἱ τυμβωρύχοι* etc.

Atqui apud Athenaeum exstat, *τοιχωρύχοι*, *parietum perfossores.* Grotius, ut mihi certissimum est, non consilio, sed memoriae lapsu *τυμβωρύχοι* posuit; et frustra metuebat Vir Cl. qui non est ausus id tollere. Facetus vero imprimis est, cum in versu tertio,

Καὶ τὸ πόπανον· τοῦτ' ἔλαβεν ὁ θεὸς ἐπὶ τὸ πῦρ,

Luxatum aliquid credit *esse, quod facile emendari nequeat.* Nonne dixi hunc hominem, syllabarum non potestatem, sed numerum duntaxat considerare? Tu vero, o bone, aliud cura; versus sanissimus est, neque *ingenio et otio opus est, ut possit emendari.* In versu ultimo pro *καταπίνουσι* repone,

Ἐπιθέντες, αὐτοὶ τἄλλα καταπίνουσ' ἀεί.

L. p. 52. *Τὸ Νυμφαῖον δ' ὅθεν προέρχομαι Φυλὴν Ἰών.*

Nesciebat artis Criticae conditor *Φυλὴν* priorem syllabam producere: vel sciverit potius, si vis: cum vel id nesciret in loco Senarii ultimo Spondeum non recipi. Haec sic erant constituenda,

— *τὸ Νυμφαῖον δ' ὅθεν*
Προέρχομαι Φυλήνδ' ἰών. —

Ἰὼν Φυλήνδε: *Phylam* proficiscens.

LI. ibid. *Νομίζετ' εἶναι τὸν τόπον φυλήν.*

Haec ex Aristophanis Scholiaste profert Vir Cl. creditque verba Menandri esse: in quo ejus eximiam sagacitatem videre est. Scholiastes sic narrat. *Φυλὴ ὄνομα δήμου· καὶ Μένανδρος Δυσκόλῳ νομίζετ' εἶναι τὸν τόπον Φυλήν.* Ubi pro *νομίζετ'* mutatione minima repone *νομίζει*, et verte: *Phyle, nomen Populi Attici: Menander autem in Dyscolo putat Phylam esse locum.* Respicit autem Scholiastes ad illum ipsum versum, qui ab Harpocratione citatus est. Emendationem hanc firmat ipse Harpocration, cujus ibi verba sunt, *Μένανδρος δὲ Δυσκόλῳ, τῆς Ἀττικῆς νομίζει εἶναι τόπον τὴν Φυλήν.* Confirmat etiam Suidas, *Φυλὴ δῆμος τῆς Οἰνηΐδος· ὁ δὲ Μένανδρος τόπον εἶναι νομίζει Φυλήν.* Atque hoc tam expositum, et *ἐπιπόλαιον*, et in sensus incurrens non potuit subodorari, qui se solum existimat habere nasum.

ΕΑΥΤΟΝΤΙΜΩΡΟΥΜΕΝΟΣ.

LII. p. 55. *Μετ' ἄριςον γὰρ ὡς ἀμυγδαλὰς ἐγὼ —*

Grotius, cujus annotationem hic praeterit Vir Cl. pro illis Athenaei *μετ' ἄριςον γὰρ reposuisse se* memorat, *Μετὰ γὰρ ἄριςον.* Hoc cur a Grotio factum sit, ne divinare quidem potuit Vir Cl. ideoque omisit. Atqui ob versum, o Aristarche, id feceràt Grotius, probe enim noverat duo illa vocabula bis contra Iamborum leges peccare. Idem tamen nesciebat *τὸ ἄριςον* primam syllabam producere; dumque unum errorem corrigit, in alium ipse incidit. Bene se habebant versiculi, si tollas illud *ἐγὼ*, et sic digeras:

— *μετ' ἄριςον γὰρ ὡς ἀμυγδαλᾶς*
Παρέθηκα, καὶ τῶν ῥοϊδίων ἐτρώγομεν.

LIII. p. 54. *Ἐξ ἱςαρίου ἐκρέματο φιλοπόνως πάνυ.*

Ex Victorio hoc promsit Vir Cl. sed pro more, ubi versui consulere vult insciens eum corrumpit. Longe enim numerosius ibi exstat,

Ἐξ ἱςαρίου γὰρ ἐκρέματο φιλοπόνως πάνυ.

Senarium quippe Comicum etiam in secundo loco Anapaestum adsciscere, vel primus ille Aristophanis versiculus exemplo est;

Ὡς ἀργαλέον πρᾶγμ' ἐςὶν, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί.

LIV. p. 225. — *καλὸν*
Οἱ νόμοι σφόδρ' εἰσίν, ὁ δ' ὁρῶν τοὺς νόμους
Λίαν ἀκριβῶς, συκοφάντης μοι φαίνεται.

Vide hominis temeritatem; qui quae recte ferebantur et apud Grotium et apud Stobaeum, incrustare pro sua peritia voluit, et mangonio corrumpere. Sic illi optime: *Καλὸν οἱ νόμοι* etc. Hos versus dum correctione egere credit Vir Cl. utrumque labefactavit.

ΕΛΕΓΧΟΣ.

LV. p. 284. — *Ἔλεγχος γὰρ Θεὸς*
Τῇ παῤῥησίᾳ τῇ τ' ἀληθείᾳ φίλος.

Haec ex Luciani Pseudologista concinnavit Vir Cl. ea qua cetera omnia felicitate: nam elumbem versum protulit, uno pede deformiter claudicantem. Narro autem tibi, o bone, non verba Menandri haec esse, sed Luciani: neque *Ἔλεγχον* fabulae nomen esse; sed Prologum sive argumentum nescio cujus fabulae ab Elencho sub Dei persona narratum fuisse. Ita Plautus Arcturum Deum inducit, *argumentum dramatis eloquentem*: neque ideo Arcturum id inscripsit, sed Rudentem. Ubi ergo acumen tuum, qui ex persona prologi integram Fabulam effecisti? Huc tantum pertinent loca a te hic citata, Theonis, Aphthonii, et Luciani: cujus si integrum Pseudologistam perlegeris, me quod res est dicere sero nimis deprehendes.

ΕΜΠΙΠΡΑΜΕΝΗ.

LVI. p. 57. *Ἢ ταῖς ἀνάγκαις, ἢ τρίτον γ' ἔθει τινι.*

Grotius *γ'* addidit, ut metrum fulciret. Sed, opinor, verius et numerosius sic repones;

Δι' ὧν ἅπαντα γίνετ', ἢ κατὰ τοὺς νόμους,
Ἢ ταῖς ἀνάγκαις, ἢ τὸ τρίτον ἔθει τινι.

LVII. p. 57. *Εἶθ' ὁ τρίτος, εἶθ' ὁ τέταρτος, εἶθ' ὁ μεταγενής.*

Hunc cum aliis ex Athenaeo laudat Vir Cl. et in Notis, *Hic quidem*, ait, *non est finis Senarii, et aliquot syllabae abundant: sed quis emendare sine libris possit?* Nescio, indigner magis, an miserear: cum hinc temeritatem hominis spectem, illinc inscitiam. Ain' tu aliquot syllabas abundare? nempe numero eas, ut soles, pensitabas: atqui scito Senarium hunc optime se habere; cui si unam syllabam demseris, lumbifragio eum mactabis.

LVIII. p. 58. — *καὶ νῦν ὑπὲρ*
Τούτων συνάγουσι κατὰ μόνας.

In Athenaeo integer Senarius est; nimirum et hic propter numerum brevium syllabarum *aliquid abundare* existimavit, ideoque in duo membra divisit Flos Criticorum.

ΕΠΙΚΛΗΡΟΣ.

LIX. p. 62. — Ἢ δεῖ ζῇν μόνον etc.

— Aut vivere oportet solum,
Aut mori patrem genitorum liberorum,
Usque adeo amarum est quidquid postea est vitae.

Ita Graeca Menandri Latine vertit Vir Cl. et deinde adnotat ad versum ultimum. *Videtur nescio quid hic esse corruptum: nisi forte hoc velit Menander, Postquam decreveris caelibem vitam agere, aut duxeris uxorem, quicquid est aevi reliquum id amarum esse; unde colligeret quispiam infelicem esse gentem humanam, quodcumque vitae iter elegisset.* Haec et per se inepta sunt, et ex male acceptis Menandri verbis nata. Quippe παίδων γιγνομένων absolute ponuntur; *Aut caelibem vivere oportet, aut patrem mori liberis nascentibus*: μετὰ ταῦτα igitur in versu tertio est, *post liberos natos*. Videtne jam Vir Cl. *nihil hic corruptum esse*; sed se pro sua sagacitate verba sana corrupisse, qui fabulas male vertendo, ex

Graecis bonis Latinas fecit non bonas?

ΕΠΙΤΡΕΠΟΝΤΕΣ.

LX. p. 65. *Καταφθαρεὶς ἐν ματρυλλείῳ τὸν βίον;* 28

In quarto loco spondeum infersit Vir Cl. immo, cum apud Harpocrationem et Photium legerat *ματρυλείῳ* cum simplice λ, quae vera lectio est, ille mirificus artifex ne hilum credidit interesse hoc an illud in versu poneretur.

LXI. p. 65. Ἀργὸς δ᾽ ὑγιαίνων τοῦ πυρέττοντος πολὺ
Ἀθλιώτερος, διπλάσια γὰρ ἐσθίει μάτην.

Ain' vero, pigrum hominem *miseriorem* esse, cum valet, quam cum febricitat? Quo argumento hoc obtinebis? non utique eo, quia *duplo plus comedit*. Tanto enim *felicior*, opinione hominum; modo paratum sit, quod comedat. Ego vero sic a Menandro profectum esse contendo, (repugnante licet Simocatto, qui in Epist. ἀθλιώτερος quoque legit)

Ἀχρειότερος· διπλάσια γὰρ ἐσθίει μάτην.

Dictum hoc est ab hero quodam de servo pigro et in-

erte: qui damnosior est domino valens, quam febriens. Ita plane vertit Ausonius, ut tibi post Vinetum est adnotatum, Epigr. CX. Ἀχρειότερος, *inutilior*, *pejor*, *deterior*, *nequior*.

LXII. p. 65. Ἐλευθέρῳ γὰρ τὸ καταγελᾶσθαι πολὺ —

Illud γάρ, ait Grotius, *ob versum addidimus*. At alibi mentem habuit Vir Summus, cum hoc adnotaret. Versus enim iste Gorallo dignior est, quam Grotio; cum pro longa syllaba brevem in tertio loco vel quarto habeat. Sine dubio sic scripsit Menander,

Ἐλευθέρῳ τὸ καταγελᾶσθαι παραπολύ.

ΕΤΑΙΡΑΙ.

29 LXIII. p. 255. — ἕκαςος

Κύψας εἰς αὐτὸν τῶν τραγημάτων ἔφλα.

Ο hominem eruditis auribus, qui Senarium claudi posse credidit vocabulo ἕκαςος: mirum, ni verba, non quantitate syllabarum, sed accentuum ratione metitur. Ἕκαςος illud Plutarchus sibi habeat: versus Menandri sic reponendus,

Κύψας ἐς αὐτὸν τῶν τραγημάτων ἔφλα.

Ἐς, inquam, o Criticorum Ocelle, non εἰς, quod versum trucidat.

ΕΦΕΣΙΟΣ.

LXIV. p. 70. — ἐπ᾽ ἀρίςῳ μὲν λαβὼν —

Apud Athenaeum extat, ἐπ᾽ ἀρίςῳ λαβών. Rectissime, nam ἄριςον, cum *prandium* notat, primam producit; cum *optimum*, corripit. Sed Vir Cl. versui metuens, clam illud μὲν interposuit, vel Samuele illo Petito felicior et inhabilior. Sic et in fragmento sequente.

LXV. p. 70. Ἰχθυοπωλῶν ἀρτίως τις τεττάρων.

Cum apud Athenaeum bis legerat τῶν ἰχθυοπωλῶν, ille digitis scansionem tentans,

Ἰχθυ | οπω ⊢ λῶν ἀρ | τίως | τις τετ | τάρων,

Abundare illud τῶν putavit, et misero Senario caput detruncavit. Odi nimium diligentes.

LXVI. p. 70. Παρέσομαι γὰρ ἔνδυο.

Suspectum est Viro Cl. *quia vocis* ἔνδυο *formatio et Etymologia nullae occurrant, nec ipsa alibi inveniatur*:

sed nolim ut ex sua peritia alios omnes metiatur. Scribendum enim est ἐνδύο, vel ἓν δύο; hoc est, *adero celeriter, confestim*, dum aliquis *unum duo* numerare possit. Recte igitur Suidas ταχέως *celeriter* interpretatus est.

LXVII. p. 69. Ἐγὼ μὲν οὖν ἤδη μοι δοκῶ, νὴ τοὺς θεούς.

Hoc quidem non, ut priora illa, Viri Cl. facinus est: 30
sed et Harpocrationis editiones eadem labes prius infecerat. At si vel elementa rei metricae didicerat, continuo emendaverat, aut Ἐγὼ μὲν ἤδη μοι δοκῶ, aut Ἐγὼ μὲν οὖν ἤδη δοκῶ.

ΗΝΙΟΧΟΣ.

LXVIII. p. 71. — ὧν δὲ μὴ τρόπος αἴτιος.
Τὰ τύχης φέρειν δεῖ γνησίως τὸν εὐγενῆ.

Ita, inquit Grotius, *haec restituimus suis versibus: antea legebatur*, Ὧν δὲ μὴ αἴτιος τρόπος, τὸ γ' ἀπὸ τῆς τύχης φέρειν δεῖ etc. Atqui pace viri maximi, et elegantius et ex serie vulgatae scripturae sic ad Trochaicos redigi debent;

— ὧν δὲ μ' αἴτιος τρόπος,
Τά γ' ἀπὸ τῆς τύχης φέρειν δεῖ γνησίως τὸν εὐγενῆ.

Μὴ ante vocalem longam saepissime aut eliditur, aut cum ea coalescit.

ΗΡΩΣ.

LXIX. p. 72. Non viderat Grotius ὁ θαυμάσιος in versu secundo et numerosius et elegantius legendum esse;

Οὐδ' αὐτὸς ὁ κρατῶν τῶν ἐν οὐρανῷ θεῶν.

Τῶν illud absorptum erat a voce priore. Οἱ ἐν οὐρανῷ θεοὶ dicunt Graeci, non ἐν οὐρανῷ θεοί. Nihil hac emendatione certius.

LXX. p. 72. Grotius ad locum, *Emendationem hanc nostram* τὸ καλὸν *pro* τὸν καλὸν *firmat MS. A Quare et in sequenti pro* τὸν ἐλεύθερον δὲ δεῖ *posuimus* τὸ δ' ἐλεύθερον δεῖ, *simul versui consulentes*. Atqui priorem emendationem clare exhibent editio princeps Veneta et prima Gesneri. In posteriore autem, illud δεῖ et supervacue ingeritur post ἐχρῆν, et prave ob tempus immutatum. Repone igitur certissime,

Τοὐλεύθερον δὲ πανταχοῦ φρονεῖν μέγα.

LXXI. p. 73. Χοῦν κεκραμένου οἴνου λαβὼν ἔκπιθι — 31

Quousque tandem, Vir Cl., occides nos cum bellis tuis Senariis? quorum numeros sic digitis metitus es,

Χοῦν κε | κραμέ | νου οἴ | νου λα | βὰν ἐκ | πιθι.

Satisfactum nobis existimas, si cuique pedi duas syllabas impendis? atqui scito ex omnibus sex ne unum quidem esse, cui crura non fregeris. At in secunda hujus libri editione sic repones, si me audis,

— Χοῦν κεκραμένου
Οἴνου λαβὼν ἔκπιθι τοῦτον. —

Θ Α Ι Σ.

LXXII. p. 75. *Μηδενὸς ὁρῶσαν, προσποιουμένην δ' ἀεί.*

Spectate hic Viri Cl. solertiam et sagacitatem. *Ὁρῶσαν* quidem typothetae errore in Grotii Excerptis habetur; cum auctor vellet *ἐρῶσαν amantem*, ut in omnibus Plutarchi editionibus fertur. Id verum esse vel versio Viri magni satis evincit,

Et neminem amantem, *semper simulantem tamen.*

Noster tamen, errore typographico irretitus, et nihil quicquam sentiens, *ὁρῶσαν* illud arripuit, *intuentem* Latine reddidit, et hanc bellam notulam addidit: *Ὁρῶσαν, hoc est, rationem habentem neminis, sed fingentem tantum: sic verbum ὁρᾷν sumitur supra in Heautontimor.* Quid quaeris? an *ὁρᾷν* cum genitivo jungitur, aeque ac *ἐρᾷν*? annon Graece dicimus *ὁρᾷν μηδένα*, *ἐρᾷν* vero *μηδενός*? Jam autem, quantum ad sententiam, meretrices tu fingis procaces, neminem tamen *intuentes?* quae id unum agunt, ut argutis et loquacibus oculis adolescentes captent et in amorem illaqueent? Ubi elementa Grammaticae? ubi sensus vitae communis?

ΘΕΟΦΟΡΟΥΜΕΝΗ.

LXXIII. p. 79. *Καὶ ταχὺ πάλιν τὸ πρῶτον περισοβεῖ —*

Phu! Senarius putidus: ex sex pedibus quatuor podagrosi sint; et deformiter claudicant. Si vis eos recto talo incedere, sic digere,

— Καὶ ταχὺ
Πάλιν τὸ πρῶτον περισοβεῖ ποτήριον etc.

Θ Ε Τ Τ Α Λ Η.

32 LXXIV. p. 57. *Εὐθυμία γὰρ βίοτον τῶν δούλων τρέφει.*

Hoc Grotius concinnavit ex vulgato illo corrupto,

Εὐ-

Εὐθυμίᾳ βίε τῶν δούλων τρέφει. Sine dubio spe excidit Vir Magnus, qui in quarto loco Spondeum posuit: quid tamen reponendum sit, nequeo certo divinare. Sed ecce dum haec scribo, in mentem subit aut vera emendatio, aut saltem simillima,

Εὐθυμία τοι, Τίβιε, τὸν δοῦλον τρέφει.

Tibium personam servi esse apud Menandrum, eruditis notum est ex Theophrasto, Luciano etc.

ΘΗΣΑΥΡΟΣ.

LXXV. p. 81. Grotius cujus notam hic, ut saepe, contra fidem datam supprimit Vir Cl. *Ita*, inquit, *MS. A.* τοῦ χρόνου τόκους: *vulgo male* ὡραίους τόκους. Atqui suspecta mihi plane est Manuscripti illius lectio: unde enim illud ὡραίους? an Librarius hoc fingere potuit voluitve ex illo τοῦ χρόνου? Sine dubio sub ὡραίους vera scriptura latitat, et illud apertum τοῦ χρόνου ex interpolatore est. Vide, an nos quoque habeamus quicquam Aristarcheae μαντικῆς: sic enim locum legimus,

Οὗτοι προσαποτίνουσ' ἀωρίας τόκους.

Usuras temporis intempestivi et seri. Quanto hoc expressius, quam τοῦ χρόνου?

LXXVI. p. 81. *Ὅταν ἔρωτος τόλμαν ἀφέλῃς, οἴχεται.*
Εἰς τοὺς Ἰαλέμους δὲ τοῦτον ἔγγραφε.

Grotius, cujus adnotationem iterum invidit nobis Vir Cl. *Ἔρωτος, ait, reposui: argutius enim hoc mihi visum quam quod vulgo* ἐρῶντος; *et in posteriore* δὲ *scripsi pro* γέ. Quod ad hoc attinet, in primariis editionibus τε habetur, non γέ: illud vero ἐρῶντος longe meo judicio est praeferendum. Sine audacia enim non perit *amor*, sed *amans*: amor enim sine audacia medullas lente exedit; et eo diutius ardet, quo magis sub cinere tegitur. Amans vero sine audacia nihil proficit, neque umquam amatum potitur. Lege ergo cum vulgatis,

Ὅταν δ' ἐρῶντος τόλμαν ἀφέλῃς, οἴχεται. 31
Εἰς τοὺς Ἰαλέμους τε τοῦτον ἔγγραφε.

Nam illud δ', quod et in Stobaeo et Grotio extat, Vir Cl. ut supervacuum furtim expulit; et more suo solenni versum interemit.

ΘΡΑΣΥΛΕΩΝ.

LXXVII. p. 85. — φιλοσοφεῖ δὲ

Τοῦτο, ὅπως καταπράξηται τὸν γάμον.

Iratis Musis natus es, Vir Cl., qui aut illud pro colo Senarii, aut hoc pro integro nobis propinas. Utrumque pravum est, et furca ejiciendum. Legas vero postea, me fidejussore,

— φιλοσοφεῖ δὲ τοῦθ᾽, ὅπως
Καταπράξεται τὸν γάμον. —

Καταπράξεται, inquam, legas versu jubente, non *καταπράξηται*, et scias ὅπως, *ut*, *quo modo*, saepe etiam indicativis jungi.

ΘΡΑΣΩΝΙΔΟΥ ΜΙΣΟΣ.

LXXVIII. p. 117. Hunc Fabulae titulum extundit Vir Cl. ex verbis Libanii, cujus locum hic dabimus ex versione ejus Latina. *Nosti ex Comoedia, tumidum, fastuosum, et multa arrogantia plenum quiddam esse Militem. Si cui vestrum Menandri Thrasonides animo obversatur, novit quid dicam. Militari enim insulsitate laborantem hominem sibi contraxisse ait odium amicae: unde merito factum nomen dramati Thrasonidis odium*: Καὶ γέγονεν ἀμέλει προσηγορία τῷ δράματι Θρασωνίδου Μῖσος. Expende jam mecum haec verba, Vir Clarissime: *Μῖσος odium* Thrasonidis nomen Fabulae indidisse dicit. Respexit ergo ad notissimam Menandri Fabulam *ΜΙΣΟΥΜΕΝΟΝ Odiosum;* in qua miles ille Thrasonides πρωταγωνιστὴς erat et primas partes agebat. Tardus igitur hic eras, qui hoc non eruisti, et falsus omnino, qui *Θρασωνίδου μῖσος* pro titulo subdidisti.

I E P E I A.

LXXIX. p. 87. *Ἀλλ᾽ ἔστι τόλμης καὶ βίου ταῦτ᾽ ὄργανα*, etc.

Ex Justino hoc dedit Grotius, neque emendavit. Illud tamen *βίου* male huc quadrare mihi videtur; praesertim cum versu abhinc secundo iterum inculcetur,

Εἰς καταγέλωτα τῷ βίῳ πεπλασμένα.

34 Melius, opinor, sic legeris,

Ἀλλ᾽ ἔστι τόλμης καὶ βίας ταῦτ᾽ ὄργανα.

Audaciae et violentiae. Optime tamen ad sententiam sic dixisset, *Τόλμης καὶ δόλου*, vel *τόλμης κἀπάτης*, *Audaciae et fraudis.*

LXXX. p. 87. *Δι᾽ αὐθάδειαν· πέρας γὰρ αὔλιος θύρα* —

Grotius, cujus hic quoque notam desideramus, *Ita,*

inquit, *emendavit Salmasius δι᾽ αὐθαδίαν, cum apud Stobaeum esset, Διὰ τὴν αὐλὰν et in MS. A. διὰ τὴν αὐλαγλίαν.* Sine dubio et sensum et verbum ipsum acute reperit magnus Salmasius: sed et ille et Grotius peccat, cum senario se consuluisse existimant. Tu lege eodem sensu,

Αὐθαδία· πέρας γὰρ αὔλειος θύρα.

Quippe *αὐθαδία* secundam syllabam producit; contra ac illi opinati sunt. Cur autem Vir Cl. cum Grotius dederit *αὐθαδίαν*, supposuit clanculum *αὐθάδειαν*? in quo et a recepta lectione et a metro magis recessit. Illa vero *διὰ τὴν* ab interpolatoribus profecta sunt.

ΙΜΒΡΙΟΙ.

LXXXI. p. 88. *Ἄρχων, ϛρατηγὸς, ἡγεμὼν δήμου, πάλιν Σύμβουλος· ὁ διαφέρων λογισμῷ πάντ᾽ ἔχει.*

Ita versum posteriorem et Stobaeus praefert, et admittit Grotius: durissime tamen incedit Senarius, cum in loco secundo proceleusmaticum habeat, | λος ὁ δια | Praeterea et sententia decrescit; majus enim quiddam est *ἄρχων*, aut *ϛρατηγὸς*, aut *ἡγεμὼν*, quam *σύμβουλος*. Ut utrique medicinam adhibeas, tam versui, quam sententiae; sic repone,

Ἄρχων, ϛρατηγὸς, ἡγεμὼν δήμου, πάλιν
Βουλῆς· ὁ διαφέρων λογισμῷ πάντ᾽ ἔχει.

Ηγεμὼν δήμου, et *ἡγεμὼν βουλῆς*, *Rector populi et etiam rector senatus.*

ΙΠΠΟΚΟΜΟΣ.

LXXXII. p. 89. *Μόνιμος ἄνθρωπος ἦν τις, ὦ φίλων σοφὸς* etc.

Hoc ex Diogene Laërtio petitum longis adnotationibus constipat Vir Cl. Et sane vix unus versiculus est, 35
qui non ab aliquo editore injuriam accepit. Nos locum integrum, prout a Menandro credimus profectum esse, lectori repraesentabimus,

Μόνιμός τις ἦν, ἄνθρωπος, ὦ Φίλων, σοφὸς,
Ἀδοξότερος, μίαν δὲ πήραν οὐκ ἔχων etc.

Hanc equidem ex diversis et plane contrariis veram lectionem existimo: in qua verba singula ex codice Florentino apud Menagium confirmantur; nisi quod in versu sexto pro *ὑπὲρ δὲ* magni Scaligeri conjecturam *ὑπερεῖδε* adscivi: idque recte, ut ipsa sententia flagitat. Ceterum in

hoc fragmento concinnando saepe excidit Grotius; maxime vero omnium Meibomius ille, qui in postrema Laërtii editione loca plurima sceleratis unguibus contaminavit. En quibus homuncionibus clarorum Scriptorum editiones hodie committuntur.

ΚΑΡΙΝΗ.

LXXXIII. p. 92. *Περὶ τὸν τράχηλον ἀλύσιόν τί σοι δόσω.*

In posterioribus editionibus Suidae, atque adeo in praeclara illa celeberrimi Kusteri δώσῳ legitur: unde ob versum Kusterus sic in notis legendum esse monuit,

Περὶ τὸν τράχηλον ἀλύσιον δώσω τί σοι.

Hic aliquid latere suspicatus Vir Cl. aliam viam instituit; et ordinem quidem verborum servavit, δώσω autem in δόσω mutavit. Utinam vero Clenardus, aut Caninius, aut Grammaticorum quispiam ad manum ei fuisset. Quid enim est δόσω? ubi lectum, ubi auditum? piget me profecto miseretque. Sed omnem difficultatem tollet editio princeps Mediolanensis, quae non δώσω exhibet, sed δότω. Lege ergo,

Περὶ τὸν τράχηλον ἀλύσιόν τίς σοι δότω.

ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΟΣ.

LXXXIV. p. 92. — *Ἐπιθυμήσας τῷ βορέᾳ ἥδιον*
36 *Ὀψάριον, οὐδὲν λαβὼν ἐψήσω φακῆν.*

Is. Casaubonus, ait Vir Cl. *Ἐπεὶ δὲ θύσας τῷ βορέᾳ. Sed in tam brevi fragmento sensus non satis liquet, nec facile quidquam mutem. Idem tamen recte pro ἴδιον scripsit ἥδιον, quod sequuti sumus.* At tamen religiosus hic, qui *nihil facile mutet*; tria verba immutavit, lectore decepto: Athenaeus enim habet, οὐδὲν ἔλαβον, ἐψήσων. Recte quidem observavit ὁ πάνυ Casaubonus Boream a piscatoribus impensius coli solitum; sed idem cum θύσας *hostia sacrificans* emendavit, oblitus est id non fuisse pauperculi piscatoris *). Quare vide, an nos aptius corrigamus,

Ἐπιθυμιάσας τῷ Βορέᾳ λιβανίδιον,

---

*) Atqui ipsum illud θύω pro θυμιάω poni docet Phrynichus App. Soph. p. 42. ἐν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ τὸ θῦσαι ἀντὶ τοῦ θυμιάσαι. V. Intpp. Hesychii T. I. p. 1749. et Graevii Lectt. Hesiod. IX. p. 41.

Ὀψάριον οὐδὲν ἔλαβον, ἑψήσων φακῆν.

Suffimentum ex ture ventis erat aptissimum: sic Orpheus Hymnis, *Βορέου θυμίαμα, λίβανον, Aquilonis suffimen, tus.* Ita et *Νότου*, et *Ζεφύρου* ibidem.

ΚΑΤΑΨΕΥΔΟΜΕΝΟΣ.

LXXXV. p. 94. *Ἀφ᾽ ἱερᾶς γραμμῆς ἐν τῇ τῶν πεττῶν παιδιᾷ.*

Miseret me Viri Cl. si aut haec verba Menandri esse, aut Senarium efficere, putat. Proverbium erat *κίνει τὸν ἀφ᾽ ἱερᾶς*, de quo Suidas, Pollux, aliique. Hoc proverbium usurpasse Menandrum in Catapseudomeno, Suidas memorat in *τὸν ἀφ᾽ ἱερᾶς*. Cetera ipsius Suidae sunt, non Menandri.

ΚΕΚΡΥΦΑΛΟΣ.

LXXXVI. p. 94. — *παρὰ*
Τοῖς γυναικονόμοις δὲ τοὺς ἐν τοῖς γάμοις etc.

Huic loco ex Athenaeo citato bellam hanc notulam adjecit Vir Cl. *Ut sequens*, inquit, *versus constaret, hanc vocem παρὰ quasi ultimum pedem praecedentis Senarii sejunximus.* Atqui, mi homo, in ipso primo pede secundus ille tuus versus cespitat, et in altero ruit. Nonne melius erat te fidem habere Grotio, qui recte ediderat versu unico. Nunc cum s[illegible] tantum virum videri velles sapere, quasi sorex tuo indicio te prodidisti.

ΚΙΘΑΡΙΣΤΗΣ. 37

LXXXVII. p. 96. *Εἰ τοὺς ἀδικηθέντας, πάτερ, φευξόμεθα.*

Sic edidit Vir Cl. cum et apud Stobaeum et Grotium recte esset *φευξούμεθα*. Nesciebat scilicet *φεύγω* in futuro dare *φευξοῦμαι* aeque ac *φεύξομαι*. At vel ipse versus, quem nunc misere perdidisti, te hujus rei admonuisset; si ejus gemitum aures tuae possent intelligere.

LXXXVIII. p. 97. *Ἀκούσματ᾽ εἰς τρυφήν τε παιδεύεσθ᾽ ἅμα.*

Grotius memoriae lapsu *ἅμα* reposuit: Athenaeus habet *ἀεὶ*, quod a Viro Cl. revocandum erat.

ΚΟΛΑΞ.

LXXXIX. p. 99. *Τρὶς ἔπιον μεσόν γ᾽. Β. Ἀλεξάνδρου γὰρ*
πλέον

Πέπωκας τοῦ βασιλέως, οὐκ ἔλαττον —
A. Οὐ μὰ τὴν Ἀθηνᾶν μέγα γε. —

In tertio versu, ait Vir Clarissimus, *addidi γὰρ propter metrum. Sequentia ita hiulca sunt, ut emendari nequeant.* Atqui si propter metrum illud *γὰρ* addidisti, scito te et metrum una et sententiam tanto magis corrupisse. Cetera autem, quae negas *emendari posse*, vide ut nullo negotio certissime corrigantur. Lege ergo locum et personas quoque sic dispone:

*Τρὶς ἐξέπιον *) μεςὸν γ'. Στ. Ἀλεξάνδρου πλέον*
Τοῦ βασιλέως πέπωκας. A. Οὐκ ἔλαττον, οὐ
Μὰ τὴν Ἀθηνᾶν. Στ. Μέγα γε. —

Intellige jam, si potes, quam numerose versus decurrant, quamque apte personae illae confabulentur. Tanti erat rem Metricam in adolescentia didicisse.

38 XC. p. 102. *Καὶ Νάννιον ἔσχηκας ὡραίαν σφόδρα.*

Aut legendum est, *Καὶ Νάννιον γ' ἔσχηκας* — aut *Καὶ Νάννιον ἐσχήκασιν ὡραίαν σφόδρα.*

In versu priore *Ἀντίκυραν* syllabam tertiam producit; sic enim interdum Graeci; et fere *Ἀντίκιῤῥαν* scribebant: etsi Latini tertia correpta *Anticyram.*

ΛΕΥΚΑΔΙΑ.

XCI. p. 105. Haec ex Strabone petita sunt, sed mutila: et miror equidem viros incomparabiles Scaligerum et Casaubonum non animadvertisse. Quin et Hesychii illa, quae a Viro Cl. hic citantur, illis connectenda esse vehementer suspicor, et pene compertum habeo. Locum integrum hic exhibebo;

Οὗ δὴ λέγεται πρώτη Σαπφὼ etc.

Verba Strabonis sic habent. *Καὶ τὸ ἅλμα τὸ τοὺς ἔρωτας παύειν πεπιστευμένον, οὗ δὴ λέγεται πρώτη Σαπφὼ, ὥς που φησὶν ὁ Μένανδρος, τὸν ὑπέρκομπον θηρῶσα*, etc. Dubitare jam aliquis poterit, quin *οὗ δὴ λέγεται πρώτη Σαπφὼ* ad Menandri *ῥῆσιν* pertineant? cum ipsa verborum series orationem Poëticam indicet, cum numeri exacte respondeant, cum sine illis sequentia manca et imperfecta sint? At Viri magni illud, *φησὶν ὁ Μένανδρος*, ad sequentia tantum

---

*) Vulgo *ἔπιον*. V. D. in Museo Oxon. IV. p. 478. malit *ἐπέπιον*, quam formam restitue Theophilo apud Athen. p. 417. b. Nostro loco *ἐκπίνειν ebibere* aptius quam *ἐπιπίνειν superbibere* vel *postea bibere.*

referebant. Quasi vero non passim apud Strabonem, Plutarchum, Athenaeum, post inchoatam aliquam ῥῆσιν, auctoris demum nomen laudetur. Quinto autem versu pro recepta scriptura κατ' εὐχὴν σὴν reposui σὸν, hoc est, σὸν τέμενος; ut connectatur cum fragmento Hesychiano εὐφημείσθω, etc. quod et cum metro priorum et cum sententia tam apte coagmentatur, ut nihil magis. Sciunt enim, qui in Tragicis Graecis et Aristophane versati sunt, Anapaestos, quales hi sunt, ubique terminari versu Paroemiaco, qui posterius Colon est Hexametri. Sententia vero hu- 39
jusmodi est: Persona haec quaecunque est, sive una seu plures, Apollini Leucatae carmen dicens, Leucada petram memoraverat, Unde, ait, prima Sappho se praecipitavit et periit; sed quid tristia illa recenseo? Potius bona et fausta verba dicantur in tuo templo, o Apollo, δέσποτ' ἄναξ. Sic de eodem Apolline uxor Chremyli in Aristophanis Pluto,

Ὅσην ἔχεις τὴν δύναμιν, ὦναξ δέσποτα.

XCII. p. 106. *Ἐπίθες τὸ πῦρ, ἡ ζάκορος, οὑτωσὶ καλῶς.*
Ἢ ὁ ἱερεὺς, ὁ ναὸν κοσμῶν καὶ σαρῶν.

Ex Suida et Etymologo hoc adducit Vir Cl. Et versum quidem priorem recte. Posterius vero illud, quod pro sua peritia Senarium esse existimat, neque versus est, neque e Menandro. Nimirum verba sunt Etymologi, explicantis quid sit ζάκορος; et ὑπηρέτις scilicet et ὑπηρέτης, et ἱέρεια et ἱερεύς, hoc est, et ἡ ζάκορος dici et ὁ ζάκορος.

XCIII. p. 106. *Ζάκορος ἡ κοσμοῦσα τὸν ναὸν, τέκνον.*

Quantulum erat, si Vir Cl. versui caput addidisset ex superiore fragmento:

Ἡ ζάκορος, ἡ κοσμοῦσα τὸν ναὸν, τέκνον.

Aut haec levia didicisse oportuit, aut Menandrum non tetigisse. Quippe, ut ait ille,

— hae nugae seria ducunt
In mala derisum semel exceptumque sinistre.

Μ Ε Θ Η.

XCIV. p. 108. *Εἶτ' οὐκ ἀτοπώτατα πράττομεν καὶ θύομεν*, etc.

Longum hoc ἀποσπασμάτιον ex Athenaeo petitum Vir Cl. hic repraesentavit, ex Grotii editione: praeterquam quod verbum unum interpolavit, idque perperam, ut mox videbimus. Cum autem Viri longe eruditissimi Casaubonus Grotiusque in nonnullis hic erraverint, nos integrum

locum adducemus, ut opinamur ab auctore profectum esse: postea Virorum Doctiss. conjecturas examinabimus. Sic igitur lege:

Εἶτ' οὐχ ὅμοια πράττομεν καὶ θύομεν; etc.

40 Quae sic Latine vertenda sunt;

Non aeque stulte sacrificamus, ac cetera agimus? Ubi diis quidem emtam duco oviculam, vix decem drachmarum: Tibicinas vero, et unguentum, et Psaltrias has, Thasium, anguillas, caseum, mel ubi duco nobis, Talentum ferme impenditur, si rem putes. Drachmarum vero, O Agatho, decem pretium nos ferre, etiam cum opima sacra diis facimus? Harum autem rerum praeterea damnum in nos suscipere? Nonne hoc pacto rei divinae damnum duplicatur? Ego vero, si deus essem, non permitterem lumbum super aram umquam imponere, nisi quis simul anguillam adoleverit; ut Callimedon, unus ex cognatis, moreretur.

Hujus fragmenti bona pars bis habetur apud Athenaeum lib. IV. et VIII. Loco posteriore versus primus sic legitur, *Εἶτ' οὐχ ἅπαντα;* unde Casaubonus, probante Grotio, conjecit ἀτοπώτατα: at multo argutius est, quod lib. IV. extat, ὅμοια. Versu tertio, προβάτιον ἀγαπητὸν δέκα δραχμῶν est Atticae elegantiae: hoc est, *Vix decem Drachmarum; Drachmarum, ut multum, decem.* Versu quinto habetur *Μενδαῖον, Θάσιον,* lib. VIII. quod miror viros summos admisisse, cum metro prorsus repugnet. Melius extat lib. IV. *Ταύτας, τὸ Θάσιον;* ut nos hic edidimus *). Versu septimo, apud Athenaeum est, δραχμῶν μὲν ἀγαθῶν ἄξιον: unde Casaubonus, plaudente Grotio, ἀγαθόν. Nos, opinor, verius elegantiusque, *Ἀγάθων;* ut sit nomen Personae, quocum hic colloquitur. Ordo est, ἡμᾶς μὲν, *Ἀγάθων, λαβεῖν* ἄξιον δέκα δραχμῶν; Infinitivus cum indignatione, ut *Haeccine fieri flagitia?* et alia infinita. V. octavo, Athenaeus habet, ἐὰν καλλιερηθῇ; ubi Casaubonus γὲ interponit, Grotius contra versum negligit: nos καὶ *etiam* addidimus, quod a syllaba sequente absorberi facile potuit. V. nono apud Athenaeum est,

Τούτων δὲ πρὸς ταῦτ' ἀνελεῖν τὴν ζημίαν:

ubi Casaubonus ob versum addidit, *Τούτων δὲ δεῖ πρός.* At Grotius perversissime,

Τούτων δ' εἰ πρὸς ταῦτ' ἀνελεῖν δεῖ τὴν ζημίαν:

41 Ubi metri leges bis violavit. Nos, ni fallimur, et expeditius rem confecimus, et ad sententiam convenientius. V. undecimo et duodecimo sic Athenaeus:

---

*) *Τὸ Θάσιον* est Casaub. conjectura, quam plane rejicere debebat Bentl. Vid. Schweigh.

Ἐγὼ μὲν οὖν ἄν γε θεὸς οὐκ εἴασα
Τὴν ὀσφὺν ἂν ἐπὶ τὸν βωμὸν ἐπιθεῖναί ποτε.

Ubi Grotius priore versu legit *οὐκ ἂν εἴασα*; posteriore *ἂν* tollit ut supervacuum. Nollem equidem Virum magnum tam negligenter hic egisse. Quid? nescivisse, illud *εἴασα* syllabam mediam producere; *ὀσφὺν* autem posteriorem? Dum versibus consulere studuit, utrumque contrucidavit. Nos, ne litera quidem immutata, rem in vado statuimus. V. decimo-tertio apud Athenaeum est,

Εἰ μὴ καθήγιζέ τις ἅμα καὶ τὴν ἔγχελυν:

Quod cum nullo modo Senarium efficiat, et Casaubonus et Grotius patienter nimis admiserunt. Versu ultimo pro *συγγενῶν* Grotius reponit *γηγενῶν*, sententia dura, aut potius nulla. Rectissime vero habet *συγγενῶν*; cum ad festa hujusmodi sacrificia *cognati* de more vocarentur: Ut Callimedon scilicet *ὁ ὀψοφάγος*, cum ad coenam invitaretur, dirumperetur dolore ob anguillam deperditam. Ceterum in his omnibus nihil vidit aut videre adeo potuit clarissimus Clericus, utpote hisce sacris nondum initiatus: unicum tantummodo tentare leviter ausus est, in versu ultimo: ubi pro *ἀπέθανεν* interpolavit *ἀποθάνῃ*, *quia illud hic non conveniebat.* Itane vero, o Criticae artis columen? Atqui, ut condonemus tibi versum contaminatum, cujus sane omnem gratiam corrupisti; vel ex Lexicis tuis scire poteris *Ἵνα* etiam in hoc sensu cum indicativo conjungi, mixta quodammodo significatione ex *Ut* et *Ubi*: ut hic in *Nauclero*.

XCV. p. 50. 51. *Οἱ δὲ τὴν ὀσφῦν ἄκραν θύσαντες.*

Ex Etymologico hoc est; quod Viri Cl. opinione Senarium inchoare potest: quo tamen pacto ne unus quidem pes non malo quodam mactatus est. Auctor vero sum, ut in secunda demum editione sic verba constituat,

— *οἱ δὲ τὴν ὀσφῦν ἄκραν*
Θύσαντες. —

XCVI. p. 110. *Εἶτ' οὐκ εἶχεν οὐ πῦρ, οὐ λίθον, οὐκ ἄλλο τι. Οὐθ' ἕτερον.*

In hoc praeter syllabarum numerum ne ullum quidem vestigium fere Senarii est. Quousque aures nostrae tam absonis his versiculis vulnerabuntur? Repone vero ocyus,

A. — *Εἶτ' οὐκ εἶχεν πῦρ, οὐ λίθον,*
Οὐκ ἄλλο τι; B. Οὐθ' ἕτερον. —

ΜΗΤΡΑΓΥΡΤΗΣ.

XCVII. p. 111. *Προπίνων θηρίκλειον τρικότυλον.*

Cui ullus sensus esset numerorum et versuum, statim agnosceret: non principium hoc, sed finem Senarii esse.

XCVIII. p. 42. *Εἰ μὲν τι κακὸν ἀληθὲς ἔσχες, Φειδία,* —

Apud Clementem haec admodum mendosa sunt, quibus medicinam ferre certatim sunt conati viri magni Sylburgius et Grotius. Versu primo apud Clementem *φιλιάζειν*; pro quo Sylburgius reposuit, *ὦ φίλε, Δίζειν*. At *δίζειν* Homericum est, neque hic stare potest: rectius Grotius, *Φειδία, Ζητεῖν*; quae egregia emendatio est. In secundo versu uterque tardior fuit; sine dubio enim legendum,

Ζητεῖν ἀληθὲς φάρμακον τούτου μ' ἔδει.

Me, inquam *quaerere*: non *te*; quod versus tertius evincit, ubi *εὕρηκα invenì*. Nempe hic, qui loquitur, a superstitioso quodam consultus est de medicina malo ejus opinato reperienda. Versu sexto sic Clemens hodie habet,

Καὶ περιθέτωσαν ἀπὸ κρουνῶν τριῶν
Ὕδατι περιῤῥάναι.

Ubi Sylburgius, ad versum sustentandum, addidit, *εἶτ' ἀπὸ*. At quorsum tum spectabit illud *περιθέτωσαν*? quid debent
43 mulieres *περιθεῖναι*? nihil. Ergo, hoc repudiato, aliam viam instituit Grotius, et magna verborum mutatione sic reposuit,

Καὶ περιθέτωσαν ἀπὸ τριῶν κρουνῶν ὕδωρ.
Τούτῳ περιῤῥάναι. *)

Perperam omnino, et sententia nulla: quid enim erit *περιθέτωσαν ὕδωρ circumponant aquam?* Ipse vertit, *Aquam asportent*. Atqui *περιτιθέναι* est *vestire, amicire:* neque cum *aqua* quicquam habet affine. Hic jam aliquid excogitandum erat Artis Criticae Professori: sed qui magna pollicentur, non semper ea praestant. Equidem, dum hoc fragmentum legerem, semel iterumque de veste aliquid cogitabam, *Καὶ περιθέτωσαν χλαῖναν*, et alia: verum cum nihil inde, quod placeret, mihi suppeditaretur; indignatus, abjeci ex animo vocabula, et ex vi sententiae investigabam, quid opus fuisset dicto. Certe, inquam, nulla, qualis haec, est Lustratio sine *sulphure*, *τῷ θείῳ*: dictum factum, illico se in mentem ingessit vera emendatio;

---

*) Hanc Grotii conjecturum Wyttenb. ad Plutarch. Opp. Mor. I. p. 166. A. non male tuetur, loco Virgilii Aen. VI. 229. Sed fallitur vir doctissimus Grotianam lectionem *codicum auctoritate* traditam dicens.

Καὶ περί σε θειωσάτωσαν· ἀπὸ κρουνῶν τριῶν
Ὕδατι περιῤῥάναι.

Cui tmesis illa minus arridet, sic legere poterit;

Καὶ περιθειωσάτωσάν σ᾽· ἀπὸ etc. *)

Ceterum ultimum versiculum, quem varie tentant Sylburgius et Grotius, Clementis equidem verba esse puto, non Menandri. Ea sic habent; *Πᾶς ἁγνός ἐστιν ὁ μηδὲν ἑαυτῷ κάκον συνιδών*: ubi corrigendum, aut *συνιών* **), aut *συνειδώς*. Nam utique *συνιδὼν* non formatur a *συνειδέναι conscium esse*, sed a *συνορᾶν*.

ΜΙΣΟΓΥΝΟΣ.

XCIX. p. 115. *Ἕλκει δὲ γραμματίδιον ἐκεῖ σε δίθυραν,*
Καὶ παράστασις.

Hoc et plenius exhibetur, et melius disponitur in Harpocratione Maussaci. — Sic et in Photio et Suida *μία δραχμὴ* cum prioribus connectuntur Quo igitur tibi, o *Κριτικοδιδάσκαλε*, supra virum eruditissimum Maussacum sapere? sed fefellit te, video, celeberrimi Kusteri Suidas, ubi typographi opinor errore post verbum *παράστασις* punctum male inseritur. Quo tu infeliciter arrepto, et sententiam curtasti; et perinde Senarium concinnasti, ac si in Horatio scriberes,

Maecenas regibus edite atavis.

C. p. 116. *Ἀλλ᾽ οὐ τὰ βίου νὼ ἴσως δεῖ φροντίσαι;* 44

Pro *νὼ ἴσως*, quae Viri Cl. conjectura est, apud Priscianum fertur *ΝΩΝΙCΩC*. Unde levi negotio Senarius efficitur,

Ἀλλ᾽ οὐ τὰ βιότου νῷν ἴσως δεῖ φροντίσαι.
Sed de victu nostrum duorum non fortasse curandum est.

At Vir Cl. et versui crucem fixit, et sententiam interrogatione corrupit.

CI. 116. *Α. Χαῖρ᾽, ὦ Γλυκέρα. Γ. Καὶ σύ, πολλῷ χρόνῳ*
Ὁρῶ σε.

Et hic quoque versiculus a ceteris Viri Cl. minime degenerat: semel enim atque iterum fracto crure inambu-

---

*) Similis tmeseos exempla collegit Lobeckius ad Phryn. p. 426. Pronomen, quod post *περιθειωσάτωσαν* addi jubet Bentlejus, numeros corrumpit.

**) Hoc *συνιὼν* nihili est.

lat. Ad apud Priscianum pro πολλῷ habetur πολλοςῷ. Sine dubio corrigendum.

Α. Χαῖρ' ὦ Γλυκέριον. Γ. Καὶ σύ. Α. Πολλῷ τῷ χρόνῳ
Ὁρῶ σε.

Nosti opinor ὑποκορισμὸν illud *Glycerium* vel ex tuo Terentio.

CII. p. 115. — ὄμνυμι
Σοὶ τὸν ἥλιον, ἦ μὴν ποιήσειν γραφὴν
Σοι κακώσεως.

Nihil his vidi foedius, ut plane me pudeat pigeatque. Omnia conturbata sunt, pedes luxati, quantitates syllabarum inversae. Atqui apud Priscianum recto ordine verba incedunt, modo commode digerantur;

— ὄμνυμί σοι τὸν ἥλιον,
Ἦ μὴν ποιήσειν σοι γραφὴν κακώσεως.

CIII. p. 116. *Τί γὰρ δὴ γῦρός ἐςιν, οὐ συνίημι.*

Verba Phrynichi, unde hoc adductum est, ita se habent. *Γῦρος. τί καὶ τοῦτο* (lege *τούτῳ* cum Viro Cl.) *Μένανδρος τὴν καλλίςην τῶν Κωμῳδιῶν τῶν ἑαυτοῦ τὸν Μισογύνην κατεκηλίδωσεν, εἰπών· τί γὰρ δὴ γῦρός ἐςιν, οὐ συνίημι.* Hoc est, ex Nunnesii versione; *Γῦρος. Cur etiam hoc verbo Menander optimam comoediarum suarum Μισογύνην maculavit? cum dixit, τί γὰρ δὴ γῦρός ἐςιν, οὐ συνίημι,*
45 *Quid enim sane γῦρος sit, non intelligo.* Sed errat cum Nunnesio Vir Clarissimus, qui Menandri haec verba esse nimis temere crediderunt: neque enim aut numeri aut sententia patitur, ut Menandro ea affingamus. Ut, quod res est, dicam; omnino, per Librariorum negligentiam locus Menandri excidit post verbum *εἰπών*: quem ubi citaverat Phyrnichus, de suo statim subjunxit. *Quid enim hic γῦρος significet, equidem non intelligo.* Hoc certissimum esse facile deprehendet, qui Artis Criticae praecepta, non dico, docet, sed intelligit et re praestat.

CIV. p. 116. *Χλαμύδα, καὶ Μυσίαν λόγχην, ἀορτήν.*

Quid? an eo tandem deventum est, ut haec etiam pro Senario obtrudantur? quasi ad digitos sic syllabas numeravit Vir Cl.

Χλαμὺ | δα καὶ | Μυσὶ | αν λόγ | χην ἀ | ορτήν.

O pestis aurium, quousque nos excruciabis! Atqui sciat Vir Cl. illud *καὶ Μυσίαν* in libro Pollucis VII. mendosum esse, et ex libro X. corrigendum *καυσίαν*: locum etiam sic disponendum,

— Χλαμύδα, καυσίαν,
Λόγχην, ἀορτὴν, ἱμάτια. —

eterum ideo hoc adducit Pollux, ut Menandri auctoritate obet verbum ἀορτὴ in usu fuisse: dubius tamen, init, hic locus est; quia quaedam exemplaria pro ἀορτὴν i habeant, ἀορτῆρ'. Addidit igitur illud ἱμάτια, quod in ersu sequebatur; ut sciret lector utrumvis et ἀορτὴν et ορτῆρα, quantum ad versum attinet, commode legi posse.

ΜΙΣΟΥΜΕΝΟΣ.

CV. p. 116. Εἰ γὰρ ἐπίδοιμι τοῦτο, τὴν ψυχὴν ἀναλάβοιμ' ἐγώ· νυνὶ γάρ· —

Grotius, cujus adnotationem male suppressit Vir Cl. *Est, inquit,* καὶ ψυχὴν *apud Scriptorem de Monarchia; et deest* ἀνὰ *contra versuum leges.* Atqui, ὦ θαυμάσιε, quid in illo καὶ ψυχὴν culpandum sit, nullus video: sine dubio autem *deest aliquid:* sed tuum ἀνὰ deesse paucis, opinor, approbabis. Non placet unum vocabulum in binos versiculos distributum. Equidem sic potius legerim,

Εἰ γὰρ ἐπίδοιμι τοῦτο, καὶ ψυχὴν πάλιν
Λάβοιμ' ἐγώ. νυνὶ γάρ.
Utinam hoc viderem, animumque reciperem,
Nunc enim animus labascit.

ΝΑΥΚΛΗΡΟΣ. 46

CVI. p. 123. — καὶ φύσει
Πῶς εὐάγωγός ἐςι πᾶς ἀνὴρ ἐρῶν.

Magnus Grotius, cujus nota iterum nos defraudavit Vir Cl. *illud,* inquit, καὶ φύσει *separavimus a versu sequente.* Male vero factum: nam perperam omnino versus inchoatur a πῶς enclitico. Recte habetur uno versu apud Stobaeum; et Trochaïcus est rotundissimus.

CVII. p. 121. ὡς ἐς καλὸν
Τὸν υἱὸν εὐτυχῶν τε καὶ σεσωσμένος.
Πρῶτος δ' ἐγώ σοι τὸν δὲ χρυσοῦν κάνθαρον.
Στ. Ποῖον; Α. Τὸ πλοῖον, οὐδὲ μ' οἶσθα σ' ἄθλιε.

CVIII. Α. τὴν ναῦν σεσῶσθαί μοι λέγεις; Β. Ἐγώ.
Α. Ἐμὴν
Τὴν ναῦν ἐκείνην, ἣν ἐποίησε Καλλικλῆς
Ὁ καλούμενος, Εὐφράνωρ δ' ἐκυβέρνα Θούριος

Plurima hic peccavit Vir Clar. partim male vertendo, partim verba clanculum immutando, lectore nequaquam

admonito. Apud Athenaeum est *ἐντυχοῦντα καὶ σεσωσμένον*: quae et pessimo more corrupit Clericus, et sententiam pessumdedit. Quale enim illud *Ἐς καλὸν τὸν υἱὸν*, *ad egregium filium?* Atqui, o bone, Theophilus non venit ad *filium*, sed ipse erat *filius* Stratonis. *Ἐς καλὸν* autem neutro genere accipiendum, ut passim occurrit, pro *Opportune*, *auspicato*, *feliciter*. Lege igitur, ut apud Athenaeum extat, nisi quod pro *Πρῶτός γ' ἐγώ σοι* ex certa Casauboni emendatione reponendum est, *λέγω*:

47 *— ὡς ἐς καλὸν*
Τὸν υἱὸν ἐντυχοῦντα καὶ σεσωσμένον
Πρῶτος λέγω σοι, τόν τε χρυσοῦν κάνθαρον.
Στ. Ποῖον; Α. Τὸ πλοῖον· οὐδὲ γ' οἶσθας ἄθλιε; *)
Στ. Τὴν ναῦν σεσῶσθαι μοι λέγεις; Α. Ἔγωγε μὴν
Τὴν ναῦν ἐκείνην ἣν ἐποίησ' ὁ Καλλικλῆς
Καλούμενος. Εὐφράνωρ δ' ἐκυβέρνα Θούριος.

Haec si quis ad edita Athenaei et Macrobii exegerit, et cum Viri Cl. hariolationibus Grotianisque conjecturis contulerit, videbit quid intersit. Nos utramque *ῥῆσιν* conjunximus; nam illud Athenaei *καὶ μετ' ὀλίγα* dimidiatum illum versum notat, qui ex Macrobio suppeditatur.

ΞΕΝΟΛΟΓΙΑ.

CIX. p. 124. *Χρῆται νόμοις καθ' οὓς κινεῖ τὰ πράγματα;*

Versu tertio sic extat apud Stobaeum,

Οὐ χρῆται νόμοις καθ' οὓς κρίνει πράγματα:

unde Grotius sic ex conjectura dedit,

Οὐ χρὴ νόμων, καθ' οὓς κρίνωμεν πράγματα,

quod *durius et audacius permutatum* esse pronunciat Vir Cl. ipse emendat *sensu*, ut ait, *manifesto*,

Χρῆται νόμοις καθ' οὓς κινεῖ τὰ πράγματα;

Sine dubio hic sperabat se plausum a lectoribus impetraturum; at quanto cum periculo haec alea jaciatur, praesertim ab imperitis, ipse opinor suo malo meminerit. Tuum enim *κινεῖ*, *ὦ Κριτικώτατε*, producit priorem syllabam, atque ideo in loco quarto nequit consistere. Idemque in Grotiana emendatione vitium est: nam et *κρίνωμεν* primam longam habet. Huic tamen mederi facile possis; legendo *κρινοῦμεν* tempore futuro, tuum est incurabile
48 et *ἀπαρηγόρητον*. Si quaeris, quid mihi in mentem venerit; versum quidem erat facile expedire,

---

*) Voluit *οἶσθα σ' ἄθλιε* h. e. *σά*, ut monuit in Erratis.

Καθ᾽ οὓς δὲ κρίνει πράγματ᾽, οὐ χρῆται νόμοις.

Sed sententia minime placet, neque licet in extemporali hoc scripto diutius hic immorari.

ΟΛΥΝΘΙΑ.

CX. p. 126. *Γὰρ τέτταρας ὀβόλους τῆς ἡμέρας φέρων.*

Ex Suida hoc est; et quia optimus Kusterus neglexerat forte versus digerere; ita sine illo magistro se gessit Vir Clar. ut in utroque turpiter se dederit; neutri enim versiculo sui numeri constant. Tum vero a vocula illa *γὰρ* versum inchoare, qualis est inelegantiae? vel unum ejusmodi ex omnibus poëtis da versum, et viceris. Atqui nullo labore se sponte infert verus Menandri Senarius,

Μετ᾽ Ἀριστοτέλους γὰρ τέτταρας τῆς ἡμέρας
Ὀβόλους φέρων. —

Ubi sentire forte poteris verborum structuram, praeter metri commoditatem, etiam per se elegantiorem esse.

ΟΜΟΠΑΤΡΙΟΙ.

CXI. p. 127. *Χρηστοῖς νομιζομένοις ἐφόδιον ἀσφαλὲς* —

Ita emendavimus, inquit Grotius, *pro Χρηστοὺς νομιζομένους*, ut codices Stobaei habent. Non accedo: neque enim aliud quod erat viaticum eis, praeterquam *τὸ νομίζεσθαι χρηστοί*: ut recte vidit Vir Clar. qui in versione inserit *ea opinio*, ut rem lectori explicet. Atqui lectio Grotiana aliud quid, tamquam *ἐφόδιον* adesse iis significat. Recte ergo habet recepta scriptura,

Χρηστοὺς νομιζομένους, ἐφόδιον ἀσφαλὲς,

Priora illa ex praecedentibus, quae jam periere, pendent; posteriora per Appositionem inferuntur.

CXII. p. 127. *Ἦν δῆλον οὖν τί νύμφιός τε ἀλφάνει.*

Falsum et mendosum hoc esse quivis videat: quid vero sincerum sit, quis divinare ausit in tam curta sententia? Vir Cl. furtim hic supposuit *οὖν τί* pro *ὄντι*, quod 49
apud Suidam est: quasi vero hoc facinore res expediretur; cum et insuper versus adhuc laboret. Portus sic conjecit.

Ἦν δῆλον, ὅτι νύμφιος τότ᾽ ἀλφάνει.

Nobis, dum haec scribimus, hoc succurrit,

Ἦν δηλονοτιὴ νύμφιος τότ᾽ ἀλφάνει.
Quam scilicet sponsus tunc invenit.

Graecum saltem hoc est, et Senarium explet.

ΟΡΓΗ.

CXIII. p. 130. Ὁ λιμὸς ὑμῶν τὸν καλὸν τοῦτον δακὼν —

Non convenit ὁ λιμὸς ὑμῶν *fames vestra*: tum enim non *unum* modo, sed omnes graciles redderet. Repono igitur,

Ὁ λιμὸς ὑμῖν τὸν καλὸν τοῦτον δακών.

Dativi isti, μοὶ, σοὶ, ἡμῖν, ὑμῖν apud comicos eleganter *παρέλκειν redundare* solent; ut et apud Plautum et Terentium, *mihi*, *tibi*, *nobis*, *vobis*.

CXIV. p. 131. Hesychii hoc est: *Οὐ μάτην, οὐκ ἀληθῶς, Μένανδρος ἐν Ὀργῇ.* Hoc allegasse contentus Vir Cl. silentio rem transigit. Atqui hoc portenti plane simile est, ut *μάτην frustra, vane*, apud Menandrum significet *ἀληθῶς vere*. Ubi nunc tot Artis regulae? Qui factum, ut nulla ex eis auctori suo subsidio veniret? Vide autem, an ipse, qui artifex non sum, rem expedire valeam. Repono igitur, *Οὐ μὰ τὴν*, *Non per*: nomen enim Divae omissum est per *εὐφημισμόν*. Ita Aristophanes in Ranis, *μὰ τὸν*, Dei nomine non addito.

Μὰ τὸν ἐγὼ μὲν, οὐδ' ἂν εἴ τις
Ἔλεγέ μοι τῶν ἐπετυχόντων,
Ἐπιθόμην, ἀλλ' ᾠόμην ἂν
Αὐτὸν αὐτὰ ληρεῖν.

Ubi obiter ἐπιθόμην aoristo secundo reposui, pro vulgato ἐπειθόμην; quod versui repugnat. Ceterum de *μὰ τὸν* vide ibi Scholiastem et Suidam in voce. Jam autem cernis, opinor, recte fecisse Hesychium, qui jusjurandum per ἀληθῶς interpretatus est.

ΠΑΙΔΙΟΝ.

CXV. p. 131. *Εἰς πάντα δουλεύειν ὁ δοῦλος μανθάνει;*

50 Apud Stobaeum extat *Ἅπαντα δουλεύειν*, unde Grotius post Gesnerum *Εἰ πάντα* concinnavit. At Vir Cl. *maluit*, nescio cur, *Εἰς πάντα*. Metuebat, credo, ut bene Graecum esset *πάντα δουλεύειν*. Sed ubicunque, vel in minimis, supra magistros suos sapere audet, miserrime excidit. Emendatio Grotii certissima est. *Εἰς πάντα δουλεύειν* plane barbarum. *) Interrogatio autem dura ibi et coacta est, et omnis Veneris expers.

CXVI.

---

*) Plato Lach. p. 165. εἰς πάντα πρῶτον εἶναι. Aeschylus Prom. 736. εἰς τὰ πάνθ' ὁμῶς βίαιος εἶναι. Euripid. Bacch. 315. τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν εἰς τὰ πάντ' ἀεί. Plura attulit V. D. in Actis Erudit. Lips. 1711. p. 34. et Hermannus ad Erfurdtii Sophocl. Oed. T. p. 15. min.

CXVI. p. 132. *Μαράγδους εἶναι τοῦτ' ἔδει καὶ σάρδια.*

Nisi plane defessus essem, risum hic tenere minime possem. Apud Athenaeum typographi opinor culpa, *Μαράγδων εἶναι* legitur in Casauboni editione, qua usus est Vir Clar. Ille vero, hoc aperte mendosum videns, et Dalechampio fretus qui *maragdos* in versione posuit, *μαράγδους* hic in textum intrusit, minime conscius se versum atrocissime violasse. Atqui Aldi editio recte habet,

Μάραγδον εἶναι ταῦτ' ἔδει καὶ σάρδια.

Atque ita quoque apud Eustathium legitur, loco ipso, qui a Viro Cl. hic adducitur.

O rem ridiculam, Cato, et jocosam.

ΠΑΡΑΚΑΤΑΘΗΚΗ.

CXVII. p. 134. — *Στρατεία δ' οὐδεμίαν περιουσίαν*
Φέρει, ἐφήμερον δὲ καὶ προπετῆ βίον.

Haec scabra et hiulca sunt: Grotius tamen ad locum, *Feci*, inquit, *partem versus et versum sequentem, ex his quae apud Stobaeum confusa exstabant:*

Στρατεία δ' οὐ φέρει περιουσίαν οὐδεμίαν
Ἐφήμερον δὲ καὶ προπετῆ βίον.

Atqui, o summe Virorum, facilis erat loci restitutio sine ulla verborum luxatione, literula modo deleta. Sic enim repono:

— *Στρατεία δ' οὐ φέρει περιουσίαν*
Οὐδεμί' ἐφήμερον δὲ καὶ προπετῆ βίον.

Οὐδεμία στρατεία, nulla, inquam *militia*, non *nullas divitias*: atque hoc modo et verborum series servatur, et metrum numerosius fit, et sententia crescit. 51

CXVIII. 135. — *κρίσις*
Ἐστὶν ἄδικος, ὡς ἔοικε, κἂν τοῖς θεοῖς.

Verba apud Justinum, inquit Vir Clarissimus, *sunt inversa hoc modo*,

Ἐστι κρίσις ἄδικος, ὡς ἔοικε, κἂν θεοῖς.

Ain vero? haec verba inversa sunt? an potius tua illa et inversa et perversa? Sed dum versui cavere studuit, pro medicamento virus instillavit. Saltem non uno versu dedisse. *Κρίσις ἐστὶν ἄδικος?* Sed melior est collocatio, quae apud Justinum est: fortior quoque sententia, *Est judicium injustum*, quam *Judicium est injustum*. Vah, si in inimicum aut mordacem aliquem incidisses, quam miseris modis vapulasses.

CXIX. p. 135. — τοὺς ὄφεις,
Λέγει, καλῶς γέ μοι ἠγόρασας.

Verba Hesychii sunt. Ὄφεις, τὰ δρακοντώδη γινόμενα ψέλλια. *Μένανδρος Παρακαταθήκῃ*, τοὺς ὄφεις, λέγει, καλῶς γέ μοι ἠγόρασας. Ita verba punctis distincta exhibet editio postrema: quo indicaretur, illud λέγει ad *Μένανδρος* spectare, non ῥήσεως partem esse. Sprevit tamen hoc Vir Cl. et etiam metro repugnante in versum intrusit λέγει. Posthac, si sapiet, sic ad Senarios reducet,

— τοὺς ὄφεις καλῶς γέ μοι
Ἠγόρασας. —

ΠΕΡΙΝΘΙΑ.

CXX. p. 140. *Οὐ πώποτ' ἐζήλωσα πολυτελῆ νεκρὸν,*
Εἰς τὸν ἴσον δ' ὄγκον τῷ σφόδρ' ἔρχετ' εὐτελεῖ.

Aufer illud δ' e versu secundo: et miror magnum Grotium tam patienter tulisse, cum et versum et sententiam inutiliter gravet. Neque vero placet illud ὄγκον: quid enim est ἔρχεται εἰς ὄγκον, *venit ad molem?* quis sic locutus est? Equidem legerim,

Εἰς τὸν ἴσον οἶκον τῷ σφόδρ' ἔρχετ' εὐτελεῖ.

52 *Ad parem et eandem domum*, sive sepulchrum. Quippe *aequa tellus Pauperi recluditur, Regumque pueris.*

CXXI. p. 140. *Καὶ κουφὸν ἐξαπατᾷ θεράπων, οὐκ οἶδ' ὅτι—*

Male apud Grotium, ait Vir Cl. *editum est κωφὸν: nam non de surdo, sed de stulto et levi sermo est.* Nimirum gloriolam captare voluit ob Grotium refutatum. At κωφὸν ibi pro κουφὸν, ut apud Suidam extat, merum typographi erratum est, ut ex viri magni versione est manifestum. Interea tamen verum Grotii errorem reliquit intactum, et sensus disjunctissimos in unum confudit. Grotius loci hujus sententiam sic acceperat, *servus qui herum negligentem et stupidum fallit, nescit* (quasi esset οὐκ οἶδε) *se rem praeclaram fecisse; quod hominem prius stupidum ex stupore suo expergefecerit.* Multi enim supini et inertes, ubi fallaciis tacti et emuncti sunt, ita interdum exacuuntur, ut postea falli non possint. Inde est, quod Grotius pro οὗτος et ἐπαβελτερώσας apud Suidam, corrigebat αὐτὸς et ἀπαβελτερώσας. At alia prorsus et quidem contraria est hujus loci sententia, quam recte secuti sunt Suidae interpretes, et clarissimus Clericus. *Servus, qui herum supinum et remissum decipit, haud scio* (ut sit

οὐκ οἶδα) *quid magnae rei hic fecerit, quod hominem jam antea stultum reddiderit stultiorem.* Hoc enim facile factu est, neque servus versutiae singularis famam ex eo sperare debet. Hanc equidem sententiam probo: sed ubi erat acumen Criticodidascali; qui Grotii interpolationes in textu servavit; sensum vero plane oppositum in versione expresserit? Haec certe animadvertisse melius fuerat, quam cum typographi mendis et larvis luctari. Revoca igitur receptam Suidae scripturam.

CXXII, p. 141. — Ὡς ἐςὴ μαλακὰ συλλαβὼν,
Ἐς τῆς πόλεως τὸ σύνολον ἐκπηδᾷ ψιλός.

Hoc ex Polluce huc tralatum est; in quo Vir Cl. more
suo plurima peccavit. Priorem versiculum metro laboran- 53
tem posuit, posteriorem sensu. Illud ψιλὸς enim adscivit
ex conjectura Kuhnii, prorsus absurde. Qui enim τὰ μαλακὰ συλλαβὼν *vestimenta et vasa colligens fugit*, quomodo is ψιλὸς *nudus* fugiat, nequeo concipere. Haec inter se pugnant. Videamus, siquid melius et probabilius nobis succurrat. In vetustis Pollucis codicibus sic locus habetur; ut in luculenta illa, quae nuper prodiit editione ab Interpretibus discimus. *Vasa,* inquit, *domestica a recentioribus Μαλακὰ vocabantur*, ὡς ὅτε Μένανδρος ἐν τῇ Περινθίᾳ ὃ ἐςὶ μάλα καὶ συλλαβὼν ἐκ τῆς πόλεως τὸ σύνολον ἐκπηδᾷ φίλος· καὶ Δίφιλος ἐν Ἀπολιπούσῃ. Εἶτα μαλακὸν ὦ δεῖςιν' ἔχεις σκευάριον, ἐκπωμάτιον ἀργυρίδιον, ἐκ δράμει λαβὼν τόδε, δώσεις ἐμοὶ παρακαταθήκην. Ex his, opinor, veram lectionem eruo, minima mutatione:

— ὅσ' ἐςὶ, μαλακὰ συλλαβὼν,
Ἐκ τῆς πόλεως τὸ σύνολον ἐκπήδα, φίλος.
— *quotquot tibi sunt, vasa corradens,*
Ex urbe prorsus exilito, o amice.

Hic igitur quisquis est, idem consilium dat, quod Geta apud Terentium se capturum fore profitetur, *Aliquid convasassem, atque hinc me conjicerem protinam in pedes.* Quin et Diphili locum, qui mox sequitur, quandoquidem in postrema Editione miris modis conturbatus est, operae pretium erit hic restituere. Sic igitur repono, et quidem vere:

— εἶτα μαλακὸν, ὦ δύςην', ἔχεις
Σκευάριον, ἐκπωμάτιον, ἀργυρίδιον·
Οὐκ ἐκδραμεῖ λαβὼν τόδε, καὶ δώσεις ἐμοὶ
Παρακαταθήκην. —

Lenae cujusdam videntur esse verba, amatorem ad arrhabonem sibi dandum sollicitantis. Atque haec hactenus: ut hinc discat Vir Cl. sine Rei metricae peritia co-

micos edendos in se recipere, perinde esse ac sine pennis volare velle.

CXXIII. p. 142. — τάδ' ἄλλ' ἀνέπαφα σώματα
Οὐδ' ἔλη. —

Vereor, ne illud οὐδ' ἔλη sit mendosum: utcumque sit, Senarium inde inchoare est hominis ἀμούσου. Continuanda erant verba ad hunc modum:

— τάδ' ἄλλ' ἀνέπαφα σώματ' οὐδ' ἔλη.

Apud Suidam editione Mediolanensi est οὐδέλη; et a prioribus puncto sejungitur. Forte erat, οὐδὲ ληϊςά, *quae pro praeda haberi nequeunt*, ut sint verba Suidae interpretantis τὰ ἀνέπαφα. Sed hoc est hariolari.

54 ## ΠΛΟΚΙΟΝ.

CXXIV. p. 143. Loca haec ex Gellio, viris maximis Scaligero, Casaubono, Grotio aliisque tentata, quia non sunt nobis ad manum vetustae Gellii editiones, intacta praeterimus. Multa tamen ibi, si id ageremus, castiganda et corrigenda fore jam nunc videmus. Unum tamen atque alterum hic animadvertimus, a clarissimo Clerico prave interpolatum. Versus ultimos primae ῥήσεως sic finxerat Grotius:

Παιδισκάριον θεραπευτικὸν, τάχιον λόγου
Ἐπήγαγ'· ἔξω. τίς δ' ἄρ' ἦν ἀντεισάγει;

Haec, ut vera non esse ultro fatear, Senarii tamen sunt. At Vir Cl. sic dedit,

Παιδισκάριον θεραπευτικὸν, καὶ λόγου
Τάχιον, ἀπήγαγ' ἵν' ἄλλην ἀντεισάγοι.

Atque addit, quasi ἐπινίκιον, se *commodius et facilius* sic correxisse. Vestram fidem, quanti est sapere! Atqui hic, qui emendationis suae *commoditatem* praedicat, utrumque versum pessumdedit, et secum una exsibilandum exposuit.

CXXV. p. 146. *Καὶ παιδοποιεῖται· ὡς ἀλόγιςός ἐς' ἀνήρ.*

Versus, inquit Grotius, *hoc postulat, non quod vulgo* παιδοποιεῖ. Ad quae verba adnotat Vir Cl. *Vere: quamvis Joan. Frid. Gronovius neget se hoc oraculum intelligere: δοποιεῖ facit secundum pedem eumque anapaestum, nec dubitasset vir summus, si paullo magis attendisset.* Quorsum autem haec tam putida in re nullius momenti? nempe videri voluit in re metrica plus quam Gronovius scire. Et profecto Gronovius, vir alioquin egregie doctus et solertiae admirabilis, Senariorum rationem parum intelligebat, ut ex Plauto ejus et aliunde facile deprehendo,

noster vero ne hilum quidem intelligit. Totum vero hoc nihil, de quo disceptatur, recte habet in editione Veneta et prima Gesneri;

Καὶ παιδοποιεῖθ᾽ ὡς ἀλόγιςός ἐς᾽ ἀνήρ.

CXXVI. p. 148. *Μικρόν τι τὸν βίου καὶ ςενὸν ζῶμεν χρόνον.*

Vide hic, ignorantia quid facit. Apud Stobaeum corrupte legebatur τοῦ βίου. Grotius vero rectissime correxit atque edidit, *Μικρὸν τι τὸ βίου*, et in notis, *Versus*, inquit, *hoc postulat; non quod vulgo legebatur τοῦ βίου.* 55
Neque versus modo sed et sententia melior est, *Paullum quid vitae vivimus, et exiguo tempore.* Nimirum et tempus vitae breve est; et in ipso illo tempore multum praeterlabitur, dum, ut verbis Ennii utar, *praeter propter vitam vivimus.* At Vir Cl. et notam Grotianam hic suppressit, et suum illud furtim injecit *μικρόν τι τὸν βίου*: nempe voluit τὸν χρόνον: quo et versum et sententiam jugulavit. Quo enim illud καὶ in tua lectione, Criticorum ocelle? quo illud et μικρὸν et ςενόν? annon haec tautologia erit? cur autem τι et non τινα? Apage tam lepidas emendationes.

ΠΡΟΕΓΚΑΛΩΝ.

CXXVII. p. 149. *Οἷον τὸ γενέσθαι πατέρα παίδων; ἦν φόβος,*
Λύπη καὶ φροντὶς, οὐδεὲν δ᾽ ἐςὶν πέρας.

Dormitabat hic Grotius, cum spondeum in syllaba secunda nobis concinnavit: neque Menandrum in his agnosco, neque Grotium. Atqui haec versuum gratia se sic digessisse memorat Vir magnus. Quippe apud Stobaeum sic erat,

Οἷον τὸ γενέσθαι πατέρα παίδων, ἦν λύπη
Φόβος, φροντὶς, πέρας οὐδεέν ἐςι.

Exciderat nempe vox *κακὸν*; quo reposito Senarii sic exsurgent;

Οἷόν τὸ γενέσθαι πατέρα παίδων ἦν κακόν;
Λύπη, φόβος, φροντὶς, πέρας ἐςὶν οὐδεέν.

ΠΩΛΟΥΜΕΝΟΣ.

CXXVIII. p. 149. *Οὐ πανταχῇ τὸ φρόνιμον ἁρμόττει παρὸν,*
Ἔνια δὲ δεῖ συμβῆναι.

Prior versus apud Stobaeum extat, at locus integer apud Clementem. Posterius tamen colon scabrum est, neque Menandreae elegantiae; interpolatum scilicet a

Grotio, cum apud Clementem alió ordine legatur, *καὶ συμβῆναι δ' ἔνια δεῖ.* Sed consulamus locum ipsum, si forte nos melius quiddam extundere valeamus. Agit ibi Clemens de locis Scriptorum, quae ab aliis mutata sunt et furto surrepta: ubi inter alia, *καὶ Καλλίᾳ*, inquit, *τῷ Κωμικῷ γράφοντι, Μετὰ μαινομένων φασὶ χρῆναι μαίνεσθαι πάντας, ὁμοίως Μένανδρος ἐν Πωλουμένοις παρασάζεται λέγων, Οὐ πανταχοῦ τὰ φρόνιμον ἁρμόττει παρὸν, καὶ συμβῆναι δ' ἔνια*
56 *δεῖ.* Ubi pro ultimis illis, in quibus nullum metri vestigium est, hunc senarium de suo substituit eruditissimus Sylburgius,

Κἂν συμβεβηκότος δ' ἔνια κύρσαι δέον.

Nobis vel Grotianum illud longe prae hoc arridet; sed uterque a sententia auctoris toto caelo aberravit. Appello enim te, Vir Clarissime, ecquid simile aut affine habet locus Menandri, ut nunc quidem fertur, cum loco Calliae? Quid *casus* cum *insania*? Qui igitur fieri potuit, ut hunc locum ex illo adumbratum et expressum esse Clemens tradiderit? *Non obtusa adeo gestabat pectora Clemens*; ut vel tu credo fateberis, etsi de Patribus Christianis non nimis honorifice sentire aut scribere soles. Ecce tibi emendationem Menandri, a Clemente ipso suppeditatam, adeoque certam et perspicuam, ut ne Carneades quidem de illa dubitare potuisset:

Καὶ συμμανῆναι δ' ἔνια δεῖ. —
Etiam cum sodalibus desipere interdum oportet.

Jam opinor agnoscis paria hoc facere cum loco Calliae, et eruditissimum Patrem ab omni suspicione liberas. Quin et Calliae quoque versum, quia jam sub manu est, tibi expeditum reddam; ne forte, si ceterorum Comicorum fragmenta edideris, Senarium nobis inde confingas. Repone igitur et distingue,

Μετὰ μαινομένων φασὶ χρῆναι μαίνεσθαι πάντας ὁμοίως.

Illud *ὁμοίως* male disjunctum est in libris editis, et ad sequentia sine sensu traductum. Versus autem est Anapaesticus Aristophaneus. Illud *φασὶν* autem ad notissimum illud *Σκολιὸν canticum* respicit, quod Athenaeus servavit,

Σύν μοι μαινομένῳ μαίνεο, σὺν σώφρονι σωφρόνει.

ΡΑΠΙΖΟΜΕΝΗ.

CXXIX. p. 152. — *Α. Τοὐμὸν θυγάτριον*
Πάνυ γάρ ἐστι φιλάνθρωπον τῇ φύσει
Τὸ παιδάριον. Β. Σφόδρα.

In verbis Menandri, inquit Vir Clar. *distinxi personas.* Ita quidem, et etiam *extinxi*, inquito, omnem versiculorum rationem. Cur autem non et illud adnotasti, te seriem verborum invertisse? cur furtim et clanculum more pessimo tua commenta in textum intrudis? Utique lectorem admonitum oportuit, ne forte posthac Gorallian a haec pro Menandreis (quod nescio an cupias) ab ignaris citentur. Apud Clementem verbum intercidit, cetera sanissima sunt,

Τοὐμὸν θυγάτριον· πάνυ γάρ ἐςι τῇ φύσει
— φιλάνθρωπον τὸ παιδάριον σφόδρα.

In loco illo vacuo repone, Σίμων, vel Χρέμης, vel aliud quodvis nomen, metro conveniens: quod fortasse Clemens consulto omisit, ut ad suam rem nihil attinens, et sententiam intersecans. Habe etiam tibi, et tecum aufer ineptam tuam *personarum distinctionem.* Quasi vero πάνυ et σφόδρα (ideo enim personas induxisti) non saepe una veniant apud Comicos, ἑνὸς παρέλκοντος; ut apud Terentium, *Quidem hercle certe.*

CXXX. p. 153. — ὁ μυοχόδος γέρων λεληθέναι
Σφόδρα οἰόμενος. —

Citat hic Vir Cl. editionem Suidae Cantabrigiensem: tamen ne omnia Doctissimo Kustero debere videretur, noluit ita versus digere, ut ille fecerat,

Ὁ μυοχόδος γέρων λεληθέναι σφόδρα
Οἰόμενος —

At saltem curare debuit, ut vocalis in σφόδρα elideretur. Quid quod, etsi parum interest, Kusteri series est aliquanto numerosior. Si immutare quid hic gestiebat, et nodum in scirpo quaerere; sic potius ad sua cola redactum oportuit.

— ὁ μυοχόδος γέρων
Λεληθέναι σφόδρ' οἰόμενος.

Σ Α Μ Ι Α.

CXXXI. p. 154. — φέρε
Τὴν λιβανωτὸν· σὺ δ' ἐπίθες τὸ πῦρ τρύφει.

Ecce geminum facinus Viri Cl. Primum, quod ita verba disposuit, ut Senarium confoderit; alterum, quod pro τρυφῇ ineptam Nunnesii conjecturam in textum receperit. Mira vera, quae tam erudito palato placeant! Auferat vero illud *frustum* cum omnibus micis et ipso pul-

visculo; nisi nauseam nobis excitare velit. Qui in Graecis aliquid sapit, sic potius reponet,

Φέρε τὴν λιβανωτόν· σὺ δ' ἐπίθες τὸ πῦρ, τροφέ.
Affer tus: tu vero pone ignem, o nutrix.

Nisi forte movis *Τρυφή* mulieris esse nomen, ut *Τρυφερά*, *Τρύφαινα*, *Τρυφῶσα*.

ΣΙΚΥΩΝΙΟΣ.

CXXXII. p. 155. *Ὁ πλέων κατήχθη; πολέμιος κρίνεται.*
58 *Ἐὰν ἔχῃ τι μαλακόν, ἀγγαρεύεται.*

Laudat hic Vir Cl. emendationem Kusteri, qui ex MSS. reposuit *κατήχθη* cum vulgata Suidae exemplaria haberent *κατηνέχθη*. Nihil hoc homine vidi infelicius. Laudat illud *κατήχθη*; verum tamen ita interpolat, ut metro necessarium fiat *κατηνέχθη*. Versiculus enim iste, quem bellus Criticus nobis confixit, syllaba una deficit. Grotius quidem, qui *κατηνέχθη* legebat, versus gratia substituebat *πολέμιος κρίνεται*: Noster, qui *κατήχθη* ex MSS. adsciverat, retinebat tamen Grotianum illud, versu jam reclamante. Accipio equidem lectionem a MSS. petitam; cetera tamen sic constituo, ut et Kusterus, et omnes Suidae editiones,

Ὁ πλέων κατήχθη; κρίνεθ' οὗτος πολέμιος.

Ceterum de versu posteriore, fatetur ingenue doctissimus Kusterus obscurum esse eum, et parum sibi intellectum: Noster vero, cui nihil in nuce duri est, *ἐὰν ἔχῃ τι μαλακὸν* interpretatur, *si mollius cum eo agatur.* Apage ineptias: persuadeat hoc, si poterit, Graece peritis. Mihi hic sensus, quem daturus sum, videtur commodissimus;

Ἐὰν δ' ἔχῃ τι μαλακόν, ἀγγαρεύεται.
Siquid autem supellectilis habeat, ea a publicanis detinetur.

Μαλακὸν pro *supellectile, vasis mobilibus* supra usurpavit Menander in Perinthia. Hesychius; *Ἀγγαρεύεται, ὑπ' ἀγγαρευτῶν κατέχεται.* Videtur ad hunc ipsum locum respexisse. *Si quis*, inquit, *peregrinus in portum defertur, judicatur, hostis; et suppellex, si quam secum detulit, fisco damnatur* *).

ΣΤΡΑΤΙΩΤΑΙ.

CXXXIII. p. 210. *Ἐσπουδακώς· οἱ δὲ πάλιν ἐμυκτήρισαν.*

---

*) Similem significatum *ἀγγαρεύεσθαι* habet apud Basilium Suidae I. p. 296. *ἀγγαρευόμενος προστίθει, ἀποστερούμενος μὴ δικάζου, μισούμενος ἀγάπα.* Cfr. Schneideri Lex. Gr. s. h. v.

Ex longiore Fragmento apud Plutarchum, unum modo hic versum attuli, ut Viri Clar. σφάλμα ostenderem. Ille enim ἐμυκτήρισαν dedit; cum editio Aldi Stephanique et aliae, opinor, omnes recte habeant, ἐπεμυκτήρισαν. Quid? anne hostis juratus est omnium Senariorum? ut, qui vel a Typographiae primordiis sani ferebantur, eos quasi dedita opera membris suis truncet et debilitet?

CXXXIV. p. 301. — ἐμὲ,
Νικόμαχε, πρὸς τὸν ςρατιώτην τάξατε. etc.

Etiam hunc ex eodem Plutarcho Senarium misere laceravit Vir Cl. et Penthei instar abscisso capite projecit. 59
Tu sic restitue membra disjecta;

Ἐμὲ, Νικόμαχε, πρὸς τὸν ςρατιώτην τάξατε.

ΣΥΝΕΡΓΟΘΟΙ.

CXXXV. p. 158. — ὅτι ἀγαθὸν γάμον

Καὶ μόνος ὁ θεὸς δίδωσιν, οὐδ' ἥρωες
Κεἰς τοῦτο δύνανται, ἀλλ' ἀποπλήκτους ποιεῖν
Δύνανται μὲν, οὐ κέκτηνται δὲ τ' ὀφελές.

Inverti, inquit Vir Cl. *nonnihil voces, versus causa.* Itane vero, et *versus caussa*? Profecto, nisi hoc indicasset ipse, nemo umquam id divinare potuisset; nam in his ne vestigium quidem versus est. Sed sic solent magni promissores. Verba Scholiastae *), quae oratione prosa scripta sunt, in notis adduxit Vir Clar. quae sic emendanda censeo; Ὅτι ἀγαθὸν ἔντευγμα μόνος ὁ θεὸς δίδωσιν, οὐδ' ἥρωές τι εἰς τοῦτο δύνανται· ἀλλ' ἀποπλήκτους μὲν ποιεῖν δύνανται, τὸ δ' ἐπωφελές οὐ κέκτηνται. *Bonum occursum solus dat Deus, neque Heroes quidquam ad hoc valent: sed attonitos quidem homines reddere possunt, opem unde cuiquam ferant, non habent.*

ΣΥΝΕΡΩΣΗ.

CXXXVI. p. 157. Ἄφες τὸν ἄνθρωπον, τί κόπτεις, ὦ μέλεε.

Hoc ex Suida hausit Vir Clar. sed a magistro suo Kustero destitutus (qui in longo opere, ut par est, dormitans, neglexerat emendare) antiquum obtinet, ut suo more versum trucidet. Certe si ullum numerorum sensum habuisset, utique animadvertisset ὦ μέλε dicendum hic esse,

*) Aristoph. Av. 1482.

non ὦ μέλε. Quid autem numeros dico? si vel primis labris Graecam Comoediam attigisset, non potuisset ignorare, quod centies apud Aristophanem occurrit; cujus auctoritatem et Suidas hoc in loco advocat, et ex eo Vir Cl. in Notis. Ecce igitur ex Nubibus,

Ἀλλ', ὦ μέλ', ἐξήλικας ἐμέ γ' ἐκ τῶν ἐμῶν.

ex Equitibus,

Νυνὶ περὶ σπονδῶν· ἐπειδή γ', ὦ μέλε

ex Concionatricibus,

Οὐκ ἔτος ἄρ', ὦ μέλ', ἦσθα δεινὴ καὶ σοφή.

Quid? an et in his locis τρισύλλαβον ponendum esse contendet? dignum quidem hoc fuerit tam eximia rei Metricae scientia.

60 ## *ΤΙΤΘΗ.*

CXXXVII. p. 159. *Ἣν ἄν τις ὑμῶν παιδίον γ' ᾐτήσατ', ἢ Κέχρηκεν, ἄνδρες γλυκύτατοι.*

Iterum, quia Kusterus ei non praeiverat, inconcinne prorsus verba Menandri in versus suos digessit Vir Clar. Tu sic, si sapis, repone,

— ἥν τις ὑμῶν παιδίον
Ἠτήσατ', ἢ κέχρηκεν, ἄνδρες γλυκύτατοι.

Atque habeat sibi Vir Cl. illud γ', quod ad versum fulciendum de suo substituit.

ΤΡΟΦΩΝΙΟΣ.

CXXXVIII. p. 162. *Ἀστεῖον ἐπιτήδευμα κρίνω τοῦ βίου.*

Casu, ni fallor, non consilio, τοῦ βίου edidit Grotius: cum apud Stobaeum elegantius legatur τῷ βίῳ. Si hoc apud Stobaeum non vidit Vir Cl. ignaviae reus est; si vidit, inscitiae.

CXXXIX. p. 160. *Ξένου τὸ δεῖπνον* etc.

In longa illa ex Athenaeo ῥήσει paucula nobis emendanda sunt quae viris summis Casaubono Grotioque minus feliciter ceciderunt. Versu quarto, quem uterque intactum reliquit, repone propter metrum, ἰχθύδιον enim secundam corripit,

Ἐν προσφάτοισιν ἰχθυδίοις τεθραμμένα.

et versu quinto iterum repone,

Καὶ παντοδαποῖσι, τοῖς ἀλίμοις μὲν οὐ πάνυ.

nam *ἅλιμος* est *marinus*, *ἅλμιος* ne Graecum quidem *).
Versibus denique 8, 9, 10,

Μῦλλον προσεδέξατ᾽· εἰ δέ τις τοὐναντίον
Ἀρκαδικὸς ἔρχεται, ἃ τις ἀθάλασσος ξένος
Τοῖς ἐκ θαλάσσης λοπαδίοις ἁλίσκεται.

multa hic a Grotio inferta et interpolata sunt; Casaubonus quoque alio modo supplere locum conatus est; nam apud Athenaeum sic habetur, 61

Μάλλον προσεδέξατ᾽· εἰ δέ τις ἔρχεται
Ἀρκαδικὸς τοὐναντίον
Ἀθάλασσος ἐν τοῖς λοπαδίοις ἁλίσκεται,

Nos levi opera, rejectis tantummodo illis, *εἰ δέ τις ἔρχεται*, quae et supervacua plane sunt, et versum sententiamque frustra onerant, sic locum sanum exhibemus:

Μᾶλλον προσεδέξατ᾽. Ἀρκαδικὸς τοὐναντίον
Ἀθάλαττος ἐν τοῖς λοπαδίοις ἁλίσκεται.

Hospites, inquit, *insulares, domi piscibus vescentes, marinum victum fastidient: Arcadicus contra hospes, longe a mari degens, in patellis capietur.* *Λοπάδια* enim sunt patellae piscibus elixandis aptae.

T A P I A.

CXL. p. 162. *Ἐπαγόμενον λήθην, ἀναμνήσας πάλιν,*
Ἐπὶ τ᾽ ἀτυχεῖν ἤγειρας.

Haec quidem sat bene se habent; legendum tamen ex ipso Stobaeo

— ἀνέμνησας πάλιν,
Ἐπὶ τἀτυχεῖν τ᾽ ἤγειρας. —

Ita prorsus Stobaeus; nisi quod pro *ἐπὶ* habeat *ἐπεί*.

CXLI. p. 163. *— οἱ δὲ κατὰ χειρῶν λαβόντες*
Περιμένουσι φίλτατοι.

O si Menander cum lepidis tuis Senariis in Scenam prodiisset, quantis sibilis et *κλωγμοῖς* exceptus et exactus esset. Miseret profecto me tui, qui voce *λαβόντες* Iambum claudi posse existimas: ut de ceteris taceam. Si ulla musicae aura tuas aures personuisset, continuo hic Trochaïcum agnovisses.

CXLII. p. 163. *— παρουσίαν, καὶ μήποτε*
Ἡ παρὰ πρόθεσις παρέλκει.

---

*) Imo *ἁλμίοις* ab *ἅλμιον* pro *ἅλμη*, ut *κριθή κρίθιον* et alia ejusdem generis plurima. Monuit etiam Schneid. Lex. Gr.

62 Cum Vir Cl. tam bello emblemate opus suum decorasset, addit tamen in adnotatione, *sed dubito an haec verba sint Menandri, an vero Grammatici Hesychii.* At vel *dubitasse*, mi homo, tam insigne *ἀκρισίας* et imperitiae specimen est, ut praeterquam in tuo hoc libro par nusquam viderim. Verba Hesychii sunt. *Παρουσία· οὕτως ἐκάλουν καὶ τὰ ὑπάρχοντα παρουσίαν. Καὶ μήποτε ἡ παρὰ πρόθεσις παρέλκει. Μένανδρος Ὑδρείᾳ*: hoc est, *Παρουσίαν appellabant Bona, opes: et fortasse praepositio illa Παρὰ redundat. Menander in Hydria.* Cum dicit *redundare*, intelligit *παρουσίαν* idem esse ac *οὐσίαν*: nam et *οὐσία Bona* significat. Annon haec Grammatici verba sunt dictionem interpretantis? Qui serio *dubitare* poterit, an haec sint Menandri, utique de ipsius judicio et acumine dubitare nos non sinit. Adde huc, quod illa *καὶ μήποτε* et *fortasse* ineptissime verteris *Nec unquam*: adde, quod ipsos versiculos, quos Poëtae donasti, vitiosos, elumbes finxeris; et incredibilis pene erit in tam paucis verbis *ἀβλεψία*.

CXLIII. p. 163. *Εὐθὺς καταχρήσασθαι τὸν ἀνορωρυγμένον* — Statim interfecisse effossum illum —

Recte quidem Vir Cl. quod apud Suidam legitur *Καχρήσασθαι*, mutavit in *καταχρήσασθαι.* Verum, cum quorsum haec pertineant *negat posse intelligi*, in eo sagacitatem ejus desidero. Non est opus Delio natatore, ad hanc sententiam eruendam. Tolle modo illud *interfecisse*, et sic verte,

Statim prodegisse effossum illum thesaurum,
Simul ac hanc meretricem *vidit*.

ΥΠΟΒΟΛΙΜΑΙΟΣ.

CXLIV. p. 168. *Παύσασθε νοῦν ἔχοντες· οὐδὲν γὰρ πλέον* —

Ita quidem apud Stobaeum extat; sed aut fallor, aut hic quoque, pro titulo Fabulae, est aliquid *ὑποβολιμαῖον* et *supposititium*. Qualis enim sententia? *Desinite mentem habere: nam mens humana nihil est.* Certe si ipsa mens *nihil* est, quorsum *desinere* habere, qui nunquam habere *inceperint?* Repone levi ac certa mutatione,

Παύσασθε νοῦν αὐχοῦντες. —

versu autem quarto,

Τοῦτ᾽ ἐςὶ πάντα καὶ κυβερνῶν καὶ ςρέφον.

63 Ita Grotius. Sed Stobaeus, *Τοῦτ᾽ ἐςὶ τὸ κυβερνῶν καὶ ςρέφον.* Lege, *Τοῦτ᾽ ἐςὶ τὸ κυβερνῶν ἅπαντα καὶ ςρέφον.* In

Grotiana correctione male deest articulus τὸ. Mox versibus 6. et 7.

> — πείθεσθε κ᾽ οὐ μέμψεσθέ με.
> Ἅπαντα δ᾽ ὅσα νοοῦμεν ἤγουν πράττομεν,
> Τύχη ᾽στίν.

revocanda est Stobaei lectio, πείσθητε pro Grotiana πείθεσθε. Illud vero ἤγουν, a Grotio intrusum, pro scabioso et foetido furcis expellendum est. Stobaeus sic habet, Ἅπανθ᾽ ὅσα ποιοῦμεν, ἢ γέγονεν, ἢ πράττομεν. Enimvero caecus sit oportet, qui doctissimi Canteri emendationem non amplectatur,

> — πείσθητε, κοὐ μέμψεσθέ με·
> Πάνθ᾽ ὅσα νοοῦμεν, ἢ λέγομεν, ἢ πράττομεν,
> Τύχη ᾽στίν.

versibus autem postremis restitue et ex vi sententiae, et ex Graeci sermonis indole,

> — ταύτην καὶ φρένας
> Δεῖ, καὶ πρόνοιαν τὴν Θεῶν καλεῖν μόνην.

et verte,

> — *hanc Fortunam solam oportet*
> *Et Mentem et Providentiam Deorum appellare.*

CXLV. p. 170. Ἀλλ᾽ ἔστι καὶ ταὐτόματον ἐνίοτε χρήσιμον.

In senario hoc syllaba una redundat; etsi et apud Stobaeum sic feratur, Corrige,

> Ἀλλ᾽ ἔστι καὶ ταὐτόματον ἔσθ᾽ ὅτε χρήσιμον.

CXLVI. p. 170. Καὶ δυσγένειαν καὶ τρόπου πονηρίαν —

Crassissimus hic Soloecismus est; quem ne Viro Clar. 64 exprobrare cupiam, prohibent Gesnerus Grotiusque, qui similiter hic lapsi sunt. Vide enim ista, ἐπισκοτεῖ δυσγένειαν, καὶ πονηρίαν, καὶ πᾶσι κακοῖς. Sine dubio rescribendum,

> — τοῦτο μόνον ἐπισκοτεῖ
> Καὶ δυσγενείᾳ, καὶ τρόπου πονηρίᾳ,

Porro ultima illa sic vertenda erant; *alioqui* (sine divitiis) *redarguuntur et deteguntur ignobilitas, nequitia* etc.

CXLVII. p. 166. — τοῦτον εὐτυχέστατον λέγω, etc.

Egregium hoc et longe elegantissimum Menandri fragmentum ex Grotii emendatione hic exhibet Vir Clarissimus: ubi cum semel iterumque Vir magnus exciderit, 65 non ingratum fore lectori speramus, si extemporali opera nostra lucem et veritatem huic insigni loco restituamus. Versu quarto sine dubio legendum est,

> Τὸν ἥλιον τὸν κοινὸν, ἄστρ᾽, ὕδωρ, νέφη.

Sol communis et Graecis et Latinis saepe dicitur. *Sidera* vero quam eleganter nunc appareant, et quam inconcinne in vulgata scriptura omittantur, quid attinet dicere? Neque opus est, ut addam, versum quoque hoc modo numerosiorem esse. Versu quinto Soloecismus est plane erubescendus, *κἂν βιώσεται, ὄψει*; quod omnes interpretati sunt, *si vixerit, videbit*. Atqui, o boni, ὄψει est *videbis*, non *videbit*; hoc enim ὄψεται esse vel in primis Grammaticae elementis docemur. Apud Stobaeum sic extat,

Πῦρ· ταῦτα ἔτη κἂν ἑκατὸν βιώσεται,
Ὄψει παρόντα· κἂν ἐνιαυτοὺς σφόδρ' ὀλίγους,
Σεμνότερα τούτων ἕτερα οὐκ ὄψει ποτέ.

Ubi sic legendum:

Πῦρ· ταῦτ', ἔτη σε κἂν ἑκατὸν βιῶν' ἔδει,
Ὄψει παρόντα· κἂν ἐνιαυτοὺς σφόδρ' ὀλίγους,
Σεμνότερα τούτων ἄτερ' οὐκ ὄψει ποτέ.

Sic ipse Menander infra in incertis: *δὶς βιῶναι γάρ* σε δεῖ. Versu autem septimo *ἄτερα* substituimus Attice pro ἕτερα, ut fulciremus metrum labascens. Versus 8, 9, 10. sic feruntur apud Stobaeum,

Πανήγυριν νόμισόν τιν' εἶναι τὸν χρόνον
Ὃν φημι τοῦτον ἐπιδημίαν ἀνθρώπῳ.
Ὄχλος, ἀγορὰ, κλέπται, κυβεῖαι, διατριβαί.

Ubi pro *ἐπιδημίαν ἀνθρώπῳ* Grotius, *ut versui consuleret*, se *κἀπιδημίαν βροτῶν* repotuisse narrat. Sed nimium a recepta scriptura recedit Vir magnus. Nos, vel primo oculorum conjectu, certissimam, ni valde fallor, et quantivis
66 pretii emendationem vidimus; memineramus enim in Codicibus scriptis ἄνθρωπος, *ἀνθρώπου*, etc. ubique fere scribi compendiose *ανος ανου*. Sic igitur haec legenda sunt,

Πανήγυριν νόμισόν τιν' εἶναι τὸν χρόνον,
Ὃν φημι, τοῦτον, τὴν ἐπιδημίαν ἄνω,
Ὄχλον, ἀγορὰν, κλέπτας, κυβείας, διατριβάς.

Argutissime hanc vitam dixit *τὴν ἄνω ἐπιδημίαν*; aliunde enim huc venimus, et eo demum remigramus. Ita Aristophanes in Ranis *viventes* appellat *τοὺς ἄνω νεκρούς*, *eos qui supra sunt mortuos*. Ceterum in versu ultimo *Ὄχλος*, etc. nominativos in accusativos mutavimus: alioquin iterum in Soloecismum incidissemus. *Διατριβὰς* vero *occupationes* verte; nam inepte prorsus *moras* interpretatus est Vir Cl. Versus undecimus sic apud Stobaeum extat,

Ἂν πρῶτος ἀπέλθῃς, καταλύσεις βελτίονα.

Unde Grotius ex Salmasii, ut ait, correctione sic effinxit,

Ἂν πρῶτος ἀπέλθῃς, καταλύσεις σὺ βέλτιον.

Atqui hoc ne versus quidem est; cum *καταλύσεις* tertiam producit. Oportebat, ordine inverso, fecisse,

— *σὺ καταλύσεις βέλτιον.*

Sed, quia iterum habemus *ἀπῆλθες* versu sequente, legerim potius,

Ἂν πρῶτος ἐξέλθῃς, καταλύσεις βέλτιον.

Mox versu decimo tertio et Stobaeus et Grotius,

Ὁ προσδιατρίβων δὲ, κοπιάσας ἀπώλεσε.

Quo nihil vidi inquinatius; nam neque versus neque sententia constat. *Ἀπώλεσεν* interpretantur *periit*: pereant itaque, qui me puerum docuerunt *ἀπώλεσεν* esse *perdidit*; non *periit*, quod est *ἀπώλετο* vel *ἀπόλωλεν*. Haeccine tam eximiis viris excidisse? Repone ocius,

Ὁ προσδιατρίβων δὲ, κοπιάσας ἀπέλασε.
Qui diutius moratur, delassatus abscessit.

Ἀπέλασε significatione neutra ab *ἀπελαύνω* *). Versus decimum quintum et sextum male vertit Vir Cl.

Κακῶς τε γηρῶν, ἐνδεής του γίνεται
Ῥεμβόμενος ἐχθροὺς εὑρ', ἐπεβουλεύθη ποθὲν,
Οὐκ εὐθανατῶν ἀπῆλθεν, ἐλθὼν ἐς χρόνον.

ubi *ποθὲν* est *alicunde*; et perperam Vir Clar. clanculum supposuit *πόθεν*, et deinde vertit *unde*. *Πόθεν* enim non est *unde*, nisi in interrogatione: in sensu, ut hic, relativo dicunt *ὅθεν*.

CXLVIII. p. 171. *Τὸν ἄμητα χαίροις που εἰ ἔπεττόν τινα.*

Hoc ex Casauboni conjectura posuit Vir Cl. sed versus laborat. Scripsit opinor Casaubonus, *καὶ εἶ ἔπεττόν τινα*: sed typographi errarunt. Sed et sic quoque versus 67
est inficetus et sordidus. Scriptura apud Athenaeum sic habet. *Τὸν ἄμητα χαιρίσπου καΐε ἐς πέττιν τινά.* Ex his corruptissimis hoc nos extundimus; quod, si aliud nihil, versiculus saltem est:

Τὸν ἄμητα χαίρεις που καλῶς πέττων τινά.
Gaudes, cum placentam aliquam recte coquis.

CXLIX. p. 165. — *Μικρὰ Παναθήναι', ἐπεὶ*
Πέμποντες οὗτοι δι' ἀγορᾶς ἐμοσχίων,
Μήτηρ ἑώρα τῆς κόρης ἐφ' ἅρματος.

Deseruit hic Vir Clariss. Ludolphum Kusterum, quo alias apud Suidam magistro uti solet. *Secutus sum*, inquit, *ad suos numeros haec revocantem Josephum Scaligerum ad Varronem lib.* VI. Et versibus quidem numeri sui optime constant: nemo enim in arte Metrica Scaligero peritior. Sed ut de emendatione viri magni recte

*) Augmentum omitti non potuit.

cognoscamus, verba Suidae sunt prius describenda. Sic ergo ille: *Πέμπειν, τὸ πομπεύειν. Μένανδρος Ὑποβολιμαίῳ ἢ Ἀγροίκῳ. Μικρὰ Παναθήναια ἐπεὶ δι' ἀγορᾶς πέμποντες ἐμοσχίων, μήτηρ ἑώρα τῆς κόρης ἐφ' ἅρματος.* Ubi animadvertere est, et verba invertisse Scaligerum, et quod crucem omnibus figit *ἐμοσχίων* retinuisse. Quid autem, obsecro, est *ἐμοσχίων*? *vitulabantur*, inquit Scaliger; nam ut Latini a vitulo *vitulari*, hoc est, *gaudere, exsultare* dicebant, ita Graeci ἀπὸ *μόσχου μοσχιᾶν* eadem significatione. Atqui utrumque hoc falsissimum est: neque enim Latini a *vitulo* deducebant *vitulor* (etsi Festus id affirmat) cum illud syllabam primam corripiat, hoc producat: sed a *vita* sive *vitula*, ut recte docent Varro, Nonius, et Macrobius *). Neque vero a voce *μόσχου* Graeci derivant illud *μοσχιᾶν vitulari*: immo vero non omnino agnoscunt id vocabulum, quod ex hac sola Scaligeri conjectura originem suam ducit. Cedo enim vel unicum locum ex ullo seu auctore seu lexicographo, et herbam porrigemus. *Μοσχεύω* quidem habent Graeci, sed et id sensu longe diverso, ἀπὸ τοῦ μόσχου *surculo, stolone*, non *vitulo*. Bellam igitur emendationem secutus est Vir Clar. quae id, quod solum difficultatis quid habuit, incorrectum reliquit; quaeque *κακὸν κακῷ ἰασαμένη* vocabulum pravum male explicando pejus fecit. Videamus igitur, quid eruditissimus Kusterus ad hunc locum afferat: *Fragmentum*, inquit, *hoc Menandri corruptum est, quod sic emendandum et numeris suis restituendum esse optime me monuit vir* πολυμαθέστατος *Richardus Bentlejus:*

> *Μικρὰ Παναθήναι' ἐπειδὴ δι' ἀγορᾶς πέμποντά σε,*
> *Μοσχίων, μήτηρ ἑώρα τῆς κόρης ἐφ' ἅρματος.*

quam lectionem in versione secutus sum;

> *Postquam minorum Panathenaeorum pompam ducentem per forum*
> *Te, o Moschion, vidit puellae mater in curru.*

68 Egregia sane haec conjectura est celeberrimi illius Britanni, cujus emendationes ad Callimachum et Malelam olim, nuper autem ad Ciceronis Tusculanas summa cum voluptate et fructu legi: indolui tamen virum mihi semper colendum Jac. Gronovium tam acerbe ab eo acceptum esse.

*) Varronis locus est de Lingua Lat. VI. 6. Nonii Lib. I. p. 490: Aliam rationem sequutus est Macrobius Sat. III. 2. qui inepte deducit a *voce laetari*. Verum perspexerat jam Gulielmius Quaest. Plaut. I. p. 5. cfr. Vossius Etym. p. 363. a.

esse. Sententia enim apta et concinna est: verba ad receptam scripturam adeo proxima, ut nihil magis. Pro ἐπεὶ substitutum est ἐπειδὴ: quam facile autem δὴ a sequente syllaba δι' absorberi potuit? tum pro πέμποντες ἐμοσχίων, unius literulae mutatione πέμποντά σε, Μοσχίων. Quid pote veri similius? Moschion enim notissimum viri nomen est. Equidem viro acutissimo lubens accedo, neque novae emendationis periculum hic faciam. Miror magis, quid mentis Cl. Clerico fuerit; qui, cum hanc viderat apud Kusterum suum, Scaligeranae illi postposuerit. Quid est, si hoc non est, inventis frugibus βαλανοφαγεῖν? Sed videor videre, cur a Kustero hic discesserit. Credebat (et vere opinor) Scaligeranam illam Kusterum latuisse, et suspicatus est eum, si forte vidisset, huic illam fuisse praepositurum. Rectene divinavi? atqui, o bone, Kusterum, qui tibi vicinus est, interroga; et mirabor, si in tuas partes concedat. Aliud quoque in caussa forte erat, cur Scaligeri numeros secutus sit Vir Clarissimus:

Ψεύσομαι, ἢ 'τεὸν ἐρέω; κέλεται δέ με θυμός.

Kusterus *locum numeris suis restitutum* dixisse contentus, quinam illi numeri fuerint, minime dixerat. Vir vero Clar. ad digitos suos quasi Senarios exigens, et post sex pedes disyllabos immanem caudam trahi animadvertens, non ausus est versus tam praelongos pro Senariis admittere. O factum male, quod Kusterus non *Trochaïcos* nominaverit: his enim indicatis, quorum vix nomen quidem audivisse videtur Clericus, fidem ei fortassis ultro habuisset.

Φ Α' Ν Ο Σ.

CL. p. 173. — Ὑπελήλυθε
Δέ μου νάρκα τις ὅλον τὸ δέρμα
— subiit torpedo totam cutem meam.

Quid prius hic redarguam? quid posterius? Lepidum sane poëtam, qui a particula δὲ versum inchoet: eundem tamen Noster et uno pede claudicantem fecit. Illud vero quam ingeniose, *Torpedo piscis subiit totam cutem*: cum et Athenaeus et sententia ipsa indicet, pro *torpore* hic sive *stupore*, ut passim, accipi. Quid tuam cutem et cerebrum adeo subiit, cum ita verteres? Utique si *torpedo* totam hominis cutem subierit, tota ei pellis ut olim Marsyae detrahetur. Verba Athenaei sic habent. Νάρκη. Μένανδρος δὲ ἐν φανῷ διὰ τοῦ α ἔφη. Ὑπελήλυθε δέ μου νάρκα τις ὅλον τὸ δέρμα, μηδενὸς τῶν παλαιῶν οὕτω κεχρημένου:

hoc est, *Menander non νάρκη, sed νάρκα per α dixit; cum nemo alius ex veteribus sic usurpaverit.* Eadem habes
69 apud Eustathium ex hoc loco petita. Patere nunc me docere te aliquid, quod tuo Marte fortasse non eruisses. Ex his Athenaei colligo Menandrum dixisse *νάρκα* posteriore syllaba brevi: non enim Dorice *α* longa usurpavit Menander: cave hoc suspiceris: inde ergo compertum habeo, ex lege metri hoc Athenaeo innotuisse. Videamus, an sic digeri possint, ut syllabae illius brevitas compareat: id vero facillime fit,

— ὑπελήλυθε δέ μου νάρκα τις
Ὅλον τὸ δέρμα. —

Videsne, Vir Cl. quanti sit numerorum rationem scire? Id quod jam rursus experiar in versu Platonis Comici, qui locum hunc Menandri apud Athenaeum proxime antecedit, et de *torpedine tua* agit,

Νάρκη γάρ, ἔφη, βρῶμα χαρίεν γίνεται.

Hunc quia claudicare animadverto, ex lege metri sic emendandum esse continuo video,

Νάρκη γὰρ ἑφθὴ βρῶμα χαρίεν γίνεται.

Hanc tibi equidem edendam suadeo, siquando pisces trucidare cupis; ut intus potius quam extrinsecus *cutem tuam subire* possit.

Φ Α Σ Μ Α.

CLI. p. 175. — ἐπισημαίνεται
Ἂν ἡ σκευασία καθάριος ᾖ καὶ ποικίλη.

Vir Cl. qui supra in *Ὑδρίᾳ* p. 62. Hesychii verba compertissima, subdubitans quidem, Menandro adscripserat, nunc vice versa certissimum Poëtae fragmentum ab auctore abjudicat, et Athenaeo impertit. *Non, inquit, tam verba Poëtae haec videntur, quam Athenaei.* Ita hominem, quoquo vestigia movet, infelicitas subsequitur. Sine dubio haec Menandrea sunt; modo ad numeros suos redigantur, non globosa, ut hic dedit, et distorta prodeant. Pro *ἐπισημαίνεται*, quod furtim hic interpolavit, Athenaeus habet *Μένανδρος ἐν Φάσματι ἐπισημαίνεσθαι ἂν ἡ σκευασία καθάριος ᾖ καὶ ποικίλη.* Unde, ne litera quidem mutata, cum *αι* et *ε* in scriptis codicibus passim altera alterius locum occupent, sic est reponendum,

— ἐπισημαίνεσθ', ἐὰν
Ἡ σκευασία καθάριος ᾖ καὶ ποικίλη.

Signum mihi date, si apparatus, etc. Coquus hic discipulis suis pro imperio praecipit. *)

ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΣ.

CLII. p. 176. Ὡς᾽ ἐγὼ
Ἀνειλόμην που σαυνίῳ πεπληγμένος.

In tam brevi fragmento iterum tertiumque peccavit 70
Vir Clar. Apud Pollucem verba sanissima sunt, et Trochaïcum versum faciunt, hoc modo:

Ὡς᾽ ἔγωγ᾽ ἂν εἱλόμην που σαυνίῳ πεπληγμένος.
Ut equidem maluissem jaculo vulneratus. —

Manca est sententia; neque scire datur quid *maluisset* ποιεῖν ἢ παθεῖν *facere aut pati*: id in versu sequente continebatur. At Vir Cl. principio ἐγὼ dedit clanculum pro ἔγωγ᾽; quia cum nihil praeter Senarios somniaret, illud visum est concinnius. Deinde pro ἂν εἱλόμην, ut apud Pollucem fertur, una voce edidit ἀνειλόμην: eamque insigni flagitio passiva significatione pro *occisus sum* accepit. Atqui, O Vir egregie, ἀνῃρέθην id Graece dicitur, nunquam ἀνειλόμην. Postremo sententiam quantivis sane pretii Menandro suo affinxit: Graeca enim ut a Viro Cl. accepta sunt, sic Latine efferenda erant:

Itaque ego occisus sum, saunio percussus.

At vir longe sagacissimus, qui miraculosis narrationibus vel in Sacra Scriptura non libenter favet, ostentum plane hoc esse autumavit, si quis jam ante saunio occisus postea, ut hic, in Scena loquatur: et idcirco molliendae sententiae illud FERME, cujus in Menandro nullum vestigium est, de suo benigne addidit: qui enim *omnino* mortui sunt, neque mordent, neque loquuntur. Quis negare potest Virum Cl. habere ῥῖνα κριτικήν?

ΧΑΛΚΕΙΑ.

CLIII. p. 176. — Τοῦτο δὴ τὸ νῦν ἔθος,
Ἄκρατον ἐβόων, τὴν μεγάλην ψυκτῆρά τις
Προὔπινεν, αὐτοὺς ἀθλίους ἀπώλλυεν.

Quid hic video? Τὴν μεγάλην ψυκτῆρα, *magnum poculum*? Unde vero nobis ψυκτῆρα genere feminino, qui toties apud ipsum Athenaeum masculino profertur? Num

*) Recte Toupius Cur. Nov. p. 294. Lips. vertit *applaudite*.

quam hic effugies, Vir Cl. quin Grammaticis supplicium des, qui ἡ ψυκτὴρ ausus sis comminisci: usus reclamat, analogia prorsus repugnat: non ita est, non potest esse. Postrema quoque illa, αὐτοὺς ἀθλίους ἀπόλλυεν, scabra sunt et invenusta: ubi et more sollemni tu furtim ingessisti tuum ἀπώλλυεν, cum apud Athenaeum sit ἀπόλλυον; vitiose id quidem; unde tamen verae emendationis ansa porrigitur. Vide, an nos rem acu tetigerimus,

— τοῦτο δὴ τὸ νῦν ἔθος, etc.

71 *— quod nunc in more est,*
Merum, inclamabant, Magnam calicem: Psycterem aliquis
Porrigebat illis, miseros perdens.

Nimirum alta voce inclamabant, *Ἄκρατον*, subintellige δότω τις *det aliquis*: *Τὴν μεγάλην*, subintellige *κύλικα calicem*. Qui autem clamore aliquid poscebant, brevitatis caussa accusativos tantum proferebant; de quo dictum est supra ad *ΑΝΕΨΙΟΥΣ* p. 11. Ergo aliquis, inquit, ex ministris Psycterem, quod poculorum maximum est, eis *porrigebat*: id enim hic est *προπίνειν*; non quod Latini *propinare* dicunt, hoc est, porrigere alteri bibendum poculum, quod ipse praebiberis. Porrigebat autem hunc, inquit, *ἀθλίους ἀπολλύων miseros perdens*, quippe qui jam madidis et sauciis et plus potis nova arma subministravit, et oleum camino addidit. Sponsione nunc te provoco, Vir Clar. ni ego melius hic de Menandro promeritus sum, quam tu.

ΧΑΛΚΙΣ.

CLIV. p. 177. Ἐν ταύτῃ δίδονται τῆς μοιχείας γραφαί.

Iterum ad ingenium redit Vir Clar. et ad digitos metitur Senariorum pedes,

Ἐν ταύ | τῃ δί | δονται | τῆς μοι | χείας | γραφαί.

Sex quidem video, et omnes disyllabos; et quis neget hoc satis esse, ut bonus hic et legitimus Senarius cluat? Sine dubio hunc hominem in ipsis cunis Castalio rore Musae nutriebant. O felicem operis, qui in unico versiculo pedes non amplius duos confregerit? Sed et aliud hic est, quo majorem plausum meretur. Verba Suidae sic habent: *Πέμπτῃ φθίνοντος· ἐν ταύτῃ αἱ τῆς μοιχείας γραφαὶ ἐδίδοντο. Μένανδρος Χαλκίδι. Die* XXV. *mensis. Hoc die actiones contra adulteros instituere licebat. Menander Chalcide.* Vides, opinor, quam ingeniose Noster verba inverterit, mutaverit; ut tam lepido hoc fragmento Menandrum suum bearet. Nam ante hunc diem omnes

crediderant non Poëtae haec verba esse, sed Suidae; ideo auctorem hunc citantis, quod ex illo dramate ita se rem habere colligi posset. Quod ad verba autem attinet; neque numeri ullo modo respondent, neque in sententia quicquam est Scenae conveniens. Miror autem, non et prioris versus colon addidisse Virum Clar.

— πέμπτη φθίνοντος.
Ἐν ταύτῃ δίδονται τῆς μοιχείας γραφαί.

Alter enim altero plane similis est; et dignum fuisset patella operculum. Quin et judicium hominis hic desidero, qui priorem illum omiserit. Si enim haec sola Menandri erant, Ἐν ταύτῃ Hac die: unde augurari ex illis poterat Lexicographus esse diem mensis XXV? Hic sane nodus est Goralliano cuneo dignus.

ΨΕΥΔΗΡΑΚΛΗΣ. 72

CLV. p. 181. Ἔχοντα τὸ ταμεῖον οὐ κεκλεισμένον,

Quod in Harpocratione falsum reperit Vir Cl. hic bona fide repraesentavit. Atqui si de Iamborum legibus quicquam audivisset, continuo agnovisset mendum in versu tertio, ταμεῖον pro ταμιεῖον. Lege enim, τάμιεῖον.

CLVI. p. 178. *A.* Μάγειρ' ἀηδής μοι δοκεῖς εἶναι σφόδρα.
B. Πόσας τραπέζας μέλλομεν ποιεῖν; *A.* Τρίτον
Ἤδη μ' ἐρωτᾷς.

Invenuste omnino personas hic introduxit Vir Cl. et contra fidem editionum Athenaei. Perpetua oratione haec narrantur. Mox in versu quinto mendum est, et Casaubono quoque praeteritum:

Τί σοι διαφέρει τοῦτο; παράθες σὺ μίαν.

Nam et versus et sententia laborat: non enim coqui erat, sed ministrorum *mensam apponere*. Lego ergo certissime,

Τί σοι διαφέρει τοῦτο; παραθήσω μίαν.

Apponam unam, Ipse scilicet Dominus id facere recte dicitur, quod ejus jussu pueri faciunt. Postea versus septimus sic apud Athenaeum recte habet,

Εἴωθας εἰς ταὐτὸν καρυκεύειν μέλι.

Ubi καρυκεύειν *condire* vox notissima est a Καρύκῃ deducta. Sed vide quanti hic flagitii se alligavit Vir Clar. Ille, ne verbulo quidem in adnotationibus lectorem admonens, sic versum clam interpolavit,

Εἴωθας εἰς ταὐτὸν παρακυκκεύειν μέλι.
Soles simul miscere mel perperam.

Quid autem hoc portenti est, παρακυκκεύειν? qua Barba-

riae regione natum? quem patrem, quem auctorem habet? Equidem primo in typographum culpam omnem transferebam; sed ubi versionem Viri Cl. *perperam mi-*
73 *scere*, animadverteram, continuo intellexi auctoris esse facinus, non typographi. Nimirum sub illa larva ante oculos Viri ingeniosi obversabatur παρακυκᾷν. Sine dubio hoc voluit; nam ut κυκᾷν est *miscere;* ita παρακυκᾷν, si quis eo vocabulo uteretur, esset *perperam miscere.* Ea quippe praepositionis ejus vis est. Sic διορθοῦν est *corrigere, emendare;* at παραδιορθοῦν est *perperam corrigere*, quod Vir Cl. plerumque facere solet. Quis jam negare ausit Virum Cl. ob illud παρακυκκεύειν laurea esse donandum?

CLVII. p. 182. Ὑπὲρ μὲν οἴνου οὐδὲ γρῦ, τίτθη, λέγε.

Labefecit versum Vir Cl. dum quidvis sibi licere existimat; Ammonii enim editiones recte habent μηδὲ γρῦ.

RELIQUIAE
EX
INCERTIS COMOEDIIS.

CLVIII. p. 213. Ἀδύνατον ὡς ἐςίν τι σῶμα τῆς Τύχης.

In fragmentis sequentibus, quorum pleraque ex Stobaeo petita sunt, cum Grotio, qui olim ea recensuit et Latine vertit, jam nobis agendum erit; raro cum Clerico, qui Grotium fere in omnibus κατὰ πόδα sequi solet. Tanto igitur pauciora restabunt hic animadvertenda, quanto hunc ille judicio, sagacitate, omnique eruditionis genere anteivit. In versu primo depravatum quid esse nullus dubito, licet Grotius hoc silentio tegat. Cui enim placere potest σῶμα τῆς τύχης *corpus fortunae?* Incrustare quidem hoc in Notis conatur Vir Cl. sed frustra. In Comoedia enim omnia de medio et ex ipsa vita sumi solebant; non, ut hoc, insolita esse, affectata. Deinde ne Graecum quidem illud est, ἀδύνατον ὡς ἐςίν *impossibile est ut est*, pro εἴη *sit:* etsi Graeci potius dicerent, ἀδύνατον, εἶναι τι. Quid multa? Videor mihi veram loci lectionem, levi mutatione, eruisse.

> Ἀδύνατον ὄντως ἐςὶ τοὔνομα τῆς Τύχης.
> *Nihil re vera potentiae habet nomen Fortunae.*

Ον in ὄντως facile absorberi potuit a syllaba praecedente: ἐςι autem apud Stobaeum est non ἐςιν. *Τοὔνομα* vero pro
74 τὶ σῶμα ideo libentius substitui; quod ex versu tertio τύχην προσηγόρευε, *Fortunam appellavit*, statim inferebam de

nomine in prioribus esse actum. Sic quoque alibi Menander loquitur, sententia licet contraria; *Fortuna*, inquit, *omnia gubernat,*

— Τὰ δ' ἄλλ' ὀνόματα πρόσκειται μάτην.

Fortunae omnia tribuendum est,

Εἰ μή τις ἄλλως ὀνόμασιν χαίρει κενοῖς.

CLIX. p. 209. *Μηδέν' ἀδικεῖν καὶ καλοὺς ἡμᾶς ποιεῖ.*

Apud Sextum Empiricum est τὸ μηδένα ἀδικεῖν. Et sane τὸ et dictioni et versui necessarium est, sed Clar. Clericus, dum digitis syllabas computat, caput Senario abscidit. In notis vero, *Haud sane*, inquit, *intelligo, quid ad id, quod illic apud Sextum agitur, faciant.* Haud mirum profecto, cum ne intellexerit quidem, quid ipsa per se faciant. Sic quippe erant vertenda.

Qualis autem (quam deformis) *facie esse videtur,*
Ex quo (tempore) *talis* (tam nequam) *factus est? qualis bellua?*
Nihil injuste facere etiam formosos nos facit.
Τὸ μηδὲν ἀδικεῖν καὶ καλοὺς ἡμᾶς ποιεῖ.

Haec ab honesta virgine dici videntur de adolescente in nequitiam prolapso. Dum virum probum, ait, putavi esse, pulcher mihi visus est; at ex quo improbum et nequam se esse ostendit, quam foedus videtur? ipsius igitur formae gratia a justitia et honestate pendet. Quid verius? quid in vita communius? Quotidie haec accidere videmus in amantium jurgiis et dissidiis. Dum amant, formosissimos esse putant; postquam oderunt, deformes. Jam autem, si rursus ad Sextum se conferat Vir Cl. intelliget opinor, quod antea non potuit, haec optime ad Sexti argumentum facere, et aptissime cum reliquis cohaerere.

CLX. p. 213. *Ὅταν ἕτερός σοι μηδενὸς πλέον διδῷ —*

Μηδενὸς πλέον nostra est emendatio, inquit Grotius: *Vulgo legebatur μηδὲν πλέον, sensu nullo: qui nunc est optimus.* Immo vero, Vir θαυμάσιε, etiam post tuam emen- 75
dationem sensus nullus est. Quid enim illud est, Siquis tibi det πλέον μηδενὸς *plus nihilo*? Quis sic loquitur? quis sic dat? Tamen, inquit, siquis sic dederit, δέξαι τὸ μόριον, *cape partem.* Cur *partem* tantum, obsecro, cum ille totum illud *plus nihilo* mihi obtulerit? adde quod *plus nihilo* tam parvum esse possit, ut in *partes* dividi nequeat. Neque vero sequentia, quae ob particulam γὰρ *enim* rationem hujus praecepti reddere deberent, quicquam ad hanc sententiam faciunt. Ego loco vix perlecto sic

statim emendandum esse vidi, sententia ipsa manu ducente;

> *Ὅταν ἕτερός σοι μηδὲν τέλεον διδῷ,*
> *Δέξαι τὰ μόριον.*
> *Quando aliquis tibi nihil* integrum *dare vult,*
> *Sume* partem:

Si Talentum ab aliquo petieris; ille autem Talentum dare recuset, Minam libenter offerat: cape potius Minam, quam nihil. *Τέλεον* pro *πλέον* levi mutatione. Jam, opinor, vere pronuncies *sensum esse optimum.*

CLXI. p. 231. *Τί σαυτὸν ἀδικῶν τὴν τύχην καταιτιᾷς;*

Illud *καταιτιᾷς* clanculum hic supposuit Vir Clar. cum in Stobaeo et Grotio legisset,

> *Τί σαυτὸν ἀδικῶν τὴν τύχην καταιτιᾷ;*

Nimirum Vir, Graecae linguae longe peritissimus, opinabatur *καταιτιᾷ* tertiae personae esse a *καταιτιῶ*: et pulchre fecisse sibi visus est, quod secundam reposuerit. O cor Zenodoti! sed scias posthac, o bone, *καταιτιᾷ* secundae personae esse a *καταιτιῶμαι*: tuum vero illud nusquam lectum, nunquam auditum esse. En quo devenimus, ut verborum conjugatiunculas huic dictemus.

CLXII. p. 221. *Εὐήθεια μοι φαίνεται δηλουμένη,*
Τὸ νοεῖν μὲν ὅσα δεῖ, μὴ φυλάττεσθαι δ' ἃ δεῖ.

Ita quidem Stobaeus; neque Grotius quicquam redarguit. At mihi quidem ineptissima haec videntur. Illud enim *δηλουμένη* cum *φαίνεται* conjunctum aut *ταυτολόγον* est, aut aliquid pejus: quae enim *δῆλα manifesta* sunt, non utique *φαίνονται videntur*. Adde quod *δηλουμένη* non est *manifesta*, sed *manifestata*: hoc autem nullo modo sententiae respondet. Jam et in versu posteriore illud vide; Stultitia est, ait, scire omnia quae *facto opus sunt*, (hoc enim vult *ὅσα δεῖ*, quae *facere* oportet, non quae *scire*) et non cavere ab iis quae facto opus sunt.
76 Quid, malum, nugas hic blateras? an ea *cavenda* sunt, quae *facto opus* sunt, an potius *contraria?* Tu vero ocius repone;

> *Εὐήθεια μοι φαίνεται, Φιλουμένη,*
> *Τὸ νοεῖν μὲν ὅσα δεῖ, μὴ φυλάττεσθαι δ' ἃ μή.*
> *Stultitia mihi videtur; o Philumena,*
> *Intelligere quaecumque facto opus sunt, et non cavere ab iis, quae non sunt opus facto.*

Philumena notissima in Fabulis persona est, vel ex Terentio. Saepe autem in personarum nominibus a Librariis peccatum est; ut et postea videmus.

CLXIII. p. 222. Ἀγαθῶν, ἀσυλλόγιςος ἐς', οὐ μακάριος.

Illud ἀσυλλόγιςος ἐς' a Grotio profectum est; qui, ut versui consuleret, ita clanculum interpolavit. Perperam omnino. Nam ἀσυλλόγιςος numquam de *persona*, sed de *re* sive *sermone* dicitur, *qui non recte collectus et conclusus est, qui falsa ratiocinatione infertur.* Qui ἄνθρωπον ἀσυλλόγιςον dicit, is ex homine syllogismum facit, et Ovidii Metamorphoses longe exsuperat. Apud Stobaeum fertur ἀλόγιςός ἐςιν: unde nullo negotio sic versus est reformandus;

Ἀγαθῶν, ἀλόγιςός ἐςιν, αὐτοι μακάριος.

CLXIV. p. 257. Θρᾴξ εὐγενὴς εἶ, πρὸς ἅλας ὠνημένος.
Thrax nobilis es, sale emtus.

Hoc ex Michaële Apostolio attulit Vir Clar. Cur autem ex homine, qui post inventam Typographiam vixit, potius quam ex vetere scriptore Diogeniano? Ex eo enim id hauserat Apostolius. Jam autem quale est, ne illud quidem Virum Clar. vidisse, ὠνημένος male hic positum esse pro ἐωνημένος? Sic enim Graeci semper, alterum nunquam. Denique et versus hujus labem non animadvertisse, cui una syllaba deficit? Tu vero repone ex Zenobio;

Θρᾴξ εὐγενὴς εἶ, πρὸς ἅλας ἠγορασμένος.

CLXV. p. 214. Ὅταν τι πράττεις ὅσιον, ἀγαθὴν ἐλπίδα
Πρόβαλλε σαυτῷ.

Hoc ex MS. A. Grotius supposuit: sed praestat recepta lectio, Πρόβαλλ' ἑαυτῷ, eodem quidem sensu, sed ἀττικωτέρως et Menandro convenientius.

CLXVI. p. 222. Τὸν ἴδιον δαπανῶντας ἀλογίςως βίον —

Antiquum hic obtinet Vir Cl. et dum Τοὺς τὸν ἴδιον 77
(quod et Stobaeus et Grotius habent) ob plurium brevium syllabarum concursum extra versum excurrere credit, tollit illud Τοὺς, quod tamen et versui et orationi est necessarium. Hem, qui curva nobis corrigat, et auctores veteres expurgandos sibi sumat. Idem postea pro πᾶσιν, quod ante hunc diem legebatur, πάντας clam substituit: quo judicio, mox videbimus. Sententiam autem misere pervertit; sed hoc ei condonabitur, quia ducem Grotium secutus est. Stobaeus, ut dixi, πᾶσιν habet, et etiam τῷ καλῶς ἀκούειν. Lege igitur,

Τὸ καλῶς ἀκούειν ταχὺ ποιεῖ πεινῆν κακῶς.
Τὸ bene audire cito facit male esurire.

Elegantissima sententia, et Menandro non infitianda. Qui bona sua prodigunt, ut liberalitatis et elegantiae gloriam apud vulgus aucupentur, cito in esuritionem et egestatem incidunt. Horatius:

Hunc si perconteris avi cur atque parentis
Praeclaram ingrata stringat malus ingluvie rem,
Omnia conductis coëmens obsonia nummis:
Sordidus atque animi *quod* parvi *nolit haberi*
Respondet.

Poteris etiam vulgatum illud πᾶσιν adsciscere, sed sensu longe diverso ab eo, quo ab aliis acceptum est.

Τὸ καλῶς ἀκούειν ταχὺ ποιεῖ πᾶσιν κακῶς.
Τὸ bene audire cito facit apud omnes male audire.

Qui enim, dum bona prodigunt, laudari solent, iidem, postquam omnia sunt absumta, in contemtionem et infamiam incidunt. Sed prior sententia magis arridet: non enim dicunt Graeci, *κακῶς ἀκούειν πᾶσι*, sed *ὑπὸ πάντων*.

CLXVII. p. 223. *Μὴ πάντοθεν κέρδαινε, αἰσχύνου δέ μοι —*

Miror versum tam elumbem a magno Grotio approbatum esse: quod Vir Cl. non postea correxit, multa faciunt, ut ne mirer. Sic levi manu emendandus erat,

Μὴ πάντοθεν κέρδαιν', ἐπαισχύνου δέ μοι.

CLXVIII. p. 223. *Ποιεῖ παροινεῖν, τοῦ πίνοντος δ' ἡ φύσις.*

Contaminavit versiculum Grotius, dum incaute a *Stobaeo* abscedit. *Πίνοντος* enim priorem syllabam producit, neque in loco quarto potest consistere. Repone ex ipso Stobaeo *πιόντος*.

78 CLXIX. p. 224. *Χαλεπὸν, ὅταν τις ὢν πίνῃ πλέον λαλῇ.*

Iterum eadem chorda vir magnus oberravit: etsi hoc in ipso etiam Stobaeo mendosum exstet. Scribe, *πίῃ*.

CLXX. p. 218. *Κατάψεαί τι μᾶλλον εἰς τὰ συμφέρον.*

A Grotio est illud *κατόψεαι*, et perperam omnino. Menander utique dixisset *κατάψει*: nam *κατόψεαι* Ionicum est, neque in Scenam Atticam introire potuit. Lege igitur ex Stobaeo,

Κατόψεταί τι μᾶλλον εἰς τὸ συμφέρον.

Nimirum hoc dicitur non de eo, quocum hic confabulatur, sed de alio quopiam.

CLXXI. p. 246. *Ἐπίσχε σ' ὀργιζόμενος· ἀλλὰ βούλομαι.*
Coërce te iratus: atqui volo.

Ecce iterum Vir Cl. temeritatis et inscitiae poenas luens. Et Stobaeus et Grotius,

Ἐπίσχες ὀργιζόμενος. —

quo vix ullum vocabulum notius est Graece peritis. *Ἐπίσχες* absolute ab *ἐπέχω*, *siste*, *morare*, *exspecta*: ut Aristoph. Equit.

Ἐπίσχες ἐν ταῖς ἀσπίσιν· λαβὴν γὰρ ἐνδέδωκας.

Noster autem, typographi opinor mendum esse opinatus, *ἐπίσχε σὲ* edidit; et laudem fortassis apud posteros inde sibi pollicitus est. O spes inanes! nam et sententiam etiam corrupit. Quis enim dixerit, *Coërce te iratus?* quasi vero iratus facilius coërcere se posset, quam quivis alius. Hoc enim Nominativus ibi indicat. Alii dicerent, *Coërce, reprime, compesce iram*: aut certe, *Compesce te iratum*, non *iratus*.

CLXXII. p. 159. *Σκέψῃ σὺ περί του, δυστυχὴς κἂν εὐτυχῇ;*

Illud *δυςυχὴς κἂν εὐτυχῇ* a Grotio est; etsi et Salmasius eodem spectabat; qui interpolabat, *δυςυχὴς κἂν εὐτυχής*. Profecto viri eximii intelligendo nihil hic intelligebant. Nam ut nihil dicam de nimia ipsius sententiae subtilitate, *Miser quamvis felix*, quae in Scena vix locum habere potuit: illud mihi certissimum est, verba sequentia emendationi huic plane repugnare. *Res ENIM*, inquit, *sponte sua prosperae aut adversae sunt, etiamsi tu dormias.* Quid? an haec probant, (quod *τὸ enim* pollicetur) *miserum esse hominem, etiam cum felix est?* Nihil vidi minus. Apage igitur febriculosas conjecturas; et, cum Stobaeus habeat, *δυςυχὴς ὅταν τύχῃ*, sic nulla mutatione restituamus locum recte se habentem: 79

— *ἄνθρωπος γὰρ ὢν*
Σκέψῃ σὺ περί του, δυςυχὴς ὅτ' ἂν τύχῃ;
— *Tu, cum homo sis,*
Considerabis de re quapiam, infelix quandocumque ita accidit?

Equidem, quid hic spinosi sit, nullus video. Quo tibi, inquit, o homo, considerare? cum infelix sis, quandocumque evenit te esse infelicem: NAM sponte sua res aut prosperae aut contrariae tibi accidunt, te dormiente. Omnia siquidem casu, aut fato, non consilio tuo, proveniunt. Vides jam, opinor, totam sententiam apte cohaerere. Porro et versu quinto male rem gessit Grotius, qui *καθευδήσῃς* supposuit: Stobaeus enim *καθευδήσῃ* habet, et hic, et in Eclogis Physicis Titulo x. hic in *Κεκρυφάλῳ*. Repone igitur, ne litera quidem mutata,

Ῥεῖ, κἂν καθεύδῃς, ἢ πάλιν τοὐναντίον.

Atque ita prorsus ipse Grotius ad eum locum: verum hic emendationis suae prioris oblitus est.

CLXXIII. p. 103. Ἀλλ' ἂν ἀποθάνῃς, ταῦτα καταλείψεις τισίν.

Ita et Stobaeus et Grotius; ne de Viro Clar. queramur. Sed sententia vacillat. Quid enim est, *si moriaris?* quasi vero hoc dubium esset. Scribe: Ἀλλ' ὅταν ἀποθάνῃς — *Sed quando morieris.* —

CLXXIV. p. 225. Αἰσχρόν γ', ὅταν τις ἤπιος γλώσσῃ φυεὶς —

80 Ἤπιος γλώσσῃ a Grotio est; Salmasius conjiciebat εὐγενὴς γλώσσῃ: nam Stobaeus proculdubio mendose ἐπὶ γλώσσῃ. Equidem, quid εὐγενὴς γλώσσῃ sit, non sane intelligo: neque ἤπιος valde arridet; quod nulla sit antithesis in binis sententiae membris: ματαιολόγος enim non opponitur ἠπίῳ. Sed illud inprimis displicet, quod τὸ γλώσσῃ bis hic repetatur, nullo tamen acumine. Hanc ego scripturam veram esse non facile crediderim. Fortasse altius mendum hic latet, cui indagando nunc, dum currimus, non est otium. Vide tamen, quid properantibus nobis in mentem venerit;

Αἰσχρόν γ', ὅταν τις νήπιος γνώμῃ φυεὶς —
Turpe est, cum quis nullo ingenio praeditus —

Certe aut haec vera lectio est, aut digna est, quae vera sit.

CLXXV. p. 214. Σὺ μὲν παραινεῖς ταῦτα ὅσσα σοι πρέπει,

Et turpiter hiat versus (cur enim α in ταῦτα non eliditur?) et ὅσσα Poëticum est, non communis sermonis. Lego,

Σὺ μὲν παραινεῖς ταῦτα χ' ὤσα σοι πρέπει.
Tu quidem suades haec et quaecunque te decent.

Χ' ὤσα idem est ac καὶ ὅσα, ut χ' ὠ est καὶ ὁ, et alia similia.

CLXXVI. p. 198. Καὶ πάντα τὰ λυμαινόμεν' ἔνεστιν ἔνδοθεν·
Οἷον ὁ μὲν ἰὸς τὸν σίδηρον, ἂν σκοπῇς,
Τὸ δ' ἱμάτιον οἱ σῆπες, ἡ δὲ θρὶψ ξύλον.

Versu primo Stobaeus habet ἐστίν: *sed ἔνεστιν ob versum reposui,* inquit, Grotius. Nollem factum: dum enim versui consuluit, sententiam labefecit. Quale enim id est, ἔνεστιν ἔνδοθεν, *inest ex interiore parte?* Hoc secum pugnat; nam et moram in loco et motum e loco una significat. Nemo igitur quisquam haec verba conjunxerit *).

---

*) Recepi Grotianam correctionem. Quaecunque, inquit, perniciem afferunt, non extrinsecus illabuntur, sed ἔνεστιν ἔνδοθεν, h. e. ita rebus adhaerent, ut ex ipsis nata sint et progenita.

Versu secundo, sic est apud Stobaeum, Οἷον ὁ μὲν ἰὸς, ἂν σκοπῇς, τὸν σίδηρον manifesto errato: unde versus caussam verba transposuit. Vir magnus: etsi fatendum est illud ἂν σκοπῇς elegantius in medio poni per parenthesin. V. tertio, Stobaeus, ἡ δὲ θρὶψ τὸ ξύλον; ubi syllaba quidem ultra versum excurrit; sed τὸ est necessarium et omnino retinendum. Lege igitur integrum locum;

> Καὶ πάντα τὰ λυμαινόμενά γ' ἐςὶν ἔνδοθεν·
> Οἷον ὁ μὲν ἰὸς ἂν σκοπῇς, τὸ σιδήριον,
> Τὸ δ' ἱμάτιον οἱ σῆτες, ἡ θρὶψ τὸ ξύλον.

CLXXVII. p. 24. Ὅςις δὲ διαβολαῖσι πείθηται ταχὺ, etc. 81

Ita ex Grotio Vir Cl. πείθηται. Sed melius est, quod apud Stobaeum fertur, πείθεται.

CLXXVIII. Κοινὸν ἀγαθόν ἐςι τοῦτο χρηςὸς εὐτυχῶν *).

Versus et apud Stobaeum et Grotium vacillat. Corrige,

> Κοινὸν ἀγαθὸν τόδι ἐσθ' ὁ χρηςὸς εὐτυχῶν.

CLXXIX. p. 284. — Τρόπος καὶ οἶνος εἰώθασι
Ἀποκαλύπτειν φίλοις τὰ ἤθη τῶν φίλων.

Tu vero egregiam tuam eruditionem hic retexisti, qui Senarios esse hos existimas, in quibus ne vola quidem aut vestigium est metri Iambici. Dixerat aliquid alicubi Menander ad hanc sententiam: quo respexit seu Apostolius, sive auctor, quem compilavit. Verba vero ipsa Menandri haec esse, eademque serie in carmine stetisse, solius Clerici est credere potuisse.

CLXXX. p. 226. Ἀλλ' εἰ φρονοῦντος τοὺς λόγους ἀνδρὸς σ' ἐρῶ.

Addidi, ait Grotius, σ' versus caussa: nam Stobaeus habet ἀνδρὸς ἐρῶ. Quid vero est illud σ'? σὲ accusativus non est, cum constructio repugnet: neque vero σοὶ, cum in ea vocula Diphthongus numquam in brevi Syllaba eliditur. Adde, quod invenuste hic futurum ponitur ἐρῶ, cum praesens praecesserit λέγω. Corrigendum certissime;

> Ἀλλ' εἰ φρονοῦντος τοὺς λόγους ἀνδρὸς φέρω.

CLXXXI. p. 226. Δεῖ τοὺς γενομένους, μέχρις ἂν ζῶσιν, πονεῖν.

Γενομένους illud Grotio debemus; nam Stobaeus γιγνομένους, plane contra metri legem. Qualis vero sententia

---

*) V. Sentent. singul. ex Aldo.

est? *Omnes*, inquit, *quotquot nascimur, laborare debemus*? Cur hoc? *Quia pauperem vitam inertia non sustentat*. Haud vidi stultius argumentum? Quid enim, si in amplum patrimonium nascimur? an Satrapae et Reges la-
82 borare debent; quia tenuis res inertiam non patitur? Repone sine dubio,

Δεῖ τοὺς πενομένους, μέχρις ἂν ζῶσιν, πονεῖν.
Oportet pauperes, quoad vivunt, laborare.

Hoc jam aliquid est: ni enim laborent, non habebunt, quo famem solabuntur: inertia non pascit.

CLXXXII. p. 251. *Κομψὸς ςρατιώτης, οὐδ᾽ ἂν εἰ πλάττει θεός, —*

Male hic Vir Cl. *πλάττει*, cum recte et Stobaeus et Grotius dederint *πλάττοι*. Nisi forte hoc erratum typographo imputandum sit.

CLXXXIII. p. 226. *— πόλεμος δὲ κἂν πεδίῳ κακός.*

Κακὸς habet etiam Stobaeus: sed sententia friget. Et miror Clericum non odoratum esse elegantem antithesin, quae ex vera lectione nascitur; lego enim, cum Grotio

Τρέφει καλῶς, πόλεμος δὲ κἂν πεδίῳ κακῶς.

Pax agricolam vel in saxis nutrit *bene*, bellum vel in arvo *male*.

CLXXXIV. p. 265. *Ἀγροῖκος εἶναι προσποιεῖς πονηρὸς ὤν.*

Non recessit hic ab arte sua Cl. Clericus: cum enim Grotius vitio opinor typographi *προσποιεῖ* hic edidisset, vertisset autem Latine *Fingis*; arripuit hoc statim noster, et *προσποιεῖς* erudite emendavit. Atqui, o bone, id ne Graecum quidem est pro *fingere, simulare*. Recte Stobaeus *προσποιῇ fingis* a *προσποιοῦμαι*: non, ut tu, *προσποιῶ*, quod longe aliud est.

CLXXXV. p. 265. *Ἔχει τι πικρὸν τῆς γεωργίας γλυκύ.*

Ita et Stobaeus et Grotius: sed et oratio plane flagitat *τὸ γλυκὺ*, et verbum *πικρὸν* cum similibus libentius corripiunt Comici. Lege igitur,

Ἔχει τι πικρὸν τὸ τῆς γεωργίας γλυκύ.

83 CLXXXVI. p. 215. *Τί διακενῆς εἰ χρηςὸς, εἰ ὁ δεσπότης Αὐτὸς μὲν ἀπολεῖ πάντα, σὺ δὲ μὴ λαμβάνεις;*

Illud *εἰ* in versu priore a Grotio est: sed versus laborat, et interpunctio prava est. Sic lege et distingue.

Τί διακενῆς εἶ χρηστός; εἶθ' ὁ δεσπότης
Αὐτὸς μὲν ἀπολεῖ πάντα, σὺ δὲ μὴ λαμβάνεις.
Quid frustra diligens es? postea enim herus
Ipse cuncta disperdet, tu vero nihil sumis.

CLXXXVII. p. 261. *Ἐκ γειτόνων γὰρ οἴκων εἶ, τοιχωρύχε.*
Ex vicinis aedibus es, parietum perfossor.

Hoc ex Euripidis Scholiaste hausit Cl. Clericus; et ubi primum a Grotio suo recessit, antiquum suum obtinet, ut omnes versuum numeros conturbet et contaminet. Ecce enim spondeum in loco quarto, qui non magis subsistere ibi potest, quam in silvis Delphinus. At, inquiet, in postrema Cl. Barnesii editione sic plane habetur. Quid tum? tuum erat, o bone, et metri errorem deprehendisse, et veteres editiones contulisse. Nam in prima illa Aldina sic recte habere comperies,

Ἐκ γειτόνων γὰρ οἶκον, ὦ τοιχωρύχε.
In vicinia enim domum, o parietum perfossor,

Expilasti scilicet, vel simile quid, quod in versu sequente veniebat. Non, opinor, opus est, ut tibi probem *ἐκ γειτόνων* absolute poni solere,

CLXXXVIII. 200. — *Τίνι δεδούλωταί ποτε*; etc.

— *Cui ergo rei mancipatus est? Formane? Nugae. Eandem siquidem omnes foeminam amarent: visus enim omnium habet par judicium. Sed voluptas quaedam concubitus amantes inducit? Qui igitur alius quandam habens nihil passus est, sed abiit irridens, alius vero dis-* 84
periit? Opportunitas est morbus ille animi; qui autem saucius est, incursu vulneratur.

Haec ex emendatione nostra et versione sic posuimus; quo et labori et chartae parceremus. Nam alioqui bis fuissent describenda. Grotius, quem Vir Cl. ut solet, hic sequitur, sed cujus notam omisit iterum, sic prima illa interpolavit.

— *Τίς δεδούλωταί ποτε*
Ὄψει; φλυαρία· τῆς γὰρ, etc.

Et quasi re bene gesta, *ex confusis valde*, inquit, *sensum et versus elicuimus*. Dolet mehercle tanto viro tam cruda et inconsiderata excidisse. Recte extabant apud Stobaeum, ut ipse supra exhibui: neque quidquam ibi *confusum*. At et *sensum* violavit Vir magnus, cum *τίς* substituit, et *versum*, cum *φλυαρία*. Sed in eo, ut video, deceptus est, quod existimaret *φλύαρος* secundam syllabam corripere: cum contra *φλύαρος*, *φλυαρία*, *φλυαρεῖν* ubique secundam producant, ut plurima apud Comicos exempla declarant. Dum versum igitur *elicere* studet, insciens confodit. Pro-

ximum vero Cl. Clerici facinus est, qui versu quarto, et Stobaeo et Grotio relictis, pro *ταύτην ἔχων* supposuit.

Συνουσίας· πῶς οὖν ἕτερος ταύτην ὁρῶν.

Videns scilicet pro *habens*: idque se et *ex re ipsa et Plutarcho emendasse* gloriatur. Haud vidi Criticum infeliciorem. Plutarchus quidem, loco citato, *Idem*, ait, *corpus eandemque pulchritudinem* πολλοὶ ὁρῶσι *multi VIDENT, unus vero capitur.* Tune ex his verbis repones hic ὁρῶν? Atqui de ea re jam tribus versibus prioribus egerat Menander: ad aliud hic transit, *concubitum* scilicet; ubi necessario legendum est ἔχων *habens*, honestum in re venerea vocabulum, quod bis terque in his ipsis Fragmentis occurrit, ut et apud Terentium, *Heus puer; dic, sodes, quis heri Chrysidem HABUIT?* Tua vero interpolatio sententiam ἀσυλλόγιστον et absurdam efficit. *Ain' tu,* inquit, *voluptatem concubitus amatores illaqueare?* Hoc tu sic refutas, *Quod eandem mulierem VIDENTES, alius amore incenditur, alius abit deridens.* Quid, malum, hic ad argumentum facit illud *videre*? Jamne intelligis non te *ex re ipsa*, sed omnino praeter rem correctionem tentasse? Quorsum autem versum ultimum, qui sic apud Stobaeum fertur,

ψυχῆς· ὁ πληγεὶς δ' εἴσω δὴ τιτρώσκεται,

Tu ex Plutarcho ita citasti, ac si ibi haberetur Grotiana interpolatio ὡς ἔδει pro εἴσω δή? Hoccine est bona fide cum lectoribus tuis agere? In Aldina Plutarchi editione post ὁ πληγεὶς δὲ est lacuna; in Stephanica male conjunguntur verba, ὁ πληγεὶς δὲ τιτρώσκεται; in Xylandriana male ex Stobaeo inseritur εἴσω δή. Tu omnium pessime, qui ὡς ἔδει, tamquam si apud Plutarchum sic extaret, hic allegasti. Nos ex conjectura, pro εἴσω δὴ substituimus εἰσβολῇ, *incursu, irruptione*: quod et cum τιτρώσκεται ap-
85 prime convenit, cum εἰσβολὴ τῶν πολεμίων dicatur; et cum νόσος, cum εἰσβολὴ τοῦ πυρετοῦ itidem usurpetur.

CLXXXIX. p. 228. Ἀγαθῶν μεθέξεις, ἂν λάβῃς μικρὸν κακόν.

Illud ἀγαθῶν a Grotio est, qui sic interpolarat Stobaei ἀγαθόν. At magnus Scaliger, narrante Grotio, cujus notulam hic male suppressisti, legebat ἀγαθοῦ: quod equidem praetulerim Grotiano ἀγαθῶν, utpote quod antithesin clariorem efficit. At veram emendandi viam neuter horum instituebat; adhuc enim languet sententia, neque ad elegantiam Menandri adspirat. Recte habet Stobaeanum ἀγαθόν; tu vero me vide et sic fidenter corrige,

Ἀγαθὸν μέγ' ἕξεις, ἂν λάβῃς μικρὸν κακόν.

Jam

Jam opinor, nova luce sententia haec effulget: et ne de emendatione dubites, scito hoc spectare ad notissimum illud Proverbium, *Μικρὸν κακὸν, μέγ᾽ ἀγαθὸν, Parvum malum, magnum bonum*: quod habes apud Aristotelem, Suidam, et alios.

CXC. p. 228. *Ὅςις γενόμενος βούλεται ζῆν ἡδέως* —

Intactum hoc dimisit Grotius, neque turpe mendum deprehendit. Quorsum enim *γενόμενος natus?* quid hoc sententiae confert? an quisquam *vivere suaviter* poterit, nisi qui prius *natus* fuerit? Dixisset utique Menander, *Quisquis vult vivere suaviter*; neque lassas aures inutili verbo onerasset. Tu hic pro *γενόμενος* iterum repone *πενόμενος*, ut supra num. 88.

Ὅςις πενόμενος βούλεται ζῆν ἡδέως:

Hoc recte habet, et ex vita communi petitum est. Sumtus enim uxoris et liberorum metuenda res est *pauperi*: at *divites* impendia ista facile patiuntur? neque adeo *omnibus natis* consilium hoc dedisset Menander.

CXCI. p. 217. *Δύ᾽ ἐςθ᾽, ἃ κρίναι τὸν γαμεῖν μέλλοντα δεῖ,*
Ἤ τοι προσηνῆ ὄψιν, ἢ χρηςὸν τρόπον.
Ταῦτα γὰρ ὁμόνοιαν τὴν πρὸς ἀλλήλους ποιεῖ.

Versus hic secundus deformiter hiat; neque enim caesuram clausisset Poëta cum vocali longa, vocali altera 88 sequente: praeterea autem Soloecismus hic speciosissimus est; quem miror Grotio fucum fecisse. *Duo*, inquit, *sunt*: Quaenam illa duo? *προσηνῆ ὄψιν*, etc. Jamne sentis nominativos hic requiri, non accusativos? Versu vero tertio, pro *τὴν γὰρ ὁμόνοιαν*, quod apud Stobaeum est, Grotius reposuisse se narrat *ταῦτα γάρ*: qua quidem interpolatione Senarius est occisus. Locus integer sine dubio sic corrigendus est,

Ἤ τοι προσηνὴς ὄψις, ἢ χρηςὸς τρόπος.
Τὰ γὰρ ὁμόνοιαν τὴν πρὸς ἀλλήλους ποιεῖ.
Aut grata forma, aut benigni mores:
Haec enim concordiam mutuam efficiunt.

CXCII. p. 190. *Καὶ τοῦτον ἡμᾶς τὸν τρόπον γαμεῖν ἔδει* —

Totam hanc ῥῆσιν, quia paullo longior est, non describam; ea tantum adducam, quae emendatione egent. In versu primo lege, *Κ᾽ εἰ τοῦτον·*

Si hoc modo nos uxores ducere oporteret
Omnes; o Juppiter Servator, ut e re nostra esset!

versu sexto,

Βιῶσαι, μήτ᾽ ἐξετάσαι, μήτ᾽ ἰδεῖν.

Hic syllaba tertia τοῦ ἐξετάσαι longae vicem sustinet: cum tamen ubique sit brevis. Lege igitur, ut in versu tertio ἐξετάζειν; versu denique octavo,

Εἶτ' ἀργύριον καλὸν ἐςι, δοκιμαςὴς ἴδῃ.

Ita et Stobaeus et Grotius: atqui εἶτ' esset εἶ τε. Repone, εἰ τἀργύριον, hoc est, εἰ τὸ ἀργύριον.

CXCIII. p. 206. *Καὶ τί λελόγισμαι ὁ κακοδαίμων προσδοκῶν* etc.

Illud καὶ τί λελόγισμαι Grotio acceptum refertur: quo posito, et indecenter hiat versus, et perperam passivum λελόγισμαι significatione activa donatur. Apud Stobaeum sic fertur, Καί τοι λογίζομ'. Adde modo τί et corrige,

Καί τοι τί λογίζομ' ὁ κακοδαίμων προσδοκῶν *).

Porro in versu ultimo, quid illud sibi vult πλείςη χάρις? non in muliere nascitur PLURIMA gratia. Quid au-
87 tem si mediocris nascatur? si quod satis est, etsi non abunde? eritne quod jure queri potes? Apage igitur illud πλείςη, et repone πιστή.

CXCIV. p. 185. *Ἢ μὴ γαμεῖν γάρ, ἂν δ' ἅπαξ λάβῃς, φέρειν,*
Μύσαντα πολλὴν προῖκα, καὶ γυναῖκα δεῖ,
Ἐκπυνθάνεσθαι τ' ἀρσένων πέρι μηδέν etc.

Sermo hic est uxoris dotatae ad maritum, longe elegantissimus, et aliquantum supra soccum assurgens. Nos, quia est longiusculus, pauca decerpemus. Versu tertio infeliciter rem gessit Grotius, qui pro corruptis illis apud Stobaeum τἀρσένων δ' ἡμᾶς σέθεν substituit τἀρσένων πέρι μηδέν, non longius a scriptura recedens, quam a sententia. Ego vero, cum cetera hic per se perfecta animadverterem, continuo suspicatus sum Personae nomen sub corruptis illis latere, neque diu quaesivi; nam ecce tibi veram lectionem ex ruderibus illis suscitatam:

Ἢ μὴ γαμεῖν γάρ, ἂν δ' ἅπαξ λάβῃς, φέρειν
Μύσαντα, πολλὴν προῖκα. Καὶ γυναῖκα δεῖ
Ἐκπυνθάνεσθαι τἀρσένων, Δημόσθενες.

Τἀρσένων est τὰ ἀρσένων. Levi autem mutatione ex δ'

---

*) Displicet haec correctio F. A. Wolfio Anal. Litter. II. p. 455. propter οι ante brevem vocalem elisum. At ita Comici poetae non rarissime, ut Brunck. putabat, sed saepissime. Vide modo Antiphanem Athenaei p. 103. f. Alexin ibid. p. 566. b. 567. f. Timoclem p. 227. f. et alibi.

ιῶς σέθεν extudimus Δημόσθενες; id nomen marito erat, uem uxor hic alloquitur. Egregia sane haec emendatio st, absit invidia: qualem si vel unicam excogitasset Cl. lericus, tot ejus in ceteris pervertendis flagitia pene sola xpiasset. Versu nono.

Τὴν ὄψιν ἐμπλήσασά τ' ἀπήλλακται κακῶν,

lud τὲ et versum onerat, neque sententiam hilum juvat: epono,

Τὴν ὄψιν ἐμπλήσασ' ἀπήλλακται κακῶν.

'ersu duodecimo, 88

Σώζει δάμαρτα, κἂν ἀνὴρ δοκῶν σοφός,

lud κἂν ἀνὴρ δοκῶν σοφὸς clam a Grotio suppositum est, ectore non admonito; et utcumque speciosum sit, et sic atis sententiae congruum, loco tamen cedere debet, meioribus repertis. Stobaeus sic habet, δ' ἀνδρὶ δὴ δοκῶν οφὸν; ex quibus hoc verissimum eruo,

Σώζει δάμαρτα (τ' ἀνδρὶ δὴ δοκοῦν σοφὸν,)
Custodit uxorem (id quod viro callidum videri solet.)

'andem versu ultimo,

Ἀνήρ τ' ἀχρεῖος, χ' ἡ γυνὴ διοίχεται.

ro καὶ γυνὴ Stobaeus κ' ἡ γυνή. Necessarium sane articuum hic esse fatebuntur, qui Graece sciunt. Lego ergo,

Ὦ 'νήρ τ' ἀχρεῖος, χ' ἡ γυνὴ διοίχεται.
Et vir contemtus est, et mulier periit.

CXCV. p. 217. *Ἀντιβλέπειν ἐκεῖνον οὐ δυνήσομαι*
Ἀδίκως· τὰ δ' ἄλλα ῥαδίως χειρώσομαι.

Quid sibi velit ἀντιβλέπειν ἀδίκως, *injuste intueri*, equidem non intelligo. Qui acutiores sunt, aliquid excogitent, et viro magno, qui hoc nimium patienter tulit, suppetias ferant. Interea, dum id fiat, legerim ἀδικῶν.

CXCVI. p. 231. *Μηδὲν δ' ἀδύνατον πατέρα γινώσκειν, ὅτι*
Ὁ μέγισ' ἀγαπῶν καὶ δι' ἐλάχισ' ὀργίζεται.

Grotius ad locum, *Addidimus*, ait, *δ' post μηδὲν ob versum, et καὶ in sequenti.* Sed et praeterea γινώσκειν ex Gesneri conjectura adscivit: Stobaeus enim habet γινώσκων. Qualis vero sententia est? *Nihil impossibile est agnoscere patrem.* Cur? *Quia qui maxime amat, ob minima irascitur.* Quid hoc ad rem? Enimvero hoc Plautino illi gemellum est,

— Hospes respondit, Zacyntho ficos fieri non malas.

Quid porro ad Stobaei propositum facit? qui hoc adducit sub Titulo: De officio liberorum erga parentes. Sed ne

rem ineptam diutius redarguendo ipse ineptus videar; restituo tibi sententiam quantivis pretii, unica duntaxat litera mutata:

Μηδὲν ὀδύνα τὸν πατέρα, γινώσκων ὅτι
Ὁ μέγιςον ἀγαπῶν δι' ἐλάχις' ὀργίζεται.

Hoc et per se egregium est, et Stobaei titulo aptissime respondet.

CXCVII. p. 233. *Εἴωθεν ἀπειλεῖν οὔτ' ἐρῶν ἐρωμένῃ.*

Frustra anapaestus secundum pedem tardat; cum iambus in promtu sit. Lege igitur,

Εἴωθ' ἀπειλεῖν, οὔτ' ἐρῶν ἐρωμένῃ.

CXCVIII. p. 6. *Υἱῷ προθύμως τἀξιούμενον ποιῶν*
Κηδεμόν' ἀληθῶς οὐκ ἔφεδρον ἕξει βίου.

Gestit satie calamus, dum horum versuum interpretationem exscribit, auctorem ejus digno convitio excipere: ita omnia hic prava et perversa sunt. *Τἀξιούμενον* vertit *quod videtur aequum*; *ἔφεδρον βίου successorem bonorum.* En hominem, qui unus utriusque Testamenti libros sacros Latine denuo vertendos sibi sumserit! Illud quoque *ἕξει* pro *ἕξεις*, quod et Stobaeus et Grotius habent, furtim indidit, nullo consilio. Sed hoc leve prae illo versionis flagitio. Tu sic verba accipe,

Si filio alacriter rem rogatam praebes,
Vere eum curatorem, non insidiatorem vitae *habebis.*

Hui! quantum haec distant ab illis, quae Vir. Cl. temere effudit! sed videor mihi certo deprehendisse, qua specie deceptus in tam foedum errorem inciderit. Grotii versio, quam inspiciebat Vir Cl. sic se habet,

Qui filii animo morem gerit, habet pater
Vitae adjutorem, non subsessorem, suae.

ubi rectissime *ἔφεδρον subsessorem* sive insidiatorem accipit vir magnus. At iste, utriusque linguae columen, *subsessorem* quasi *successorem* intellexit. Si rem acu tetigi, plaudite.

90 CXCIX. p. 190. *Οἱ μὴ λέγειν δ' ἔχουσι τοῦτο διά τινα*

Ita, inquit Grotius, cujus notam nobis invidit Clar. Clericus, *pro εἰ μὴ Salmasius corrigit οἱ μή*: ad cujus sententiam ipse accedit. Uterque perperam: hoc enim posito, oratio postulat *ἔχοντες*, non *ἔχουσι* *). Ceterum apud

---

*) At Grotius non *οἱ μή* sed *οἳ μὴ λέγειν ἔχουσιν* edidit. Quanquam recte Bentlejus nihil mutandum esse monuit.

Stobaeum pro τοῦτο varia lectio indicatur τούτους. Recte ctissime: id est πάππους αυοι, de quibus dixerat prius Lego ergo,

Εἰ μὴ λέγειν δ' ἔχουσι τούτους διά τινα etc.

CC. p. 232. *Τοὺς εὖ γεγονότας καὶ τετραμμένους καλῶς* — Honesto loco natos et bene educatos —

Nota, lector, illud *educatos*: inde enim tibi licebit eruditionem Viri Cl. aestimare. Et Stobaeus et Grotius recte habent τεθραμμένους. At noster, qui a praesenti τρέφω sciebat id esse formatum, continuo hoc σφάλμα, ut putabat, corrigere voluit; et servata thematis T litera τετραμμένους clanculum supposuit. Quis neget hunc Grammaticorum Alpha esse? Male vero sit Graecis magistris, qui me puerum sic instituerunt, ut a τρέφω *educo* τεθραμμένος formarem, τετραμμένος vero a τρεπω *verto*.

CCL. p. 232. *Αὐτὸν γὰρ οὐδεὶς οἶδε του προὐγίγνετο.*

Hoc ex Eustathio allegat Vir Cl. pagina lineaque indicatis; et tamen ausus est verba ejus *corrumpere*, *corrigere* volui dicere; neque de eo in notis vel verbulo nos certiores facit. Quid, malum, tu neminem Eustathii grandia volumina aperturum sperasti; qui et verba clanculum contaminas, et loco monstrato te ipse indicas? Apud Eustathium ita haec diserte leguntur,

Αὐτὸν γὰρ οὐδεὶς οἶδε τοῦ ποτ' ἐγένετο.

Nihil his clarius fingi potest, sive dictionem, sive versum consideres. Noster tamen, opinor, brevibus illis syllabis, 91 quae in loco quinto tribrachum faciunt, conturbatus, laboranti, ut credidit, versui succurrere voluit; et lepidissimum illud commentus est, του προὐγίγνετο, et vertit Latine *ex quo prognatus sit.* Itane vero? quo tu gurgustio Graecas literas didicisti, qui talia nobis portenta profers? προγίγνομαι, *prognatus sum*? immo vero contra προγίγνομαι *major natu sum*: adeo ut tuum illud sic fuerit vertendum, *nemo novit ex quo aetate antecedebat?* Placetne hoc tam secum pugnans, tam monstruosum? Profecto si sine rubore hoc legere potes, plane periisti.

CCII. p. 169. *Τὰ δευτερεῖα τὴν γυναῖκα δεῖ λέγειν* etc.

Illud δευτερεῖα a Grotio est, cui, ut ait, *elegantius id visum est, quam quod apud Stobaeum extat*, Τὰ δεύτερ' αἰεί. Miror equidem qui *elegantius* poterit esse, quod ne Graecum quidem est. Graeci enim τὰ δευτερεῖα, τὰ πρωτεῖα φέρειν, ἔχειν dicunt, nunquam λέγειν. Hoc enim per-

inde foret, ac si sic Latine diceres, *secundum locum dicere*. Notum est illud Flacci, *Habenas Magnum adjutorem, posset qui ferre secundas*; plane ut Graeci, φέρειν τὰ δευτερεῖα *). Recte igitur habet vulgata lectio, *Τὰ δεύτερα λέγειν*. Metaphora autem a Scena sumta est, ubi tres tantummodo erant Fabulae actores, *Πρωταγωνιστής*, δευτεραγωνιστής, τριταγωνιστής. Inde ad alias res ea verba translata sunt, πρωτολογεῖν, δευτερολογεῖν, τριτολογεῖν, sive δεύτερα λέγειν, τρίτα λέγειν. Sic ipse Menander alibi apud Stobaeum Tit. CIV.

Πράττει δ' ὁ κόλαξ ἄριστα πάντων· δεύτερα
Ὁ συκοφάντης, ὁ κακοήθης τρίτα λέγει.

Quo ex loco admoneri debuit Vir magnus, ne hic quicquam male sollicitaret: at ille contra et istum contaminavit, ut ibi (num. CCIV.) videbimus. Jam autem versu hic tertio, substituit Grotius *Ἡ δ' οἰκία ἐν ᾗ*, quod *malle se dicit, quam quod vulgo est Οἰκία δ' ἐν ᾗ*. At neutro modo versus constet, ut, qui aurem habet, facile sentiet. Locus integer sic erat reponendus,

Οἶκος δ', ἐν ᾧ τὰ πάντα πρωτεύει γυνή,
Οὐκ ἔστιν ὅστις πώποτ' οὐκ ἀπώλετο.

92 CCIII. p. 192. *Ἃ δὲ φύσις δέδωκεν αὐτῷ, ταῦτ' ἔχει.*

Dum haec exscribit Vir Cl. sono verborum deceptus est, neque sensit se versum corrupisse. Recte Stobaeus et Grotius, *ἃ δ' ἡ φύσις*.

CCIV. *Ὁ συκοφάντης, ὁ δὲ κακοήθης τὰ τρίτ' ἔχει* **).

Sic emendavi, ait Grotius, *cum vulgo esset*,

Ὁ συκοφάντης, ὁ κακοήθης τρίτα λέγει.

Quam belle viro magno processerit haec emendatio jam paullo ante vidimus num. CCII. Praeterquam autem, quod elegantem ex Scena metaphoram *τρίτα λέγειν*, sive τριτολογεῖν, male ejecit, praeterea et versum quoque strangulavit, illo δὲ perperam inserto. At vide et simul ride Viri

---

*) Rectius scripsisset φέρεσθαι, quamquam nec alterum illud sine exemplis est, ut putasse videtur Valcken. ad Herod. p. 727. 21. Astydamas apud Brunck. Anal. III. p. 329. *γλώσσης τερπνῆς πρῶτα δοκοῦσι φέρειν.* Epigramma apud Athen. p. 543. d. *Ἑλλήνων πρῶτα φέροντα τέχνης*. Choricius apud Fabric. B. G. Lib. V. p. 852. *τὰ πρῶτα φέρειν τῆς πόλεως*. Theophilus de Rhet. apud Fabric. l. c. Lib. VI. p. 648. *τὰ δευτερία (δευτερεῖα) φέρειν αἰσχύνεσθαι.*

**) Locus e *Θεοφορουμένῃ* petitus, ubi vide.

Unde hac Grotii conjectura judicium. *Optime*, inquit, *haec emendata et ingeniose, etiamsi sine libris.* Ain' tu? at posthac, si me audis, cavebis in rebus tibi prorsus incognitis sententiam tuam interponere.

CCV. p. 233. *Οἰκτρότατόν ἐςι πεῖραν ἐπὶ γήρως ὁδῷ* —

Ita ob versum emendarunt ἐπὶ γήρως ὁδῷ partim Scaliger, partim Grotius, cum apud Stobaeum sic exstet.

Οἰκτρότατόν ἐςι, πεῖραν ἐπὶ γήραος οὐδῷ.

Atqui judicio potius hic opus erat, quam ingenio. Numquam sane impetrabunt, ut ὁδὸς pro οὐδὸς in Comoedia locum habeat: etsi Sophocles Tragicus id usurpaverit, quanquam et ibi adhuc sub judicibus Grammaticis lis sit. Equidem sic existimo, Stobaeanam lectionem esse veram, et Menandrum consulto ab Iambis ad Hexametrum transiisse; dum notissima illa Homeri verba ἐπὶ γήραος οὐδῷ cum vulgari sermone miscere voluit. Sed de hoc, ut quisque vult, censeat.

CCVI. p. 210. *Οἴμοι τάλας ἔγωγε· ποῦ ποτε φρένες*
Ἡμῶν ἐκεῖνον ἦσαν ἐν τῷ σώματι
Τὸν χρόνον; οὐ μὲν ταῦτ' ἀλλ' ἐκεῖν' αἱρούμεθα.

Scias haec a Viro Cl. interpolata, ita et versus et sententia distorta est. Tamen inquit, *Tertio versu addidi* 93 *μὲν versus caussa, et scripsi ἐκεῖν' pro ἐκεῖνα.* Praeclarum sane facinus; quod vocalem, sequente alia, eliserit; unde veniam pulcre meritus est, quod versu primo πόθ' αἱ pro πότε legendum esse non viderit. Sed illud *μὲν versus gratia* additum esse quis sine cachinno legere possit? Scias enim, o θαυμάσιε, te ea ipsa particula addita Senarium confodisse. Grotius a recepta lectione mirum quantum recedit, qui sic versum constituit,

Τὸν καιρὸν, οὐ ταῦτ' ἀλλ' ἐκεῖν' αἱρουμένοις.

Quo posito, etiam ἡμῖν pro ἡμῶν emendari debuit. Sed his missis, veram potius emendationem dabo, quae sic habet,

Τὸν χρόνον, ὅτ' οὐ ταῦτ', ἀλλ' ἐκεῖν' ᾑρούμεθα,
Eo tempore, quo non haec, sed illa elegimus.

Haec quidem belle cohaerent: tua illa sunt fracta, et arena sine calce. Ceterum dic sodes cur toties Grotianas notas omittis, mihique singulas explorandi molestum onus imponis? siquidem in Praefatione *te notas Grotianas omnes subjecisse* disertis verbis affirmas. *An haec promissa fides est?* an forte taedio tibi erat tot pagellas ex-

cutere? Certe tu eo tempore Joannes Clericus eras, non Joannes Phereponus.

CCVII. *Μηδὲν πέπονθας δεινὸν, ἂν μὴ προσποιῇ* *).
— τί γάρ πρός σε ἐστὶν —
Ἂν μήτε σαρκὸς ἅπτηται μήτε ψυχῆς;

Prior versus a pluribus scriptoribus laudatur. Cetera Plutarchi videntur verba, non Menandri; quae tamen Vir Cl. ad Senariorum formam hic expressit; cum nullum fere versus vestigium prae se ferant. Si Menandri sunt, sic ille fortasse dederat,

— τί γὰρ πρὸς σ' ἐστὶν ὦ 'νόητε σύ,
Ἂν μήτε σαρκὸς, μήτε ψυχῆς ἅπτεται **);

CCVIII. *Νόμοις ἕπεσθαι τοῖς ἐγχωρίοις, καλόν.* ***)

Hoc ex Apostolio citat Vir Cl. qui Menandro adscribit. Sed miror tenerrimas Viri Clar. aures spondeo illo, qui praeter morem locum quartum occupat, non fuisse offensas. Non tulit hoc magnus Grotius, qui sic versum reformavit,

Νόμοις ἕπεσθαι τοῖσιν ἐγχώροις, καλόν.

Extat enim apud Stobaeum titulo De republica, et in posterioribus editionibus Sophocli tribuitur; in prioribus vero Menandro, et quidem rectius. Id ego hoc argumento colligere mihi videor. *Ἐγχωρίοις* sine dubio stare hic nequit; neque vero *ἐγχώροις* usquam legitur; quamquam ex ipso hoc loco Lexica quaedam citent: diu enim ante Grotium emendatio illa ferebatur. Quid igitur? sine dubio legendum,

Νόμοις ἕπεσθαι τοῖς ἐπιχωρίοις, καλόν.

Jam autem in Senario Menandri Comico facile admittitur Anapaestus in loco quarto; sed in Tragico Sophoclis non sine crimine reciperetur.

CCIX. p. 272. *Οὐχ ὅθεν ἀπολλύμεθα, σωθείημεν ἄν;*

Hoc ex Aristophanis Scholiaste habet Vir Clar. et in notis sic ex Artis Criticae penetralibus profatur, *Deest pes integer versui.* Quotiescumque miser de versus ratione hiscere audet, deridendum se propinat. Qui enim pes integer ei deest, quem una addita literula salvum praestat?

---

*) V. Sententias singulares ex Aldo.
**) At duplici haec correctio laborat vitio.
***) V. Sententias singulares.

Οὐχ ὅθεν ἀπολλύμεσθα, σωθεῖμεν ἄν.

Addit, hoc citari ad locum Aristophanis, in quo ostendit homines multa ab hostibus discere, quae non docent amici. Nescio equidem an Vir Cl. pro *hoste* me an potius, ut sum, pro *amico* habiturus sit, qui eum in hoc opusculo tam multa docui et deinceps docebo. In quibus illud, errare eum in hac ipsa citatione. Non enim ea occasione citatur hic locus a Scholiaste, sed prorsus contraria; ut cuivis videre licebit, cui is liber est ad manum. Unde sic erat vertendus versus,

Non possumus per eum servari, per quem perimus.

At Vir Cl. qui oculis luscitiosis Aristophanem inspexerat, ut verba obtorto collo quo volebat deflecteret, interrogatione addita sententiam pessumdedit.

CCX. p. 234. *Ταῖς ἀτυχίαις μήποτ' ἐπίχαιρε τῶν πέλας.*

Grotius ad locum: *Ita ob versum posui μήποτ' ἐπίχαιρε, cum apud Stobaeum esset μὴ ἐπίχαιρε.* Atqui et verius et numerosius sic reponendum erat,

Ταῖς ἀτυχίαισι μὴ 'πίχαιρε τῶν πέλας.

Sic et supra (p. 220.) lege:

Καὶ μὴ 'πίδηλον τὴν τύχην πολλοῖς ποιεῖν.

CCXI. p. 199. *Καὶ γὰρ ἐποδύρασθαί τι μὴ γελώμενον,*
Καὶ συναγανακτοῦντα ποτ' ἂν οἰκείως ὁρᾷν —

Versum secundum occulto veneno enecavit Vir Clar. dum ducem suum Grotium ausus est deserere, neque lectorem de ea re certiorem facit. Nam primo illud ἂν in hac oratione nullum locum habet; deinde et in constructione Soloecismus crassissimus est: neque enim παύεται active significat *facit desinere,* sed neutre *desinit, cessat, finem facit.* Lege igitur ut apud Stobaeum exstat. Ordo est, *Nam cum quisque videt se queri quid sine ludibrio, et amicos praesentes una secum indignari; tum maxime cessat ab aegritudine.*

CCXII. p. 219. *Χρεί' ἐστὶν ἰατροῦ, τῷ δὲ τὴν ψυχὴν φίλου —*

Quorsum hic anapaestus in secundo, cum Iambus prae foribus adstet? sine dubio sic dedit Poëta,

Χρεί' ἔστ' ἰατροῦ, τῷ δὲ τὴν ψυχὴν φίλου.

CCXIII. p. 193. *Εἶτ' οὐ δικαίως προσπεπατταλευμένον etc.*

Nonne merito pingunt Promethea clavis affixum ad rupes Caucasi? Et Lampas tantum, nihil aliud boni, ei sacratur? Quod omnes credo deos odisse, mulierum fin-

xit. Proh dii immortales, gentem impuram! uxoremne quisquam ducit? uxorem? Deinceps enim occultae ingruunt cupiditates, o Lache, et geniali lecto illudens adulter, et veneficia, et morborum gravissimus Invidia, quacum mulier vivit per omnem aetatem.

96 Locum hunc ex Luciano petitum non ex Grotii recensione, qui in omnibus hic erravit, sed ex nostra edidimus, una cum versione. Clar. Clericus nihil hic de suo adduxit, praeterquam quod γράφουσι, *pingunt*, ille erudite transtulit *scribunt*. Nihilne audiverat de Parrhasii tabula apud Senecam in controversiis? nihil de Euanthis apud Achillem Tatium? Versu secundo, Grotius sic interpolavit,

Τί γίνετ' αὐτῷ; λαμπάς, ἄλλο δ' οὐδὲν
Ἀγαθόν.
Quid ab eo repertum? Fax, et nihil boni praeterea.

Non recte haec accepit Vir Magnus: neque enim γίνεται *repertum est* Graecis umquam significat: neque *facem* reperit Prometheus, sed *ignem*. Sententia est, quam nos in versione expressimus, *Et nonne merito nihil boni ei obtigit, praeterquam Lampas?* ubi *Lampadem* accipe λαμπάδος ἀγῶνα *Lampadis certamen*, quod Athenis quotannis ἐν Προμηθείοις *in Promethei festo* celebrabatur. Vide accuratissimi Meursii Graeciam Feriatam in *ΛΑΜΠΑΣ* et *ΠΡΟΜΗΘΕΙΑ*; qui omnia eo spectantia ibi collegit, excepto hoc ipso Menandri loco. Ex his autem colligas, solam Lampadedromiam Prometheo institutam fuisse, nulla sacrificia *). Mox versu quinto apud Lucianum est *Γυναῖκας ἔπλασσεν*: unde Grotius refinxit, *Γυναῖκας ἐπλάσεν*: nos opinor melius *Γυναῖκ' ἔπλασσεν*: unicam enim formavit, non plures **). Idem versu quarto ὃ μισεῖν δ' οἶμ' *interposuisse*, δ' *ait ad sensus connexionem*. Atqui illud δὲ jam verum sensum, qui a me erutus est, impedit et corrumpit. Versus autem sequentes sic interpolavit,

Μάλ' ἄθλιος· λοιπὸν γὰρ αἱ 'πιθυμίαι
Γαμηλίῳ τε μοιχὸς ἐντρυφῶν λέχει.
Εἶτα δ' ἐπιβουλαί, φαρμακεῖαι καὶ νόσων

*) Aram tamen et templum Prometheo consecrata fuisse docuit Apollodorus. Vid. Tib. Hemst. ad Lucian. I. p. 197.

**) Duplex σ repugnat usui Atticorum. Quod plures non unam mulierem Prometheus h. l. formavisse dicitur, mihi quidem non urgendum videtur. Accedit Lucian. dial. deor. I. p. 204. Amst. ubi Juppiter Prometheum objurgans, καὶ τὸ πῦρ ἔκλεψας, inquit, καὶ τὰς γυναῖκας ἐδημιούργησας. Idem Prom. p. 187. τοὺς ἀνθρώπους ἀνέπλασας, πανουργότατα ζῶα, καὶ μάλιστά γε τὰς γυναῖκας.

Χαλεπώτατος φθόνος, μεθ᾽ οὗ ζῇ πάντα τὸν
Βίον γυνή.

Μάλ᾽ ἄθλιος dicit se dedisse pro *λάθριος*, *quod nullo sensu legebatur*. Sed veteres editiones habent *λαθριοι*; unde nos pro *καί*, *Λάχης* personam substituentes cetera omnia quam proxime ad vulgatam scripturam reformavimus. Illa tantum *εἶτ᾽ ἐπιβουλαί* prorsus ejecimus: quia et metro obsisterent, et impedirent, quo minus oratio per Senarium clauderetur. Nam inconcinne prorsus Grotium postrema illa cum cauda protraxisse, res ipsa clamat. Sed nihil magis doleo, quam in soloecismum incidisse *τὸν πάνυ*; qui *νόσων χαλεπώτατος φθόνος* ex conjectura edidit: hoc enim perinde est, ac si Latine diceres *Gravissima morborum invidia*.

CCXIV. p. 195. *Πάντες μὲν οἱ Θρᾶκες, μάλιστα δ᾽ οἱ Γέται* etc.

Vir Cl. in versu quarto facinus longe mirificissimum 97
edidit, et sine dubio apud seros nepotes memorabile futurum. Grotius ad hunc modum refinxerat.

Ἐσμέν· γαμεῖ γὰρ εἷς τις ἡμῶν ἢ δέκ᾽ ἢ
Ἕνδεκα γυναῖκας.

Perperam quidem ille: qui *Ἐσμὲν· γαμεῖ*, etc. in unum versum concluserit; cum ipse Strabo diserte narret, Menandrum *ὑποβάντα μικρὸν*, *paucis post Ἐσμὲν interjectis*, cetera illa subjunxisse. Melius ergo Casaubonus Salmasiusque novum versum hic inchoabant hoc modo:

Γαμεῖ γὰρ ἡμῶν οὐδεεὶς εἰ μὴ δέκ᾽ ἤ.

At Vir Cl. qui Salmasii emendationes hic sequi profitetur, nihil prorsus sentiens, et neque digitos neque aurem in consilium adhibens, utrumque una coagmentavit, et Senarium nobis formavit cum pedibus septenis;

Ἐσμέν· γαμεῖ γὰρ ἡμῶν οὐδεεὶς εἰ μὴ δέκ᾽ ἤ.

Adeste, adeste, quotquot estis *ἀλεξίκακοι*: nam quis tale ostentum procurare atque expiare poterit? Nihil profecto, nisi nova Fragmentorum editio, hoc monstrum averruncassit. Jam autem in versu septimo, illud *καταστροφή τις*, ut apud Strabonem extat, quod per duo saecula crucem eruditis fixit, quibus tandem machinis amoliemur? Casaubonus *vocem corruptam esse et emendandam* dixisse contentus, intactam in medio reliquit. Grotius sic tentavit, *Κἀποστρέφῃ τις et si desinat quis*: at neque *ἀποστρέφειν* est *desipere*, neque *τις* his locum habet, neque totum hoc sententiae quicquam confert. Salmasius aliam viam instituens *Καταστρέφῃ τις*, *moriatur quis*, corrigere voluit,

Cui emendationi album calculum, quanticumque est, adjicit Vir Clar. Atqui et haec interpolatio iisdem fere incommodis, quibus Grotiana, premitur. Quorsum enim illud *τὶς*, quod, cum de certa persona prius agatur, omnino hic ineptum est? Ubi vero conjunctio est, ad sententiam connectendam necessaria? Quo autem *si moriatur?* quasi non et *vivus* ob uxorum paucitatem male audiebat? Repudiatis igitur his, quae neque caelum neque terram tangunt, sed ad vulgatam duntaxat scripturam serviliter et sine sensu appropinquant; ecce tibi emendationem, praefiscine dixerim, adeo claram et certam et ex ipsa sententia natam,

Ut contra siquis censeat, nil sentiat.

Lege igitur,

Ἀναφρόδιτος, ἀνυμέναιος, ἄθλιος.

Ἀναφρόδιτος a venere abhorrens, invenustus. Ita apud
98 Plutarchum De adulatore ab amico dignoscendo, *uxores castas et pudicas tamquam ἀναφροδίτους καὶ ἀγροίκους homines nequam traducebant.* Quid jam videtur? Ex *ἀναφρόδιτος* librarii oscitatione natum est *καταστροφή τις.* Videsne literarum ductus et erroris facilitatem? Sententia jam qualis? Certe si de hoc dubitare audes, tota tibi Ars Critica erit abjuranda.

CCXV. p. 236. *Λουσάμενοι εἰ λογάρια δειπνοῦμεν, μικρὰς*
Οὐκ ἂν τιθείην συμβολὰς ἀκροώμενος.

Ex Athenaeo hoc citat Grotius, loco non indicato; quem Vir Cl. frustra ex indicibus quaesivit. Mihi quidem in extemporali hac opella non vacat nunc locum investigare. Interea video versum priorem inconcinne hiantem: et, cum Vir magnus in notis dixerit, apud Athenaeum esse *εἰ λουσάμενος*, et *μικρὰς τίθημι συμβολάς*, ita versus constituendos esse suspicor,

Εἰ λουσάμενοι λογάρια δειπνοῦμεν, φίλοι,
Μικρὰς τίθημι συμβολὰς ἀκροώμενος.

Arguta sane sententia: sed ubi animus erat Viro Cl. cum *ἀκροώμενος* passive vertit *audiar?* in quo et sensum et magistrum destituit. Grotius enim recte,

— satis Ego audiendo *symbolarum conferam.*

CCXVI. p. 188. *Ὃν τ' ἔτικτεν ἡ μήτηρ, ἐφ' ᾧ γε διατελεῖν*
Πράττοντ' ἃ βούλοι, καὶ διευτυχεῖν ἀεί, etc.

Agnosco hic eruditam Viri Cl. manum. Numquam enim Grotius versum secundum a pede Cretico inchoasset. Hoc solis Goralis licet, supra humilem reliquorum

sortem longe evectis. Ingeniose quoque βούλοι reposuit pro vulgato βούλει: cum proletarius aliquis Grammaticus, in modo potentiali βούλοιο potius formavisset. Grotius quoque nescio quare διευτυχεῖν reposuit pro διευτυχῶν. Lege totum locum, ut jam per duo saecula apud Plutarchum extitit. — Mox versibus postremis, 99

> Ἀγαθά, τὰ νῦν δ' ἔτ' ἐςὶ μέτριά σοι κακά:
> Ὡς ἀνὰ μέσον πού καὶ τὸ νῦν λυποῦν φέρε.

Haec quoque interpolata sunt a Viro magno; tu lege,

> Ἀγαθά, τὰ νυνὶ δ' ἔςι μέτριά σοι κακά,
> Ὡς τἀναμέσον που καὶ τὸ λοιπὸν εὖ φέρε.
> *Ut intermedium quondam* tulisti, *etiam reliquum bene feras* *).

Ut τὸ ἀναμέσον, ita et τὸ λοιπόν. Ita prorsus editio Aldina: nisi quod pro νῦν versus gratia νυνί, pro φέρε reposuimus εὖ φέρε.

CCXVII. p. 237. Οὐ δυνάμενός τις ζῆν καλῶς, οὐ ζῇ κακῶς.

Illud τις, quod a Grotio est, nullam venerem hic habet. Quanto elegantius est, quod et Strabo et Stephanus Byzantius habet. Equidem Grotium hoc non data opera, sed casu quodam immutasse crediderim: culpa igitur in Virum Clar. recidit, qui veram lectionem apud auctores suos viderit, neque tamen pro elegantia sua agnovit.

CCXVIII. p. 203. — κακὸν γὰρ δαίμον' οὐ νομιςέον
Εἶναι, βίον βλάπτοντα χρηςόν. —
— ἅπαντα δ' ἀγαθὸν εἶναι τὸν θεόν.

Ita constituendus erat hic locus: quaedam enim apud Menandrum intervenisse inter χρηςὸν et ἅπαντα, Clemens ipse testis est. At Grotius male illa conjunxit; hoc modo,

> Εἶναι, βίον βλάπτοντα χρηςόν· πάντα γὰρ
> Δεῖ ἀγαθὸν εἶναι τὸν θεόν.

Ubi Grotio id vitio vertas, quod δεῖ ἀγαθὸν insuavibus numeris posuit; Clerico vero, quod nihil sentiens τὸν in priorem versum intrusit, Εἶναι τὸν βίον βλάπτοντα etc. et reluctantem versum Herculeis suis lacertis strangulavit, laudes et ἐπινίκιον canendum est.

CCXIX. p. 217. — ὑπερήφανόν που ἡ λίαν τρυφή —
Εἰς ἕτερον ἦθος, οὐκ ἐν τῷ πρόσθεν ἦν.

Hic locus e Stobaeo adductus jam supra citatus est. Atque ibi quidem recte legitur et integre,

> Ὑπερήφανόν πού γίνεθ' ἡ λίαν τρυφή,

---

*) At που non est *quondam*.

et versu ultimo, *ἐν ᾧ τὸ πρόσθεν ἦν*. Hic autem uterque versus crurifragio mactatur. Ignosceremus Viro Cl. quod semel iterumque dormitaverit, et cramben suam bis apposuerit; si modo non per totum opus gravedine ac veterno laborasse videretur.

100 CCXX. p. 205. *Οὐκ ἐκ ποτῶν καὶ τῆς καθ' ἡμέραν τροφῆς*, etc.

Lege, ut apud Plutarchum extat, *τῆς καθ' ἡμέραν τρυφῆς luxu quotidiano*, non *τροφῆς cibo:* hoc enim sententiam falsam efficit. Et crediderim equidem typographi erratum esse, non Grotii; quia nihil, ut solet, in annotationibus nos admonet. At Vir Cl. secure hoc admisit, nihil magis persentiscens,

Quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes.

CCXXI. p. 257. *Οὐδεὶς ἀγαπῶν αὐτὸς ἀμελεῖθ' ἡδέως.*

Recte hic ex Gatakero [Opp. Posth. p. 544.] castigat Grotium Vir Cl. quod pro *αὐτὸς* reposuerit *ἑαυτόν*. At idem turpissime se dat, cum, Gatakero relicto, qui ex libro Plutarchi *Περὶ πολυφιλίας* sic recte dederat,

Οὐδεὶς γὰρ ἀγαπῶν αὐτὸς ἀμελεῖθ' ἡδέως,

ipse sublato illo *γὰρ* versum misere enecavit. Nec vero culpae est immunis praestantissimus Gatakerus; ubi Grotium clementer reprehendens, quod eundem versiculum bis posuerat paullum immutatum, et inter *Menandriana*, et inter Adespota,

Οὐδεὶς ἀγαπῶν ἑαυτὸν ἀμελεῖθ' ἡδέως,

et

Ἀγαπῶν ἑαυτὸν οὐδεὶς ἀμελεῖθ' ἡδέως,

In priore, inquit, *et dicti gratiam et modulum corrupit; in posteriore metri quidem modulique rationem propius servavit, sensum nihilo minus violavit.* Immo contra, Vir optime, in priore metrum constat, in posteriore corrumpitur. Quippe in loco secundo anapaestus commode stare potest, in quarto dactylus nequaquam.

CCXXII. *Τὸν καιρὸν, οὐ ταῦτ' ἀλλ' ἐκεῖν' αἱρούμεθα.*

Haec mendosa sunt: sed cum Vir Cl. haec supra attulerit num. 177. eo lectorem ablegabimus.

CCXXIII. p. 249. — *οὐκ ἄρα*
Ἡμῶν ἐφρόντισέν τις, ἢ μόνος θεός.

Grotius ad locum; *Apud Theophilum legitur*, *Οὐκ ἄρα φροντίζει τις ἡμῶν ἢ μόνος Θεός.* Quid ergo opus tanta

sortem longe evectis. Ingeniose quoque βοῦλοι reposuit pro vulgato βούλει: cum proletarius aliquis Grammaticus, in modo potentiali βούλοιο potius formavisset. Grotius quoque nescio quare διευτυχεῖν reposuit pro διευτυχῶν. Lege totum locum, ut jam per duo saecula apud Plutarchum extitit. — Mox versibus postremis, 99

Ἀγαθὰ, τὰ νῦν δ᾽ ἔτ᾽ ἐςὶ μέτριά σοι κακά:
Ὡς ἀνὰ μέσον πού καὶ τὸ νῦν λυποῦν φέρε.

Haec quoque interpolata sunt a Viro magno; tu lege,

Ἀγαθὰ, τὰ νυνὶ δ᾽ ἔςι μέτριά σοι κακά,
Ὡς τἀναμέσον που καὶ τὸ λοιπὸν εὖ φέρε.
Ut intermedium quondam tulisti, *etiam reliquum bene feras* *).

Ut τὸ ἀναμέσον, ita et τὸ λοιπὸν. Ita prorsus editio Aldina: nisi quod pro νῦν versus gratia νυνὶ, pro φέρε reposuimus εὖ φέρε.

CCXVII. p. 237. *Οὐ δυνάμενός τις ζῆν καλῶς, οὐ ζῇ κακῶς.*

Illud τις, quod a Grotio est, nullam venerem hic habet. Quanto elegantius est, quod et Strabo et Stephanus Byzantius habet. Equidem Grotium hoc non data opera, sed casu quodam immutasse crediderim: culpa igitur in Virum Clar. recidit, qui veram lectionem apud auctores suos viderit, neque tamen pro elegantia sua agnovit.

CCXVIII. p. 203. *— κακὸν γὰρ δαίμον᾽ οὐ νομιςέον*
Εἶναι, βίον βλάπτοντα χρηςόν. —
— ἅπαντα δ᾽ ἀγαθὸν εἶναι τὸν θεόν.

Ita constituendus erat hic locus: quaedam enim apud Menandrum intervenisse inter χρηςὸν et ἅπαντα, Clemens ipse testis est. At Grotius male illa conjunxit; hoc modo,

Εἶναι, βίον βλάπτοντα χρηςόν· πάντα γὰρ
Δεῖ ἀγαθὸν εἶναι τὸν θεόν.

Ubi Grotio id vitio vertas; quod δεῖ ἀγαθὸν insuavibus numeris posuit; Clerico vero, quod nihil sentiens τὸν in priorem versum intrusit, *Εἶναι τὸν βίον βλάπτοντα* etc. et reluctantem versum Herculeis suis lacertis strangulavit, laudes et ἐπινίκιον canendum est.

CCXIX. p. 217. *— ὑπερήφανόν που ἡ λίαν τρυφή —*
Εἰς ἕτερον ἦθος, οὐκ ἐν τῷ πρόσθεν ἦν.

Hic locus e Stobaeo adductus jam supra citatus est. Atque ibi quidem recte legitur et integre,

Ὑπερήφανόν πού γίνεθ᾽ ἡ λίαν τρυφή,

---

*) At που non est *quondam*.

— λανθάνει *) τὰ πράγματα
Τοὺς λέγειν ἡμῶν ὀκνοῦντας τὰς ἀληθείας ἀεὶ
Τοῖς ἀναγκαίοις.
— *Res latent*
Eos ex nobis, qui veremur vera semper dicere
Ad necessarios nostros

Versus sunt Trochaici; quos cum Grotius non subodoraretur, sed Senarios hinc excudere vellet, omnia miris modis conturbavit, et Scholiastae quoque verba Menandro impegit. Ceterum aut apud Scholiastem legendum est; λέγειν τὰ ἀληθῆ pro τὰ ἀναγκαῖα; aut ille perperam accepit τοῖς ἀναγκαίοις genere neutro; cum Menander ibi vellet ἀναγκαίους *necessarios, amicos, sodales.*

102 CCXXVI. p. 310. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἡδὺ ἀνθρώποις ἔφυ,
Ὡς τὸ λαλεῖν τἀλλότρια.

Haec Grotius fabricatus est ex illis Nazianzeni: Οὐδὲν γὰρ κατὰ Μένανδρον οὕτως ἡδὺ ἀνθρώποις, ὡς τὸ λαλεῖν τἀλλότρια. Sed prior ille versus deformiter hiat, et Menandro indignus est: in posteriore Ionicum illud λαλέειν ne ferendum quidem est in Comoedia Attica. Nimirum Poëtae sententiam suis opinor verbis expressit Gregorius: quam si versu comprehendere vellem, ad hunc modum efformarem,

Ἥδιον οὐδὲν, ἢ τὸ τἀλλότρια λαλεῖν.

CCXXVII. p. 248. Ἀρχὴ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποις κακῶν
Τά γ' ἀγαθὰ λίαν δυσκολαίνουσιν πέλει.

Mira sane sententia: quis enim τοῖς ἀγαθοῖς δυσκολαίνει, *rebus suis bonis indignatur, et moleste eas fert?* sed est Grotii hoc παράδοξον, non Menandri. Sic enim Plutarchi verba habent De communibus notionibus contra Stoïcos pag. 1976. Ed. Steph. Οὐ μὴν ἐνταῦθα τὸ δεινότατόν ἐστιν, ἀλλὰ Μενάνδρῳ μὲν εἰπόντι θεατρικῶς,

Ἀρχὴ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποις κακῶν
Τἀ λίαν ἀγαθὰ,

δυσκολαίνουσι (τοῦτο γὰρ εἶναι παρὰ τὴν ἔννοιαν) αὐτοὶ δὲ τῶν κακῶν ἀρχὴν ἀγαθὸν ὄντα τὸν θεὸν ποιοῦσιν. Ubi sole meridiano clarius est, illud δυσκολαίνουσι Plutarchi verbum esse, non Poëtae; et pro nominativo *Stoïcos* hic subintelligi. Quod cum olim vere animadvertisset eruditissimus Gatakerus Miscell. Posth. cap. IX. Vir tamen Cl.

Cum

*) Λανθάνει perspicue exhibet Flor. 6. apud Matthiaeum.

Cum Gatakero, inquit, *non sentio, dicente δυσκολαίνουσιν esse Plutarchi, non Menandri.* Tune hoc non sentis Cratetis jecusculum? posthac itaque non sentias picem esse nigram, aut nivem candidam. Ubi tibi mens erat, cum sic judicares? At cum jocante Gatakero tu serius sensisti, et mutilo Grotii Senario post *δυσκολαίνουσιν* ex Gatakeri sententia *πέλει* addidisti: aeque utrobique infelix, et cum dissentis, et cum una sentis. Nam illud *πέλει* Poëticum vocabulum in sermone communi et Scena Attica nullum locum habere potest.

CCXXVIII. p. 20. — *αἱ* 103

Κυΐσκουσαι ἐπικαλεῖσθε μὲν τὴν Ἄρτεμιν
Ἀξιοῦσθαι συγγνώμης [ἀπό γε Θεᾶς] ὅτι
Διεκορήθητε. —

Haec quidem, si auferas illud *μὲν* et *ἀπό γε θεᾶς*, apud Theocriti Scholiastem Menandro adscribuntur. At falso, opinor; cum nullum in his metri vestigium extet. Quid autem Viro Cl. precemur, qui pauculis illis insertis se bellos Senarios confecisse autumavit? quid, nisi ut tam lepidus Musicae magister cum noctuis et bubonibus perpetuo cantitet.

CCXXIX. p. 306. *Πλανᾶτ' ἐκεῖνος, καὶ φρένας κούφας ἔχει.*

Apud Clementem, inquit Grotius, *est Πεπλάνητ'.* Adde, et apud Eusebium. Cur autem mutavit vir magnus? an quia credidit *πλανῶμαι* primam syllabam producere? atqui in eo falsus est. Revoca igitur lectionem pristinam, *Πεπλάνητ' ἐκεῖνος.*

CCXXX. p. 238. *Πόρον ἔχεις, εἰ δὲ μὴ, νενόηκ' ἐγώ.*

Iterum Artem suam ostentat Vir Cl. qui pro integro Senario hunc nobis venditat; cui tamen unus pes deficit. O mirum Artificem, qui alias septenis pedibus Iambos fabricatur, alias quinis! Videtur mihi Personae nomen excidisse;

Σίμων, πόρον ἔχεις· εἰ δὲ μὴ, νενόηκ' ἐγώ.

CCXXXI. p. 249. *Χρηστά με λέγονθ' ἃ οὐκ ἐποίησεν προσδοκᾷς.*

Vir Clarissimus in Notis, *Pro λέγοντα apud Priscianum maluimus scribere λέγονθ' ἃ exigua mutatione, et sensu meliore.* Quid tu *malis* aut nolis parum Menandri
interest: nam ne unico, quantum memini, loco veram ei 104
medicinam adhibuisti. Vel hic, quam numerose versum tornavit, qui *ἃ οὐκ* pro Iambo obtrudit? Desine vero fal-

sos Senarios nobis confingere, et unum potius verum edisce,

Quam quisque novit artem, in hac se exerceat.

Apud Priscianum verba sic habent: *Μένανδρος. Μέμφομαί σοι τοῦθ᾽ ὅτι χρηςά με λέγοντα οὐκ ἐποίησεν προσδοκᾷς*: in quibus Trochaïcum reperisse sibi visus est Grotius, quem ad hunc modum constituit,

Μέμψομαί σοι τοῦθ᾽ ὅτι χρησὰ σοί με λέγοντ᾽ οὐ προσδοκᾷς.

Atqui bis in ignoratae artis crimen incidit Vir eximius. Prior enim pars Ditrochaei non admittit Dactylum, qui bis hic in illis locis comparet, *τοῦθ᾽ ὅτι* et *σοί με λέ.* Equidem vel primo conspectu veram lectionem agnovi, mutatione minima,

— Μέμφομαί σοι τοῦθ᾽, ὅτι
Χρηστά με λέγοντ᾽ οὐκ εὖ ποιήσειν προὐδόκᾳς.

Hoc certe nos *maluimus*, et *sensu* ni fallimur *meliore*: qualis enim ille sit, quem Vir Cl. commendat, vix videor intelligere. Illud clarius intelligo, perperam eum fecisse, cum clanculum pro more suo *μέμψομαί σε* edidit pro *μέμφομαί σοι*: quasi vero *μέμφομαι* geminum accusativum personae et rei regere posset.

CCXXXII. p. 278. *Ἐγὼ γὰρ ἀνθρώπους ῥινῶν φάτνην ἔχω*
Αὐτοὺς ἐκείνους. —

Verba Aeliani: *Καὶ ὁ μὲν τοῦ Μενάνδρου Θήρων μέγα φρονεῖ, ὅτι ῥινῶν ἀνθρώπους φάτνην αὐτοὺς ἐκείνους εἶχεν*, hoc est, *Et Menandri quidem ille Theron gloriatur, se homines decipientem eos ipsos pro praesepi habere.* Ex his Senarios illos conficiebat Grotius; sed perperam proculdubio, cum *ῥινῶν* ibi correpta priore inducat: quod tamen, cum teste Eustathio *ἀπὸ τῆς ῥινὸς naso* derivetur, eam syllabam producit. Nimirum sententiam Menandri, non verba, Aelianus protulit; et huc spectare credo quae Eustathius ex nostro citat, *ἔγωγ᾽ ἐπίςαμαι ῥινᾷν*, *Ego scio decipere et naribus ducere*; quae hic infra habes. Sunt Parasiti *gloriantis* verba.

CCXXXIII. p. 204. *Καὶ μεταχάρασσον τὴν μὲν ἀνδρίαν μελῶν*
Εἰς ἀπρεπὲς, τὸ δὲ τάχος εἰς ὄκνον πολύν.

Ἀνδρείαν in primo versu emendavit Dan. Heinsius: in secundo et ob versum et orationem repone,

Εἰς τἀπρεπὲς, τὸ δὲ τάχος εἰς ὄκνον πολύν.

106 CCXXXIV. p. 240. *Δούλῳ γενομένῳ, δοῦλε, δουλεύειν φοβοῦ —*

Ita corrigebat Dan Heinsius; cui Grotius adplaudit. Sed cum codex Scriptus habuerit, *Δουλογενεῖ δὲ, δοῦλε, δουλεύων*, equidem sic potius legerim,

Δουληγενεῖ δὲ, δοῦλε, δουλεύων φοβοῦ.
O serve, qui servo nato servis, metue.

Δουληγενὴς, ut *μοιρηγενής*. Ceterum haec Tragici cujusdam videntur, non Menandri: sed interdum et Comoedia vocem tollit, cothurnoque inambulat.

CCXXXV. p. 205. *Ψυχῆς γὰρ οὗτος μόνος ἔχει ἰάματα.*

Ob versum hiantem repone, *ταἰάματα*, id est, *τὰ ἰάματα*, ut *θοἰμάτιον*, *θαἰμάτια*.

CCXXXVI. p. 203. *Αἰτοῦ παρὰ θεοῦ, ἀλλὰ μακροθυμίαν* etc.

In his plura adversus metrum peccant, quae miror Grotium praeterisse. Lege,

Αἰτοῦ παρὰ θεῶν, ἀλλὰ μακροθυμίαν.
Ὅταν δ᾽ ἄλυπος διατέλους εἶναι θέλῃς,
Ἢ δεῖ θεόν σε γεγονέν᾽, ἢ τάχα δὴ νεκρόν.

CCXXXVII. p. 244. *Ὁ λοιδορῶν τὸν πατέρα, δυσφημεῖ λόγῳ,*
Τὴν εἰς τὸ θεῖον δὲ μελετᾷ βλασφημίαν.

Hoc δὲ recte a Dan. Heinsio additum pronuntiat Grotius. Ego aliter censeo; neque enim in priore versu ulla sententia commoda est. Vide, quanto nos rotundius et elegantius corrigimus,

Ὁ λοιδορῶν τὸν πατέρα δυσφήμῳ λόγῳ
Τὴν εἰς τὸ θεῖον ἐκμελετᾷ βλασφημίαν.

Egregia sententia: Qui semel in parentes impius est, is 106
porro in Deos impius futurus est.

CCXXXVIII. p. 208. *Διονυσίων γὰρ ἦν πομπὴ, οὗτος δέ μοι*
Τότ᾽ ἠκολούθησεν μέχρι τοῦ πρὸς τὴν θύραν.
Φοιτῶν τε καὶ κολακεύων τὴν μητέρα.

Quousque tandem Vir Clar. cum claudicantibus et suffraginosis suis Senariis risum nobis excitabit? At audite, quam rationem operae suae reddat: *In primo, ait, versu supplevi γὰρ, et in secundo τότ᾽: quia utrique versui pes unus deerat.* Si unus pes singulis defuit, quomodo *γὰρ* et *τότ᾽* addita defectum duorum pedum supplere potuerint? An tuorum Iamborum pedes unica syllaba constant? Sed numquam magis festivus est, quam ubi de versuum ratione loquitur: ergo habeamus potius gratiam, quam irascamur. Verba apud Hermogenem sic extant: *ὡς παρὰ τῷ Μενάνδρῳ. Διονυσίων ἦν πομπή· ὁ δέ μοι ἠκολούθησε μέχρι τοῦ πρὸς τὴν θύραν. ἔπειτα φοιτῶν καὶ*

κολακεύων τὴν μητέρα, ἔγνω με. Ubi vides, opinor, praeter illa tua *γὰρ* et *τότ'*, etiam *οὗτος* te interpolasse, et *ἔπειτα*, prorsus ejecisse. Jam autem, si ego tibi, cum haec scriberes, prope cubitum adstitissem; auctor tibi fuissem, ut ad hunc modum versus hos digereres,

— πομπὴ γὰρ ἦν Διονυσίων,
Ὁ δέ μ' ἠκολούθησε μέχρι τοῦ πρὸς τὴν θύραν.
Ἔπειτα φοιτῶν καὶ κολακεύων μητέρα,
Ἔγνω με.

Hi utique Senarii sunt; at tui illi, excepto medio, ita titubant, et vacillant, quasi poplites iis succidisses.

CCXXXIX. p. 255. *Ἀλλ' ἐψόφει καί τις τὴν θύραν ἐξιών.*

Apage vero tam lutulentum Senarium: qui, si nescis, bis adversus metrum peccat. Pro *ἐψόφει καὶ* Scholiastes Aristophanis habet *ἐψόφηκε.* Unde rectissime Kusterus tuus sic versum reposuit,

Ἀλλ' ἐψόφηκε τὴν θύραν τις ἐξιών.

At tu harum rerum ignarissimus Viro Eruditissimo recte monenti obtemperare noluisti. Nullum quippe *κριτήριον* tibi erat, quo vera an falsa dixerit ille, posses internoscere. Neque adeo me fortassis audies, cum tot tibi emendationes, a te frustra tentatas, gratis subministro.

167 CCXL. p. 256. *— Ποτήριον*
Τράπεζαν, ἁρπαγὴν, καὶ δεύτερον κάδον.

Facile quis divinaverit illud *καὶ*, quo versus suffocatur, a Viro Cl. profectum esse: Ammonius enim non agnoscit. Si *δεύτερον* potius ejecisset, quam inepte intrusisset *καὶ*; exiret Iambus rotundissimus.

CCXLI. p. 256. *Οὐχ οὗτος ἱππόκαμπός ἐν αἰθέρι;*

Atqui hoc ex Nonio, si sic disposueris, neque Senarii membrum esse poterit, neque ullius versus. Quam facile erat emendasse, si vere scivisses, quod scire te credidisti,

Οὐχ οὗτος ἱππόκαμπός ἐστ' ἐν αἰθέρι;

CCXLII. p. 256. *Μαρτύρομαι τὸν Ἀπόλλω τοῦτον καὶ τὰς θύρας.*

An hunc quoque pro Senario nobis venditat Vir Cl.? O solum, quem Musae diligunt, cui talia domi nascuntur! Apud Suidam quidem sic locus extat; sed cum in voce *Ναὶ* hoc citatur, nihilque adeo hic sit, quod ullo modo ad *Ναὶ* spectet, crediderim corrupta esse verba, et hoc modo emendanda:

Μαρτύρομαι 'γὼ, ναὶ τὸν Ἀπόλλω τουτονὶ,
Ναὶ τὰς θύρας. —

CCXLIII. p. 257. Ἐν γάρ τι τούτων τῶν τριῶν ἔχει κακῶν.

Elegantior ea lectio est, quam in Indice v. Τῶν τριῶν ex Photii lexico inedito citat Vir Cl., κακόν.

CCXLIV. p. 273. *Οἶδ' ὅτι ποίησον* —

Inepta haec scriptura est, et ne Graeca quidem. Vera lectio est, *Οἶσθ' ὅτι ποίησον, Scis quid facies.* Ratio autem constructionis est, quia inverso ordine est accipiendum, *Fac scis quid:* ut Latini dicunt *Faciam nescio quid.*

CCXLV. p. 260. *Παρ' αὐτὸν ἴσα βαίν' ἑταίρα πολυτελής.* 108
Juxta eum incedit paria *ambulans* sumtuosa amica.

Vir Clar. ad locum, *Ut versus*, inquit, *constaret, sic verba disposui: nam apud Harpocrationem, Suidam, et Photium MS. erat ἴσα βαίνουσα.* Ain' vero? *ut versus constaret,* tres simul parietes una fidelia dealbasti? quid benignius? Quam vellem, in cubiculo tuo essem, ut demulcerem tibi caput, ita Vir comis et lepidus es. Verum illud perquam incommode accidit, quod dum versui, qui absque te esset recte se haberet, consulere studes, duplici eum infortunio mactasti. *Ἴσα* enim, cujus priorem syllabam tu hic producis, apud Comicos semper eam brevem habet *): ει autem in βαίνει numquam elidi poterit, quantumcumque tu sudes et aestues. Quamobrem, si me audis, in secunda tua Editione, ubi tribus illis Scriptoribus satisfeceris, sic repone, ut illi exhibent,

Παρ' αὐτὸν ἴσα βαίνουσ' ἑταίρα πολυτελής.

CCXLVI. p. 259. *Ὁρᾷς, ἀκαρὴς παραπόλωλας ἀρτίως.*
Vides te momento temporis funditus periisse.

Ita quidem Etymologici auctor, ut nunc habetur: pro Senario tamen hunc recipiemus, quasi *ἀκαρὴς* secundam produceret? minime gentium. Proinde aut hoc modo repone,

Ὁρᾷς; ἐν ἀκαρεῖ παραπόλωλας ἀρτίως.

Aut alio non dissimili.

CCXLVII. p. 259. — *μικροῦ*
Μὲν ἀῤῥαβῶν' εὐθύς μ' ἔπεισε καταβαλεῖν.

In his verbis digerendis metrum quidem servavit Vir Cl. sed in aliud vitium incidit, cum a particula *μὲν* ver-

---

*) Ejus rei immemor fuit ipse vir summus in Epist. ad Hemst. p. 71: ubi Hermippi locus vix littera mutata ita exhibendus erat: *ἔχοντες ἴσον ἀσπίδιον ὀγκίῳ.* Est senarius ultimo pede truncatus.

sum ordiatur. Cujus culpae affinis est ὁ πάνυ Grotius, qui a γὰρ et, si bene memini, δὲ versus inchoavit. Ut verbo dicam; vocabula illa, quae ὑποτακτικὰ Graeci magistri appellant, quaeque sententiam inchoare nequeunt, ut μὲν, γὰρ, δὲ, οὖν, που, et similia, ea neque versum inchoare possunt. Hoc verum esse studiosi experimento scient. Lege igitur, ut Trochaïcus sit,

Καὶ μικροῦ μὲν ἀῤῥαβῶνά μ' ἔπεισεν εὐθὺς καταβαλεῖν.

Cur enim verborum seriem invertebat Vir Cl. nulla necessitate?

CCXLVIII. p. 258. *Ἐκάθηντ' ἐπὶ δίφρου μήτηρ τε καὶ παρθένος.*

Ita auctor Etymologici. At qui ullum Senarii sen-
109 sum habet, hunc nullum esse statim agnoscet. Sic igitur verba diducenda sunt,

— ἐκάθηντ' ἐπὶ δίφρου
Μήτηρ τε καὶ παρθένος. —

vel versu unico *Ἐκάθηντ' ἐπὶ δίφρου μήτερες καὶ παρθένοι.*

CCXLVIIII. p. 258. *Δεδράμηκα δρόμον οἷον οὐδεὶς πώποτε.*

Hinc quoque, opinor, *ut versus constaret*, Vir Cl. clanculum tulit σοι. At posthac, si sapit, abstinebit illos ungues, qui omnia, quaecunque tangunt, foede contaminant. Revocandum illud σοι, quod apud Etymologum est, ut versus recto talo incedat.

CCL. p. 263. *Γὰρ ἡ 'ταίρα καὶ διαφανὲς χιτώνιον.*

Adducit hoc Eustathius, ut probet Menandro auctore χιτωνάριον dici. At homo suavis, *ut versus constaret*, χιτώνιον nobis clam supposuit; plane in auctoris sui frontem arietans. Quid profuit autem, semel jam dixisse, a γὰρ et similibus ὑποτακτικοῖς non posse versum inchoari? *Ecce iterum Crispinus*; et fortasse posthac denuo eadem chorda oberrabit. Neque vero sensit, cum illud 'ταίρα in loco secundo posuit, se Senario suo suffragines incidisse. At ostendam tibi jam quanti sit, in Arte Metrica, quae tuae *Artis Criticae* non minima pars esse debet, mediocriter versatum esse. *Αι* opinor pro ε in MSS. usu venire saepe audivisti. Lege igitur sine dubio.

Αἰλουμένη γὰρ ἡ 'τέρα καὶ διαφανὲς
Χιτωνάριον ἔχουσα, —

CCLI. p. 258. *— δεῖ γὰρ ἢ*
Πλουτεῖν ὅπως με μάρτυρας πολλοὺς ἔχειν
Τοὺς ὁρῶντας.

Vir Cl. pro summa sua eruditione, quot pedes Sena-
rias habeat probe intelligit; qui vero aut quantus sit Tro-
chaïcus ne fando quidem videtur audivisse. Nam perce-
pisset utique τοὺς ὁρῶντας Trochaïci principium esse, non
Iambi. Sic igitur digere,

Δεῖ γὰρ ἢ πλουτεῖν, ὅπως μὴ μάρτυρας πολλοὺς ἔχειν 110
Τοὺς ὁρῶντας. —

Et lege, inquam, ὅπὼς μὴ, *ut non habeam*, cum editione Veneta: male enim Heinsiana ὅπως μ᾽ ἤ. Cur autem hic Vir Cl. sententiam plane invertit? Poëta enim divitias hic optat sine testibus.

PHILEMONIS RELIQUIAE.

ΑΓΡΟΙΚΟΣ.

CCLII. p. 403. *Διαφέρει οὐδὲ μικρὸν, ἀλλὰ σχήματι.*

Illud διαφέρει Grotius de suo donavit: *versu*, ut ait, *desiderante*; a Stobaeo enim abest. Atqui haud tali auxilio versus indiget; adhuc enim turpiter hiat, neque aliqui coloris quidquam habet. Equidem hic suspicor Personae nomen, ut saepe alias, excidisse: cum exscriptores illa omitterent, utpote ad sententiam nihil conferentia. Repone igitur hoc, vel simile quid;

Οἴει τι τῶν ἄλλων διαφέρειν θηρίων,
Ὦ Σμικρίνης; οὐδὲ μικρὸν, ἀλλὰ σχήματι *).

ΑΝΑΝΕΟΥΜΕΝΗ.

CCLIII. p. 359. Ψωμοκόλαξ δ᾽ ἔσθ᾽ οὗτος. —

Hoc ex Athenaeo prolatum neque Senarium neque Trochaïcum inchoare poterit. Sic ergo constitue.

— *Ψωμοκόλαξ δ᾽ ἔσθ᾽ οὑτοσί.*

ΑΠΟΚΑΡΤΕΡΩΝ.

CCLIV. p. 360. In versu secundo πρώτη ἀλλὰ, vocalibus indecore hiantibus, sine dubio correctione indigent. Tertius autem a manu Grotii est; nam apud Stobaeum sic extat, Ἡμῶν ὅταν γίγνωνθ᾽ εὐθὺς καὶ ἡ τύχη. At Vir ma-

---

*) Non poterat infelicius: neque enim *μικρὸν* primam syllabam corripit, neque *Σμικρίνης* vocativo casu formatur *Σμικρίνης*.

111 gnus, *ut versui consuleret*, ὅταν γίγνωντ' ἂν edidisse se memorat. Infeliciter, ut nihil magis: quorsum enim alterum ἂν? cum in ὅταν, quod perinde est ac ὅτ' ἂν, jam ante unum ἂν extiterit. Quid multa? sic lege locum totum:

Νῦν δ' οἶδ' ἀκριβῶς τὴν Τύχην, ὡς οὐ μία,
Οὐδ' ἔςι πρώην· ἀλλὰ μετὰ τῶν σωμάτων
Ἡμῶν, ὅταν γιγνώμεθ', εὐθὺς χ' ἡ τύχη
Προσγίνεθ' ἡμῖν, συγγενὴς τῷ σώματι.

Scio, inquit, *Fortunam nec unicam esse, nec olim: sed corporibus nostris, cum nascimur, una adnasci Fortunam, corpori cognatam.* Ubi adverte, Lector, illud *Προσγίνεται adnascitur*: quanti enim flagitii reus est Vir Cl. qui, et Stobaeo et Grotio relictis, *προγίνεται prius nascitur* occulte hic intrusit? Contemplare sodes sententiam: *UNA cum corporibus nostris fortunam PRIUS esse, quam nos.* Quid, malum, hoc aenigmatis est; et *Prius* et *Una?* Ubi eras, cum hoc scriberes? Tene in Arte Critica regnum obtinere velle? Graevios et Gronovios sannis excipere? Vah, si *Domno Martianaeo* tale quid excidisset; ut nihil pepercisses, ut per integras paginas os misello et latera et crura batuisses!

ΒΑΒΥΛΩΝΙΟΣ.

CCLV. p. 362. *Βασίλισσαν Βαβυλῶνος, ἂν οὕτω τύχῃ.*

Nihilo meliores Senarios Philemoni impingit Vir Clar. quam prius Menandro. Verum cum Athenaeus mendose haberet *Βασιλίσσης ἢ Βαβυλῶνος*, neque Casaubonus correctionem tentaret; ille miser derelictus quidvis potius, quam nihil comminisci voluit. Quid enim? ut versum ei claudicantem condonemus, an Pythionica scortum regina erat Babylonis? Nugae, nugae. Si quid naris criticae habuisset, sic corrigendum esse facile olfecisset,

Βάσιλισσ' ἔσῃ Βαβυλῶνος, ἂν οὕτω τύχῃ.
Regina eris Babylonis, si fors faverit.

Babylonius ille amator, qui nomen dat huic Dramati, magnifice pollicetur hoc scorto suo; et se eodem eam habiturum loco, quo Harpalus Pythionicam; de quo consule Athenaeum.

ΓΑΜΟΣ.

CCLVI. p. 363. *Ὄλμιον εἶδον μὲν ἐπὶ τραπέζῃ κείμενον.*

112 Illud *μὲν* sustentando versui inseruit Vir Clar. sed ignarus medicus, dum opem ferre festinat, perniciem at-

tulit. Lege, ut codex vetus apud Pollucem, *'Ολκεῖον εἶδον ἐπὶ τραπέζῃ κείμενον.*

ΑΔΕΛΦΟΙ.

CCLVII. p. 357. *Στῆσαι πριάμενον τὰς γυναῖκας κατὰ τόπους.*

Ita τὰς pro τὶ posuimus, inquit Grotius: et, *Recte*, succinit Vir Cl. Uterque fallitur: nam vere Editio Aldina habet, τοι. Articulus hic non convenit.

CCLVIII. p. 357. *Οὐκ εὖ σεαυτὸν τυγχάνεις ἔχων; ἔχεις*
Πῶς ἡ θύρα σοι ἔςαι ἂν ἀνεῳγμένη.

Σεαυτὸν est Viri Cl. facinus, qui *σεαυτὸν ἔχων te contines* hic intelligit. Vix ipsae olim Harpyiae magis omnia foedaverunt, quaecumque unguibus attigerant. Recte vero se habet *σεαυτοῦ*, notissima phrasi, *οὐ τυγχάνεις εὖ ἔχων σεαυτοῦ, an non bene te habes?* an tentigo tibi molesta est? Versum sequentem sic exhibet Athenaeus, *Πῶς ἡ θύρα ἔςαι ἀνεῳγμένη*: reliqua infersit Grotius, et versum dedit bis inconcinne hiantem, Casaubonus vero etiam pejorem. Mihi nullum est dubium, quin verbum exciderit; absorptum scilicet a proximis ob similitudinem. Et reperisse quidem me reor; sed ea conditione proferam ut interpretationem a me ne expectes,

Οὐκ εὖ σεαυτοῦ τυγχάνεις ἔχων; ἔχεις
Ἐςυκότως πως; ἡ θύρα' ς' ἀνεῳγμένη.

Versum penultimum

'Αλλ' εὐθὺς εἰ βούλει σὺ καὶ συχνὸν τρόπον

corrupit Grotius, dum corrigere conatur: Athenaeus sic habet,

'Αλλ' εὐθὺς ὡς βούλει συχνὸν βούλει τρόπον.

Lege certissime, literae unius jactura,

'Αλλ' εὐθὺς, ὡς βούλει σὺ, χ' ὃν βούλει τρόπον.

Idem etiam versu praecedente pro *ὑφήρπασεν* male supposuit *ὑφαρπαγή*.

ΘΗΒΑΙΟΙ.

CCLIX. p. 366. — *'Εμοῦ γὰρ κύριος μὲν εἷς ἀνήρ.*

Excidit pes unus, Viri Clarissimi incuria: sic enim et Stobaeus et Grotius,

'Εμοῦ γάρ ἐςι κύριος μὲν εἷς ἀνήρ.

113 **ΘΗΣΑΥΡΟΣ.**

CCLX. p. 367. *Οὐκ ἔς᾽ ἀληθὲς παραλογίσασθ᾽ οὐδ᾽ ἔχειν*
Ὀψάρια χρηςά.

Versus laborat; cum *γι* in *παραλογίσασθαι* brevis sit. Lege,

Οὐκ ἔς᾽ ἀληθὲς παραλογίζεσθ᾽, οὐδ᾽ ἔχειν.

ΙΑΤΡΟΣ.

CCLXI. p. 368. — *καὶ γυλίαν τιν᾽ ἀργυρωμάτων.*

Scribe ex Casauboni emendatione, *γύλιόν τιν᾽*? *Γύλιος* enim dicitur, nusquam *γυλία.*

ΚΟΡΙΝΘΙΑ.

CCLXII. — *αἱ δὲ παῖδες παρέχιον*
Ἡ μὲν τὸ θερμὸν, ἡ δ᾽ ἑτέρα μετάκερας *).

Ita quidem Athenaeus nunc habet: sed cum *μετάκερας* secundam corripiat, certissime legendum est,

Ἡ μὲν τὸ θερμὸν, ἡ δ᾽ ἑτέρα τὸ μετάκερας.

ΜΕΤΙΩΝ.

CCLXIII. p. 369. *Ἰχθῦς τις σοὶ ἐφαίνεθ᾽ ἑφθὸς; μικρὸς ἦν.*
Ἀκήκοας. —

Ita Senarium hunc constituit Vir Cl. neque sentit pedem secundum utraque syllaba vacillare. Casaubonus quidem locum intactum praeteriit; sed sine dubio sic haec legenda sunt, et cum sequentibus continuanda,

A. — ἰχθῦς τί σοι
Ἐφαίνεθ᾽ ἑφθός; B. Μιαρὸς ἦν. ἀκήκοας;
Ἁλμῇ τε λευκῇ, etc.

Emendationem nostram *μιαρὸς* pro *μικρὸς* verba sequentia confirmant: inde dicunt *μιαροφάγος,* et *μιαροφαγεῖν* **).

CCLXIV. p. 370. — *Ἀργύριος δὲ παρατεθέντος καράβου.*

Ἀργύριος nomen, utpote *ἀπὸ τοῦ ἀργύρου* deductum,

---

*) Non Philemonis locus est sed Alexidis: v. Athenaeum III. p. 123. e.

**) Alexis apud Athen. IV. p. 161. d. *ἔδει δ᾽ ὑπομεῖναι μικρὸν, ἀσιτίαν, ῥύπον* etc. Porsonus Adv. p. 62. *μικροσιτίαν.* Legendum videtur *μιαροσιτίαν.*

secunda brevi stare hic nequit. Lege igitur Ἀγύῤῥιος *Agurrius:* et ita plane Eustathius hunc locum laudat pag. 1283. Quem cum legeret Vir Cl. prae inscitia tamen rei metricae quid rectius sit ignorabat. Idem olim mendum in Aristophanis Pluto,

Ἀργύριος δ' οὐχὶ διὰ τοῦτον πέρδεται;

Ubi vel versu ipso flagitante reposuerunt Viri Docti, Ἀ- 114
γύῤῥιος.

ΜΟΙΧΟΣ.

CCLXV. p. 370. *Οὐκ οἶσθα νάβλαν; ἀδὲν ἂν οἶσθ' ἀγαθόν.*

Et hic quoque versus claudicat: quem cum sic restituere voluit Casaubonus, *οἶσθα ἀγαθόν,* quid sodes profecit? *α* enim illud sequente vocali omnino elidi debet. Lege ergo, ut Senarius constet,

— *οὐδὲν οὖν οἶδας ἀγαθόν,*

Sed, cum Aldina Editio *οὐδὲ νῦν* habeat, non *οὐδὲν οὖν*; fortasse sic potius legendum est,

Οὐκ οἶσθα νάβλαν; οὐδὲ νῦν οἶσθ', ὠγαθέ;

ΝΟΘΟΣ.

CCLXVI. p. 372. *Κολώνη.*

Dormitabat hic bonus Homerus. Non enim *Κολώνη* ex Philemone citat Eustathius, sed *Βουνός*: quam vocem alii putabant eum tamquam barbaram sugillasse; alii, ut legitimam usurpasse. Vide modo Eustathium.

ΠΑΓΚΡΑΤΙΑΣΤΗΣ.

CCLXVII. *Δεῖ τὸν πολιτῶν προστάττειν αἱρούμενον* *).

Pro *προςατεῖν,* ut Stobaeus et Grotius habent, *προστάττειν* furtim supposuit Vir Clar. et contra versum, et constructionem. Sed licebit hoc typographo imputare.

ΠΑΝΗΓΥΡΙΣ.

CCLXVIII. p. 374. — *τὴν πλατεῖάν σοι*
Μόνον ταύτην πεποίηκεν ὁ βασιλεύς.

Omnia ad Senarios reducere vult Vir Clar. quos ta-

---

*) Non Philemoni sed Menandro tribuitur hoc fragmentum. Exhibui inter Menandri Inc. 54.

men ipsos non aliter intelligit, quam syllabas numerando ut hic,

Μόνον | ταύτην | πεποὶ | ηκεν | ὁ βα | σιλεύς.

ubi ex sex pedibus tres sunt vitiosi; et in priore versu ex duobus alter. Jam dudum profecto taedet cum homine loqui, qui ipsa elementa nescit. Redigantur ad Trochaicum verba haec:

Τὴν πλατειάν σοι μόνῳ ταύτην πεπόιηχ᾽ ὁ βασιλεύς;
Tibine soli hanc plateam rex fecit?

ΠΑΡΕΙΣΙΩΝ.

CCLXIX. p. 375. *Οὐ γίνεται περὶ τοὐπτανεῖον σκεπτωρία;*
115 (*Ἀλλὰ*) τραπεζοποιοῦ ἐςιν ἐπὶ τοῦ διακονεῖν.

Ut constarent versus, inquit Vir Cl. *prioris nonnihil invertimus verba; in posteriore addidimus ἀλλὰ.* Hoccine tu invertisti, *ut versus constaret?* Quid tibi, mi homo, cum versibus? posthac, si sapis, intra orationis solutae auctores te continebis; versum etenim priorem misere strangulasti; posteriori vero illud *ἀλλὰ* addidisti, qui per se absque *ἀλλὰ* est aequo longior. Locus apud Athenaeum sic fertur,

Περὶ τοὐπτανεῖον οὐ γίνεθ᾽ ἡ σκεπτωρία·
Τραπεζοποιός ἐςιν ἐπὶ τοῦ διακονεῖν.

unde levi mutatione sic versus constituo:

Περὶ τοὐπτάνιον οὐ γίνεθ᾽ ἡ σκεπτωρία·
Τραπεζοποιός ἐς᾽ ἐπὶ τοῦ διακονεῖν.

Ὀπτάνιον, inquam, versus efflagitat, non *ὀπτανεῖον*: et sic Atticos usurpasse diserte affirmat Phrynichus, et Herodianus apud Etymol. Magn. *) Ita saepe Aristophanes; cujus hunc versum, quia Hexametrus est, opinor intelliges:

Ἐσφοιτῶν δ᾽ ἐς τοὐπτάνιον λήσει σε κυνηδόν **).

CCLXX. p. 374. *Κανδαυλὸν, ᾠὰ, καὶ θρίον μὲν ἐν ςενῷ.*
Τούτων διάπτωμ᾽ ἐγένετ᾽, ἁμάρτημά τι.

In tertio versu, inquit Vir Cl. *addidi καὶ et μὲν: initio sequentis sustuli τὶ et ἢ ante ἁμάρτημα, quae vitiabant versum.* Infeliciter, ut semper. Illa enim ipsa, quae partim addidisti, partim sustulisti, versus *vitiant*, non emendant. Sic lege, si versibus vis consulere:

Κανδαυλὸν, ᾠὰ, θρῖον, ἐν ςενῷ· τί δαί;
Τούτων διάπτωμ᾽ ἐγένετ᾽ ἢ ᾽μάρτημά τι;

*) Vide Lobeck. ad Phryn. p. 276.

**) Equit. 1033.

ΠΙΤΤΟΚΟΠΟΥΜΕΝΟΣ.

CCLXXI. p. 375. Ἰδοὺ πάρεστιν, ὡς ὁρᾷς· τριτημόρου
Ἕκαστος ὑμῶν ἦλθεν· εἰς τοὺς τέσσαρας
Εἴληφεν ἡμῖν οὑτοσὶ τριώβολον. (lege ὑμῖν)

Multa hic adnotat Vir Clar. quae non sunt unius assis. Nihilo tamen meliora sunt, quae viri magni Salmasius et Gronovius pater ad hunc locum sunt commentati; quos vide in nupera Pollucis editione. Solus ibi rem acu tetigit Clar. Hemsterhusius. Rem per se facillimam uno verbo declarabo. Chalci 8 faciebant 1 obolum. Sex vero Chalcos appellabant τριτήμορον, quod probat Pollux ex hoc loco Philemonis; ubi narratur *Quatuor viros ad nescio quem locum venisse mercede* τριτημόρου *in singulos; et unum ex illis nomine omnium quatuor accepisse Triobo-* 116 *lum.* Ergo, infert Pollux, 1 Triobolum continebat 4 τριτήμορα: atqui notum est Triobolum continere 24 chalcos, cum obolus contineat 8. Tritemeron igitur, quarta pars Trioboli, continebat chalcos 6: nam 6 est quarta pars 24. Quid his facilius: sed ut pulverem, qui virorum magnorum oculos laedebat, abstergam, hoc insuper explicationis caussa addam. Conductor horum quatuor mercenariorum debebat singulis sex chalcos: cum tot aenei chalci non essent ei ad manum, dedit uni illorum tres obolos argenteos, aequivalentes quater sex chalcis; quos ipsi postea κερματίζειν et pro aeneis chalcis commutare possent, et tum singulis sex chalcos distribuere. Hoc ubique factum est, et hodie fit in vita communi. Qua occasione lepidus narratur jocus in Aristoph. Vespis. Singuli judices Athenis a Colacretis tres obolos quotidie accipiebant. Sed compendii caussa binis dabatur Drachma, quae valebat 6 obolos; quam bini illi postea inter se dividere deberent. Alter ergo ex duobus in foro piscatorio Drachmam permutans, pro tribus obolis tres Mugilis squamas lippienti alteri dedit, et sic os ei sublevit. — Ceterum in loco sequente, quem ex Polluce adducit Vir Clar. et numeros luxatos video, et sententiam pravam aut nullam: sed, cum nihil nunc properanti succurrat, quod placeat, aliis eas spinas calcandas relinquo.

ΠΥΡΡΟΣ.

CCLXXII. p. 378. Περὶ τοῦτό τ' αὐτοῖς πουλὺς ἀναλοῦται χρόνος —

Πουλὺς, inquit Grotius, *pro* πολὺς *ob versum posui.*

Nollem equidem hoc Viro magno excidisset. Neque enim *πουλὺς* Ionicum in Comoedia Attica locum habet, neque versus ea medicina eget. Credebat scilicet *ἀναλοῦται* secundam syllabam corripere; quam tamen ubique producit Restitue ergo *πολύς* in locum, unde ejectum est.

Σ Α Ρ Δ Ι Ο Σ.

CCLXXIII. p. 381. *Σοὶ πέντε χαλκοῦς; σὺ δέ μοι τριτήμορον.*

Syllaba una deest versui, quae ita supplenda est:

Σοὶ πέντε χαλκοῦς; σὺ δέ γε μοὶ τριτήμορον.

CCLXXIV. p. 380. *Εἰ τὰ δάκρυ' ἡμῶν τῶν κακῶν ἦν φάρμακον* etc.

117 Locum hunc ex Stobaeo expressit Grotius; at apud Plutarchum verius meliusque versus primus sic extat,

Εἰ τὰ δάκρυ' ἡμῖν τῶν κακῶν ἦν φάρμακον,

et versus sextus,

Ἐάν τε κλαίῃς, ἄν τε μὴ πορεύσεται *).

Versu septimo Plutarchus habet, *Τί οὖν πλέον ποιοῦμεν· οὐδὲν,* etc. Octavo autem, *Ὥσπερ τὰ δένδρα καρπὸν, τὰ δάκρυα.* Ita, inquam, editio Aldina; nam Stephanus et Xylander *τοῦτο* ex Stobaeo post *δένδρα* intruserunt; prorsus inepte, cum crassissimum Soloecismum ibi faciat. Melius quidem paullo apud Stobaeum, ubi *τὸ δένδρον τοῦτο* est, non *τὰ δένδρα τοῦτο.* Sed et hic in versu syllaba redundat, ut mirer magnum Grotium id non advertisse. Equidem hos versus sic corrigendos credo,

Τί οὖν πλέον ἔχομεν; οὐδέν· ἡ λύπη δ' ἔχει,
Ὥσπερ τὰ δένδρα, καρπὸν οἱ τὰ δάκρυα.

Ἔχομεν apud Plutarchum reponimus, pro *ποιοῦμεν*: Graeci enim *πλέον ἔχειν proficere* dicunt, non *πλέον ποιεῖν*. Caetera per se patent. Male vero Vir Cl. *qui signa personarum hic addidit.* Servus hic omnia loquitur. Neque ex decoro, Dominus dolore, et lachrimis coopertus tale continuo responsum dederit.

Σ Ι Κ Ε Λ Ι Κ Ο Σ.

CCLXXV. p. 381. *Ἄνθρωπον ὄντα ῥᾴδιον παραινέσαι*
Ἐστὶν, ποιῆσαι δ' αὐτὸν οὐχὶ ῥᾴδιον.

---

*) Stobaeus *ἐάν τε μή, πορεύεται.*

Equidem acumen Grotii hic desidero: quorsum enim νθρωπον ὄντα? facile, ait, *est cuivis qui homo sit*, consi-
um aliis dare. Quid, malum, an *bestiae* consilium da-
e solent? lege emendatione certissima,

Ἄλλῳ πονοῦντι ῥᾴδιον παραινέσαι.

lteri, ait, dolenti consilium dare facile est; ipsum, si uando doleat, consilium id sequi, non facile est.

CLXXVI. p. 382. Ἐγὼ πρότερον μὲν ᾤμην τήνδε Σικελίαν, etc.

Erat τὴν, inquit Vir Clarissimus, *sed addidi* δὲ *propter versum. Omnino scena hujus dramatis in Sicilia* 118 *uisse videtur*. O hominem iratis Musis natum! Tum axime versus corrumpit et trucidat, cum aliquid *propter ersum* fecisse se commemorat. Illud vero perquam in-eniose; quod cum τήνδε *hancce Siciliam* tam bella emen-atione supposuerat, continuo colligit Scenam in Sicilia uisse. Sine dubio quidem, si *hancce* admittimus; sed oc Pseudocritici commentum est, non auctoris. Tu, le-tor, sic totum locum constitue,

Ἐγὼ πρότερον μὲν ᾤόμην τὴν Σικελίαν
Ἐν τοῦτ' ἀπόταχτον αὐτὸ τοὺς τυροὺς ποιεῖν
Καλούς· ἔτι ταῦτα προσετίθην ἀκηκοώς,
[Τυρὸς Σικελικὸς ὅτι κράτιςος ἦν, αἴτε περιςεραὶ Σικελικαί.]
Ἱμάτια ποικίλ' εἰ λέγοι τις Σικελικά.
Σκεύη μὲν οὖν καὶ κτήματ' ᾤόμην φέρειν.

bi illa, quae oratione prosa scripta sunt, et a margine textum perperam admissa uncinis separavi. Quod aud versus solius gratia, sed et sententiae feci. Quale nim hoc, ut vulgo quidem fertur et a Vir Cl. vertitur? *go, inquit, prius putabam, hoc unum eximium Siciliam abere, quod caseos faciat bonos: sed praeterea addebam x auditu caseum Siculum bonum esse*. Bella sane ora-o: Putabam *solum caseum bonum* esse; sed postea au-ivi *caseum bonum esse*. Hanccine ut Vir Cl. tam secure dmiserit? hiccine est, qui solertia sua superioris saeculi riticos longe antecellere profitetur?

ΣΤΡΑΤΙΩΤΗΣ.

CLXXVII. p. 383. In praelonga hac ex Athenaeo ῥήσει, aucula sunt, quae Casaubonum Grotiumque videntur ef-ugisse. Vers. 2. Νὴ τὴν Ἀθηνᾶν etc. Haec coacta et uriuscula sunt. Lego et distinguo:

Νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, ἡδύ γ' ἐς' εὐημερεῖν
Ἐν ἅπασιν ἰχθὺν, ἁπαλὸς οἷος γέγονέ μοι,
Τοῖον παρετέθην, κοὐ πεφαρμακευμένον.

Nam apud Athenaeum est *παρετίθει, κοὐ.* Per omnia talem inquit, piscem apposui, qualem acceperam. Mox versu 7.

Ἀλλ' οἷος ἦν ζῶν, κόπτὸς ἂν τοιοῦτος ἦν.

Illud *ἂν* ob versum Grotius addidit; sed sententiae nocuit. In Aldina quidem editione deest: in Casauboni est *ὤν*, quod Grotiano illo melius. Vel lege *κόπτὸς αὖ*, potius quam *ἄν* *). Postea versu 10;

Ὅμοιον ἐγένετ', ὄρνις ὡς ὅταν ἁρπάσῃ
Τοῦ καταπιεῖν μεῖζόν τι. περιτρέχει κύκλῳ
Θηρῶσα ταὐτο καταπιεῖν, περὶ δ' ἐσπούδακεν
Ἑτέρα διωκάθουσα ταύτην· ταὐτὸν ἦν.

Ubi primo versu *ὡς* a Casaubono additum est; et tertio *θηρῶσα* interpolatum: libri enim *τηροῦσα.* Illud vero vix satis mirari possum, versum tertium qui duabus syllabis
119 ultra metri leges redundat, et Casaubono et Grotio fucum fecisse. Quod ad sententiam attinet, putide illud *καταπιεῖν* bis ingeritur: et inepte, quod primo *ὅμοιον simile* dictum est, postea *ταὐτὸν idem* dicitur **). Vix dubito, quin auctor sic dederit,

Ὁποῖον ἐγένετ', ὄρνις ὅταν ἀναρπάσῃ
Τοῦ καταπιεῖν μεῖζόν τι, περιτρέχει κύκλῳ
Τηροῦσα τοῦτο· κᾆτα περιεσπούδακεν
Ἑτέρα διωκάθουσα ταύτην, ταυτὸν ἦν.

Deinde versu 20. sic habetur,

Εἰ δ' ἔλαβον ἄρτι σκάρον, ἢ 'κ τῆς Ἀττικῆς
Γλαυκίσκον —

Atqui *Σκάρος* primam syllabam corripit: lege igitur, ut versus constet,

Εἰ δ' ἔλαβον ἀρτίως σκάρον ***).

Versu denique ultimo,

Ὅταν ὀσφρανθῶσι, ποιῶ ζῆν πάλιν.

Ubi Casaubonus *ὅταν μόνον ὀσφ.* reponit; Grotius deterius, *Ὅταν τι ὀσφ.* Ego sic potius suppleverim,

Ὅτ' ἂν ἀποσφρανθῶσι, ποιῶ ζῆν πάλιν †).

ΦΑ-

---

*) *αὖ* probat Brunck. ad Soph. Phil. 290. Erf.

**) Hoc vereor ne justo argutius monuerit vir summus.

***) Hoc recepi. Olim legebatur *εἰ δὲ λαβὼν ἄρτι*, quod e Canteri conjectura mutatum est in *εἰ δ' ἦν λαβών.* Ita servari potest *ἄρτι.*

†) Illud *ἀποσφραίνεσθαι* h. l. parum commodum. Pro *ὅτ' ἂν* voluisse videtur *ὅταν*, quod tamen ultimam syllabam constanter

ΦΑΣΜΑ.

CLXXVIII. p. 388. Ἐπεὶ δὲ ἡ Ῥόδη. —

Ita haec a Viro Clar. disponuntur; ut versibus pernicies obveniat. Tu sic leviter corrige;

— ἐπειδὴ δ' ἡ Ῥόδη —

ΧΗΡΑ.

CLXXIX. p. 389. Σάννακρα, ἱπποτραγέλαφοι, βατιάκια, σαννάκια.

Ut hinc versus exoriatur, sic lege,

Σαννάκι', ἱπποτραγέλαφοι, βατιάκια.

Illud σαννάκια varia lectio sive emendatio erat τοῦ σάννακρα; et ex margine in textum irrepsit; ut saepe accidit, praesertim apud Lexicographos.

PHILEMONIS RELIQUIAE EX INCERTIS COMOEDIIS. 120

CLXXX. p. 405. Πλεῖον γὰρ οὐδὲν ἄλλο ἢ ζητεῖν ἔχεις.

Mirabar, e quo Barbariae specu prodiret illud ἄλλο *); sed mirari desii, postquam apud Stobaeum, Auctorem Comparationis Menandri et Philemonis, et Grotium ipsum legebam,

Πλεῖον γὰρ οὐδὲν ἄλλο τοῦ ζητεῖν ἔχεις.

Ergo hoc Viri Clar. facinus erat, qui nesciebat apud Graecos ἄλλος cum genitivo jungi; ut cum ablativo apud Flaccum,

Alium sapiente bonoque.

Ut erratum igitur hoc tolleret, ἄλλο ἢ clanculum interposuit; de versu interim, cadat an recto talo stet, tam securus, quam qui nihil sciat aut sentiat.

---

er corripit, nisi forte seriores poetas excipias, ut Auctor. inc. de vir. herb. in Fabricii B. G. II. p. 630. ubi vide vs. 62. 77. et 134. quos paullo audacioribus conjecturis tentavit Herm. ad Orph. p. 718. Philippidis versum ap. Stob. Serm. I. p. 7. Grot. κ' ἂν ἁμαρτάνῃς τι χαῖρ' ἡττώμενος, verbo tetigisse sufficiat.

*) Barbaries, quam dicit, non constructionem spectat sed hiatum. Ad quod non attendit V. D. in Actis Erud. 1711. p. 38.

CCLXXXI. p. 405. Σὺ γὰρ τίς ἐσσὶν, εἰπέ μοι, παῤῥησίᾳ.
Σὺ λαλεῖς ἐν ἀνθρώποισιν οὐκ ἄνθρωπος ὤν; etc.
Tu enim quis sis, dic mihi libere.
Loqueris inter homines, quasi homo non esses?

Grotius ad locum, cujus notas nescio cur omisit hic Vir Cl. τίς ἐσσὶν, inquit, *nostra est emendatio; vulgo* τί ἐςιν. *Et illud nostrum,* οὐκ ἄνθρωπος ὤν; *nam quod vulgo legitur,* ὡς ἄνθρωπος ὤν, *corrumpit oppositionem. Quaerit enim ex superbo, sit ne majus quid homine, an hominum ullus.* Enimvero hic infeliciter rem gessit ὁ θαυμάσιος. Principio illud ἐσσὶ Poëticum prorsus est, neque Scenam Atticam intrare potest, ubi semper εἶ secundae personae usurpant: ἐσσὶν vero cum ν paragogico ne apud poëtas quidem auditum est. Porro quam hic *oppositionem corrumpi* dicat Vir magnus, non intelligo: neque enim hic *superbum* alloquitur, sed ἀκόλαςον (ut vel Stobaei titulus indicat) hominem *flagitiosum, nequam, nihili, nullius frugis,* qui vel *homo* dici non mereretur. Tota ergo via aberravit Grotius, et cum emendatione sua et cum versione. Tu lege, ut Stobaeus exhibet. Locum au-
121 tem sic verte;

Tu vero dic mihi, quid sit libere loqui?
Tune loqueris inter homines, tamquam homo sis?
Tune omnino ambulas, aut eundem aërem
Ac alii respiras, cum sis hujusmodi?

Iners ille, quicumque erat, se aliquid παῤῥησίᾳ *libere* locuturum comminatus erat: quo audito Vir hic gravis et honestus sic hominem reprimit et retundit. Jamne apparet, quod dixi, toto caelo hic aberrasse Grotium? Neque vero culpae expers est Cl. Clericus, qui illud τὸ δ' ὅλον περιπατεῖς verterit, *Universumne conculcas,* περιπατεῖν *idem hic esse dixerit ac* καταπατεῖν. Ubi vero hoc auditum? quo auctore? quam inficeta porro sententia? Tu certe omnes Artis tuae regulas, quotiescumque ad rem redigere studes, *conculcas* et proculcas.

CCLXXXII. p. 411. Ἐὰν οἷς ἔχομεν τοῖς γε μηδὲ χρώμεθα,
Ἃ δ' οὐκ ἔχομεν ζητοῦμεν· ὧν διὰ τύχην —

Binos versus ex tribus confodit Vir Cl. et tamen, ni fallor, data opera id fecit, ut laborantibus opem ferret. Scribe ut apud Stobaeum exstant.

CCLXXXIII. p. 412. Τί ζῆν ὄφελος ᾧ μὴ 'ςι τὸ ζῆν εἰδέναι;

Ita quidem Stobaeus; sed repone,

Τί ζῆν ὄφελος ᾧ μὴ 'ςι τί τὸ ζῆν εἰδέναι;
Quid prodest ei vivere, qui nescit quid sit vivere?

Ti absorptum est a syllaba praecedente.

CCLXXXIV. p. 417. *Μαινόμεθα πάντες, ὁπόταν ὀργιζόμεθα.*

Si non toties in versus peccaret Vir Cl. crederemus hoc typographi sphalma esse, pro *ὀργιζώμεθα*; ut apud Stobaeum extat et Grotium.

CCLXXXV. p. 390. *Ὦ Κλέων, παῦσαι φλυαρῶν, ἂν ὀκνῇς τὸ μανθάνειν* etc.

Elegantissimum hunc locum, etsi longiusculus sit, 122
totum descripsimus; ut eo melius de emendationibus lector judicare possit. Verba sunt patris ad artem aliquam discendam filium adhortantis. Neque enim naufragus salvari potest, nisi terram prehenderit; neque fortunis quis ejectus et nudatus, nisi in arte aliqua praesidium sibi habeat. At mihi sunt, inquies, pecuniae, domus, praedia. Haec omnia saepe uno die Fortuna evertit. Deinde infit versu 9.

Κἂν μὲν ὁρμισθῇ τις ἡμῶν εἰς λιμένα τὸν τῆς Τύχης etc.

Hoc est, vertente Grotio,

Nostrum quisquam, si fortunae portum appulerit, anchoram
Dejicit, et sic extra pelagi se locat violentiam.

Quid malum, *fortunae portum* hic praedicat, cujus *μεταβολὰς* vicissitudines et inconstantiam jam ante denuntiaverat. Hoc plane est sententiae priori repugnans. Fortuna *scopulus* potius, quam *portus* dici merebatur. Equidem miror Virum Magnum non subodoratum esse veram lectionem;

Κἂν μὲν ὁρμισθῇ τις ἡμῶν εἰς λιμένα τὸν τῆς Τέχνης,
Ἔβαλεν ἄγκυραν καθάψας ἀσφαλείας εἵνεκεν.

Si quis, inquit, ex nobis, naufragium fortunarum passus, in *Artis* portus penetravit, Anchoram ibi jacit, et quo securior sit, alligat. Notus est ille Senarius auctoris incerti,

Λιμὴν ἀτυχίας ἐςὶν ἀνθρώποις τέχνη.

Mox versu 11. quid sodes est *ἀπαιδεύτου πνεύματος, indocta tempestas?* Haeccine tam patienter ferri? Lege sine dubio,

Ἂν δ' ἀπαίδευτος μεταοχῇ πνεύματος φοβούμενος,

Artifex, jam dixerat, habet portum, quo se recipiat: *At si indoctus et iners tempestate jactatus sit,* nihil habet perfugii in senectute. Denique versu ultimo,

— εὔχου μὴ λαβεῖν πεῖραν φίλων.
Εἰ δὲ μὴ, γνώσεις ἂν αὐτοὺς ἄλλο μηδὲν, πλὴν σκιάν.

Ubi illud *γνώσεις ἂν αὐτοὺς* ex Casauboni emendatione

adoptavit Vir magnus: nam apud Stobaeum est γνώσῃ σεαυτὸν, Scies *te* nihil esse praeter umbram. At mihi qui-
123 dem vulgata lectio perplacet. Si fortunis tuis exutus, in amicorum benevolentia fiduciam habes, scies *te meram umbram* esse, et plane periisse. Certe fortius argumentum est, si *se miserum fore* reputet, quam si *amicos infideles*. Revocetur igitur prior lectio,

Εἰ δὲ μὴ, γνώσῃ σεαυτὸν ἄλλο μηδὲν, πλὴν σκιάν.

CCLXXXVI. p. 412. Φθόνος ἐν ἑαυτῷ τοῦθ᾽ ἓν ἐπιεικῶς ποιεῖ.

Invidia in se ipsa hoc unum recte facit

Apud Suidam et Grotium recte est Ὁ φθόνος: sed quid sibi vult illud ἐν ἑαυτῷ ποιεῖ *in se ipsa facit?* quis sic locutus est? lego,

Ὁ φθόνος ἐν αὑτῷ τοῦθ᾽ ἓν ἐπιεικῶς ἔχει.

Sic in Epigrammate *),

Ὁ φθόνος ἐςὶ κάκιςον, ΕΧΕΙ δέ τι καλὸν ΕΝ ΑΥΤΩΙ.

CCLXXXVII. p. 418. Στρατιῶτα, κοὐκ ἄνθρωπε, καὶ σιτούμενε

Ὡς τὰ ἱερεῖα, ἵν᾽ ὅταν ᾖ καιρὸς, τυθῇς.

Versus posterior, qui et in Stobaeo sic fertur, semel iterumque in metrum peccat: lege.

Ὡς τά γ᾽ ἱερεῖ᾽, ἵν᾽ ὁπότ᾽ ἂν ᾖ καιρὸς, τυθῇς,

CCLXXXVIII. p. 398. Σιτάρια μικρὰ προσφέρων, οἴνου θ᾽ ὅσον

Ὀσμὴν ἄγειν· λαχάνων τι· καὶ νὴ τὸν Δία, etc.

Grotius ad locum: *Ita sensui consuluimus; nam in libris legitur*, Ὀσμὴν λαχάνων ἄγει τι. At pace viri magni, sensui hic parum consuluit, verba vero et constructionem labefactavit. Lege, ut Stobaeus habet, et distingue:

Σιτάρια μικρὰ προσφέρων, οἴνου θ᾽ ὅσον
Ὀσμὴν· λαχάνων ἄγει τι. —

Eleganter dixit auctor, οἴνου ὅσον ὀσμὴν, *vini non amplius odorem:* et eadem constructione Aristophanes in Vespis **)

Τί οὐκ ἀπεκοιμήθημεν ὅσον ὅσον ςίλην.

et Callimachus Epigr. XLIX,

Οὐδ᾽ ὅσον ἀττάραγόν σε δεδοίκαμες —

---

*) Adesp. in Brunckii Anal. III. 242.

**) Vs. 213. Adde Leon. Tar. 76, 3. et Hermannum ad Vig. p. 721.

ex sagacissimi Bentleii emendatione: nam codices ibi ine- 124
pte habent *ἀλλ' ἄραγον.*

CCLXXXIX. p. 394. *Οἱ δ' ἕπτ' ἐπὶ Θήβας ἐςράτευσάν μοι, δοκῶ,*
Τὸ τῶν γυναικῶν σῆμα διατηρουμένῳ·
Β. Ὀνησίφορα γένοιτο. Α. Τοῦτο γίνεται.
Ὃ γὰρ φέρει νῦν, οὗτος εἷς ὄνος φέρει.

Ita, inquit Grotius, *correximus, cum apud Stobaeum extaret* διατηρεῖν μόνον. Sed, opinor, rationem hujus correctionis nemo expiscari poterit: neque cum vertit τὸ τῶν γυναικῶν σῆμα, *Sepulchrum Niobeïdum.* Quid hic faciunt *Niobeïdes?* aut cur *γυναῖκες mulieres* eas solas hic denotent? Equidem sic potius legerim,

Εἰ δ' ἕπτ' ἐπὶ Θήβας ἐςράτευσάν μοι, δοκῶ
Τὸ τῶν γυναικῶν σῆμα διατηρεῖν μόνον, *)
Ὀνησίφορα γένοιτο· τοῦτο γίνεται.
Ὃ γὰρ φέρει, νῦν οὗτος εἷς ὄνος φέρει.
Quod si septem ad Thebas bellum mihi inferrent,
Videor mihi mulierum augurium solum observaturus,
ΟΝΗΣΙΦΟΡΑ ΓΕΝΟΙΤΟ. (fausta sint:) *hoc quidem fit;*
*Omne enim quod age*r *fert, unus hic asinus nunc portat.*

Videtur alludere ad notum eo tempore Drama Tragici cujusdam (non enim Aeschyli nec Euripidis) ubi Chorus mulierum ea verba *ὀνησίφορα γένοιτο*, quasi omen quoddam usurpaverint. Jocum quoque captat ex ridicula Etymologia, quasi *ὀνησίφορα* essent, quae *ὄνος φέρειν* possit.

CCXC **). *Κἂν δοῦλος ἦν τις, οὐδὲν ἧττον, δέσποτα,* —

Lege sine dubio, *Κἂν δοῦλος ᾖ τις*: si *sit* servus: non *esset* vel *fuit.*

CCXCI. p. 427. *Τὸν μονιὸν ὄντα καὶ κακὴ τύχη τρέφει.*

Grotius, cujus notam invidit hic nobis Vir Clar. *a Scaligero,* inquit, *et hoc annotatum erat pro μόνον, ut apud Stobaeum est. Posset etiam et μοῦνον scribi.* At, meo quidem judicio, neutrum hic convenit: non *μοῦνος*, quia hoc Ionicum est, neque Atticae comoediae congruit: non *μονιὸς*, quia hunc versum Stobaeus profert sub titulo *Uxorem ducere malum esse.* Atqui *μονιὸς* plus esset quam

---

*) At dubito an recte articulus ante ἕπτα ἐπὶ Θ. omitti possit. Infinitivus fort. pendet a superioribus. *Credo equidem,* inquit, *Septem contra Thebas bellum mihi intulisse, ita ut mulierum mihi augurium observandum sit.*

**) Vide ad Ἐξοικιζόμενον.

caelebs, non qui matrimonium modo; sed qui omne humanum commercium et consortium fugitet. Lego igitur,

Τὸν δὲ μόνον ὄντα καὶ κακὴ τύχη τρέφει.

125 Pendebat hoc a superioribus, quae nunc perierunt.

CCXCII. p. 427. *Γαμεῖν ὃς ἐθέλει, εἰς μετάνοιαν ἔρχεται.*

Poëtae veteres non ferebant hunc hiantium vocalium concursum. Quare legendum, *πρὸς μετάνοιαν*. Quamquam argutius dixisset auctor,

Γαμεῖν ὃς ἐθέλει, μετάνοιαν μετέρχεται.
Qui uxorem vult ducere, poenitentiam ambit.

CCXCIII. p. 419. *Ὅσις πένης ὢν ζῇ, παραζῆν βούλεται,*
Ἡ γὰρ σπάνις πρόχειρος εἰς τὸ δρᾷν κακά.

Grotius illud *παραζῆν* a Gesnero adscivit; nam Stobaeus habet *παρὸ ζῆν*, et in notula addit vir magnus: *Indecore vult vivere, qui pauper vivere durat. At Salmasius malebat:*

Ὅσις πένης ὢν ζῆν παρ' ὃ ζῇ βούλεται.

At censuram de Salmasio agit Vir Clar. et pronunciat *hanc meram esse παραδιόρθωσιν*. Teneat vero se, moneo, intra cancellos suos: haud sic res sibi abibit cum Salmasiis, ac cum Martianaeis. Nam illud *παραζῆν* Gesneri et Grotii non minus a scriptura, quam a sententia recedit. Quis sodes *βούλεται παραζῆν cupit* misere aut foede vivere? Etiam qui ita *vivunt*, nequaquam tamen *cupiunt*. Illud autem in Salmasiana conjectura vitii est, quod nulla ibi sententiae redditio est: *Quisquis vult vivere, aliter quam vivit*, quid tum postea *)? Sed operam viro magno feremus, sic leviter corrigendo:

Πᾶς τις πένης ὢν ζῆν, παρ' ὃ ζῇ, βούλεται.
Omnis pauper vult vivere, aliter quam vivit:
Nam paupertas proclivis est ad mala facienda.

hoc est, cupit paupertatem effugere, etiam per nefas et scelera. Poteris etiam propius ad receptam scripturam sic reponere,

Πᾶς τις πένης ὢν ζῇ, παρ' ὃ ζῆν βούλεται.
Omnis homo, si pauper est, vivit aliter, quam vivere cupit.

hoc est, egestate coactus et impulsus quaedam facit, quae in re lautiore haud faceret: cui apte jam subjungitur,

---

*) Respondet V. D. in Actis Erud. 1711. p. 38.: *ille ipse, qui cum sit pauper, tamen vivit, et non Theognidis potius consilium sequitur: Χρὴ πενίην φεύγοντα κτλ.*

Nam inopia proclivis est ad mala suadenda. Atque haec posterior vera lectio est.

CCXCIV. p. 396. *Addidi* γε, inquit Grotius, cujus notas 127 iterum nobis invidit, qui omnes se daturum promisit, *ob versum.* Sed verius ita supplebitur,

Ἐγὼ τὸ πρότερον τοὺς πένητας ζῆν μόνον.

Mox vers. 5. *illud,* inquit, αὐτῶν *addidi versui implendo: nam apud Stobaeum est* Νῦν δὲ διαφέροντα. At quanto melius esset, ut deficeret potius, quam sic impleretur. Quid enim dactylus facit in loco secundo? Gorallianum potius hoc est, quam Grotianum. Tu lege, addita literula,

Νυνὶ δὲ διαφέροντα τοῖς καθ' ἡμέραν.

Denique versu 6. *illud quoque,* inquit, ὁράω *pro* ὁρῶ *versus caussa immutavimus.* Atqui ὦ θαυμάσιε, Ionicum illud ὁράω nihil negotii habet cum Comoedia Attica: et jam pene ignosco Cl. Clerici negligentiae, qui has notas insciens praeteriit. Mihi neque δὴ illud placet; iners enim ibi et otiosum est: neque τὸν βίον hic belle repetitur, quod in priore sententia erat. Locus totus sic fortassis legendus est,

Νυνὶ δὲ διαφέροντα τοῖς καθ' ἡμέραν
Δαπανήμασιν, νὴ τὸν Δία, διορῶ μόνον.

CCXCV. p. 396. Versu 2, nullo modo consistere potest Spondeus loco quarto; et certissima est Salmasii conjectura, Φθόνον τ', ἐπήρειάν τε, καὶ μῖσος πολύ; quam in textum etiam adsciscere debuit Grotius. At in versu 3. est quod utrumque effugit; nam saepe dixi ab hiatu illo concurrentium vocalium veteres maxime cavisse. Lege igitur mutatione minima,

Πράγματά τε πολλὰ, κἀνοχλήσεις μυρίας.

id est, καὶ ἐνοχλήσεις. Unde perperam Grotius versu 6. καὶ addidit, ne Senarius esset ἀκέφαλος,

Καὶ εἶτα μετὰ ταῦτ' εὐθὺς εὑρέθη θανών.

Apage deformem hiatum; et levi opera restitue, ἔπειτα μ. τ. Et mox versu 9. Καὶ μήτ' ἔχειν με πλοῦτον, μήτε πράγματα, tu repone, Καὶ μήτ' ἔχειν πλοῦτόν με, μήτε πράγματα, ne *Spondeus* in loco quarto Senarium extinguat.

CCXCVI. p. 396. Δουλεύομεν δόξαισιν, εὑρόντες νόμους.
Προγόνοισιν, ἐγγόνοισιν οὐκ ἔς' ἀποτυχεῖν
Κακοῦ πρόφασιν δ' ἀεί τιν' ἐξευρίσκομεν.
Servimus opinionibus, post inventas leges.
Majoribus et posteris vitare malum non licet; 128

Sed occasionem *infelicitatis* semper aliquam invenimus.

Ita vertit et distinguit Vir Cl. duce Grotio: sed perperam uterque. Quale enim hoc est, *Non licet majores vitare malum?* Quid? an miseriae nostrae vita functos *majores* quicquam afficiunt? immo sic haec distinguenda erant:

Δουλεύομεν δόξαισιν, εὑρόντες νόμους,
Προγόνοισιν, ἐγγόνοισιν. Οὐκ ἔς᾽ ἀποτυχεῖν, etc.

Servimus opinionibus, majoribus, posteris; ut rem, potentiam, gloriam ab illis acceptam hisce tradamus.

CCXCVII. p. 393. *Restituimus,* inquit Grotius, *sensum versui, qui vulgo corruptus.* Nimirum *δ᾽* ejecit ante *ἀνευρίσκουσα*; et pro *ἀποςερεῖ* posuit *ἵν᾽ ἀποςερῇ.* Utrumque infeliciter: nam et verba et sententiam depravavit magis, quam restituit; tu sic lege et distingue;

Αὐτὴ περίζουσ᾽· οὐ λαβοῦσα πάνυ μόλις,
Ὥσπερ τὸ κατὰ χρέος κεφάλαιον, ἐκτίει
Τὸ σπέρμα· τοὺς τόκους δ᾽, ἀνευρίσκουσ᾽ ἀεὶ
Πρόφασιν τιν᾽ αὐχμὸν ἢ πάχνην, ἀποςερεῖ.

Ubi ordo est, *Οὐ λαβοῦσα τὸ σπέρμα μόλις ἐκτίει — τοὺς τόκους δ᾽ ἀποςερεῖ.* Quid clarius aut rotundius? At Grotius illud *οὐ λαβοῦσα* cum prioribus connectebat: quo et illis *ταυτολογίαν* impegit, et sequentibus connexionem abstulit.

CCXCVIII. p. 406. *Λύπη· διὰ λύπην γὰρ μανία γίγνεται,* etc.

Mirabar, unde elumbis ille versus prodiret; verum inspectis Stobaeo et Grotio, deprehendi clandestinum hoc facinus esse Viri Cl. Sed parcemus hic verbis inclementioribus: multo enim ei studio et labore opus est, ut sentiat quantum peccavit, et quam immani flagitio se his rebus immiscuit. Tu modo huc revoca veterem lectionem,

Λύπη· διὰ λύπην καὶ μανία γὰρ γίνεται.

CCIC. p. 420. *Κἂν τοῦ καθεύδειν οὗτος οὐκ ἐξέρχεται.*

128 Quid sit *ἐξέρχεται ἐκ τοῦ καθεύδειν, exire ex dormiendo,* fateor me non capere. Equidem lego, *Κἂν τῷ καθεύδειν.* Cum mens pavore aliquo perculsa est; ne in somnis quidem ille pavor e mente excedit.

CCC. p. 413. *Τοὺς αὐτοὺς αὑτοῦ βούλεθ᾽ ὑγιαίνειν φίλους.*

Et Stobaeus et Grotius recte habent, *Τοὺς αὐτὸς αὑτοῦ:* ubi ordo est, *αὐτὸς βούλεται τοὺς αὑτοῦ φίλους.* Sed

Vir Clar. et versus et phraseos ignarus utrique injuriam fecit, temeritatis poenas diu daturus.

CCCI. p. 433. *Ἔξεϛιν ἀποκτείνειν μὲν, ἀποθνήσκειν δὲ μή.*

Ante duas consonantes, quarum neutra liquida est, syllaba corripi non potest *). Repone igitur,

Ἔξεϛ' ἀποκτείνειν.

CCCII. p. 406. *Πολλάκις ἔχων τις οὔτε ἀναγκαῖα νῦν* —

Scias, cui acceptum referas lepidum illud *ἀναγκαῖα*, quod bis versum jugulat; nam Stobaeus Grotiusque *τἀναγκαῖα* habent. In posteriore versu commune peccatum est. Lege *χἀτέρους*.

CCCIII. p. 394. *Μείζω τὰ κακὰ ποιοῦσι πολλοὶ, δέσποτα* etc.

Indignor equidem hunc locum tam negligenter a Grotio habitum esse; et vereor ne frontem perfricet Pseudocriticus, et ex Viri magni erratis patrocinium suis quae- 129
rat. Haud tamen sic evadet; aliter enim peccant vere eruditi, aliter ignari et qui primos se omnium rerum putant, cum merae umbrae volitent. Versu 5. lege sine dubio,

Εἰ μὲν λαλῇ τοῦθ', Ἀπέθαν' ἄνθρωπος γὰρ ἦν.

Si hoc loquatur, Mortuus est. Quid enim huc facit *λάβῃ*? Versu 6. in secundo loco dactylus est, prorsus contra morem. Scribe minima mutatione,

Τοσοῦτο γέγονε τὸ κακὸν, ἡλίκον περ ἦν.

Versus 8. a Grotio interpolatus deformem hiatum ostentat; nonus vero syllabam redundantem gerit. Apud Stobaeum pro *ἐὰν τοῦτο* est *τοῦτο ἐάν*. Tu sic utrumque corrige,

Ἀπόλωλεν· ἐν ἑαυτῷ τοιοῦτος ἂν σκοπῇ,
Πρὸς τοῖς κακοῖσιν ἕτερα συλλέγει κακά.

Denique versu ultimo, et hiatus est, et dictionis vitium. Repone certissime,

Τὸ κακὸν ἀφαιρεῖ, τἀγαθὸν δὲ λαμβάνει.

CCCIV. p. 404. *Ἄνθρωπος οὐ δήπουθεν οὐκ ἔϛ' οὐδεὶς* —

Ita posui, inquit Grotius, *ἄνθρωπος οὐ pro eo, quod apud Stobaeum est ἄνθρωπος εἶ.* Nollem vero, ita posuisset: quid enim, obsecro, est *οὐ οὐκ οὐδείς*? Portentosum plane. Tu lege certissime;

---

*) Secundus trimetri locus anapaestum habet.

Ἄνθρωπος εἶ δήπουθεν, ὧν ἔςʼ οὐδεείς.

Mox versu 3. *Ita*, inquit, *ob versum scripsi* ὁ ποιέων *pro Stobaeano* ὁ ποιῶν. Ita ne vero *ob versum?* cum in locum quartum intruserit dactylum contra leges Senarii? Quid porro est ποιέων? quousque Vir magnus cum Atticis Ionica miscebit? Noli dubitare, quin sic corrigendum sit,

Ὁ ποιῶν δʼ ἐλαχίςου τὰ γεγενημένον κακόν.

ἐλαχίςου inquam, non ἐλάχιςον, *qui minimi facit, aestimat* *).

CCCV. p. 427. Θανεῖν ἀρεῖόν ἐςιν, ἢ ζῆν ἀθλίως.

Ἀρεῖον hic certissime correxisse sibi visus est Vir Cl. (voluit autem ἄρειον) nam Stobaeus et Grotius ἄριςον habent. Quale enim, apud se dixit, est ἄριςον ἢ *optimum, quam?* Hoc quidem recte. Sed ubique eum infelicitas sequitur, sive quid clam, sive palam interpolare audeat. Attici quippe, etsi ἄριςον dicant, numquam tamen dicunt ἄρειον gradu comparativo: hoc poëtis Ionicis relinquunt. Sic igitur corrigendum erat.

Θανεῖν ἄριςόν ἐςιν, οὐ ζῆν ἀθλίως.
Τὸ μὴ γὰρ εἶναι κρεῖσσον, ἢ τοὖναι κακῶς.

130 Stobaeus quidem et Grotius versu posteriore habent ἢ τὸ ζῆν κακῶς: sed ipsius sententiae ductu τοὖναι sive τὸ εἶναι legendum. Ceterum Vir Clar. hunc versum callide omisit **); si enim ἄρειον legas, idem bis dicetur insipida ταυτολογίᾳ.

CCCVI. p. 433. Οἴει σὺ τοὺς θανόντας, ὦ Νικήρατε,
Τρυφῆς ἁπάσης μεταλαβόντας ἐν βίῳ,
Πεφευγέναι τὸ Θεῖον, ὡς λεληθότας, etc.

Ita quidem Clemens et Eusebius exhibent; sed Justinus post versum secundum haec interserit, Καὶ γῆν κα-

*) Vulgatum ἐλάχιστον recte tenuit etiam Wyttenb. ad Plutarch. Opp. Morr. p. 103. A.

**) Non callide, opinor, sed Grotii Florilegium sequutus, ubi conjungitur ille quidem cum priori versu arctissime; sed hunc operarum errorem esse e Gesneri Stobaeo casu susceptum, docet margo Florilegii, in quo priori versui Philemonis, alteri Sophoclis nomen adscriptum legitur. Sunt igitur duo diversi et loci et poetae fragmenta. Quod si animadvertisset Bentlejus, non sane tentasset secundum versum conjectura parum probabili: τοὖναι autem pro τὸ εἶναι nusquam mihi quidem inventum.

ψειν ὡς ἀπὸ τοῦ πάντ' εἰς χρόνον. Unde non magna mutione sic locum constituo,

> Κατὰ γῆν καλύψειν, κἀπὸ τοῦ πάντ' εἰς χρόνον
> Πεφευγέναι τὸ θεῖον, ὡς λεληθότας;

erte illud λεληθότας *latentes* longe aptius commodiusque ıfertur post γῆν καταχαλύψειν *terram operturam esse;* ıam si absque illo inferatur. Jam autem versus septi.us et octavus sic ex eodem Justino constitui debent,

> Εἰ γὰρ δίκαιος κἀσεβὴς ἕξουσιν ἕν,
> Ἅρπαζ' ἀπελθὼν, κλέπτ', ἀποςέρει, κύκα.

am loco prioris Clemens et Eusebius habent, Καὶ εἰ τὰς ἰο καλύψει ἡ γῆ, φασι, τῷ παντὶ χρόνῳ *); quae corrupta ınt et depravata ex altero illo, quem modo apud Justiım correximus. Grotius vero utrumque ponit, ad hunc ıodum,

> Εἰ γὰρ δίκαιος κἀσεβὴς ἕξουσιν ἕν,
> Ἡ γῆ δὲ καλύψει τοὺς δύο τῷ παντὶ χρόνῳ.

t posteriore hoc opinor, tam incondito et male nato, .ne gravi jactura carere possumus: etsi Vir Cl. caecus e coloribus, pronuntiet, *Optime haec esse a Viro sumıo emendata, et facili mutatione.* Tu vero *tuis te teeas Damasippe;* neque de versuum concinnitate te juicem constituas. At sententiam saltem pravam esse subdorari debebas: *Si justus,* inquit, *et impius unum exiıum habebunt, et ambos terra occultabit omni tempore.* mmo vero, ex Philemonis sententia, ambos pariter occulabit! non enim hic dogma Christianum de corporum reurrectione propugnat; sed ἐν ᾅδου *in inferis* judicium uturum dicit; ubi animae impiorum torquebuntur; corıora vero non resurgent, ut neque piorum. Jam, opinor, ntelligis alieno haec loco posita esse, neque a Philemone 'el Diphilo proficisci potuisse: sed si Justinum et me sequeris, omnia constant, et optime habent.

ꞆCCVII. p. 414. Ἔπειτα δ' ἐθεώρησαν, εἶτ' εἰς ἐλπίδα 131
Ἐνέπεσαν· οὕτω γίνετ' ἐκ τούτων ἔρως.

Non commode haec procedunt, neque, uti debuit, crecit sententia. Quippe θεωρεῖν idem fere est quod ὁρᾶν. Sed hoc a Grotio est; qui in notis, apud Clementem ait esse Εἶτ' ἐπεθεώρησαν. Cur non igitur, quod proximum erat, reposuit,

---

*) Hermannus apud Erfurdt. ad Ajac. p. 631. corrigit: καὶ γῆ καλύψει τοὺς δύο τὸν πάντ' εἰς χρόνον.

Ἔπειτ' ἐπεθεώρησαν, εἶτ' εἰς ἐλπίδα?

Nam et δ' inconcinne hic intervenit; et ἐπιθεωρεῖν apprime convenit, *studiose contemplari*. Lege porro ἐνέπεσον: nam ἔπεσαν Graece non dicitur, nisi dialecto Boeotica aut Alexandrina.

CCCVIII. p. 132. *Ἐάσαθ' οὕτως οὖν ἔχειν· τὸ πῦρ μόνον* etc.

Illud *οὖν* in primo versu a Grotio est; apud Athenaeum enim deest. Casaubonus conjecit, *Ἐάσαθ' οὕτως τοῦτ' ἔχειν*: melius quidem quam Grotius; nam *οὖν* alieno prorsus loco ibi ponitur. Quippe sic potius dixisset Poëta, *Ἐάσατ' οὖν οὕτως ἔχειν*. Sed vera et certa lectio est, quam nunc tibi profero,

Ἐάσαθ' οὕτως, ὡς ἔχει· τὸ πῦρ μόνον.

Illud *ὡς* absorptum est a syllaba praecedente. Mox in versu ultimo prava distinctio est: quod vel illud δ' perito satis indicat: tu sic interpunge;

— Κατακάει γὰρ ὅσ' ἂν ἔξω λάβῃ
Τοῦτο πάλιν, εἰς τὴν σάρκα δ' οὐκ ἐνδύεται.

Ignis, inquit, lentus elixum magis quam assum facit: at *contra vehemens ignis omne extrinsecus urit, neque tamen intra carnem penetrat.*

CCCIX. p. 399. *Ἅπαντα κυκᾷ καὶ μεταστρέφει τύχη.*

A Grotio est illud *κυκᾷ*, et perperam omnino: quippe priorem syllabam corripit. Revocanda est lectio veteris codicis *νικᾷ*.

CCCX. p. 399. *Πρόσεστιν ἄρα καὶ τῷ πένητ' ἀπιστία* etc.

Male hic *ἀπιστίαν incredulitatem* vertit Vir Cl. Pas-
132 sive enim hic significat *ἀπιστία*, et sic vertendum erat, *Adhaeret ergo et pauperi Non credi*: sed quid sodes illud est *καὶ etiam* pauperi adhaeret? an et divitibus adhaeret? Hoc plane sequentibus repugnat. Nimirum hoc Grotio debemus: vetus codex habebat, *Πρόσεστι δὲ τῷ πένητ' ἀπιστία*: unde simplicissima emendatio nascitur,

Πρόσεστιν αἰεὶ τῷ πένητ' ἀπιστία. vel,
Ἀεὶ πρόσεστι τῷ πένητ' ἀπιστία *).

*) Iota in *πένητι* elisum fort. defendas Euripidis exemplo in Aegei Fragm. VI. p. 416. Lips.

ἃ μὴ γάρ ἐστι τῷ πένηθ', ὁ πλούσιος
δίδωσιν.

Quamquam hoc quoque corruptum putat Lobeck. ad Ajac. pag.

CCCXI. p. 409. *Ἔχει γε χειραγωγὸν τὸν πλοῦτον γέρων.*

Nullo pacto hic stare potest Spondeus in loco quarto: quod et sensit doctissimus Rutgersius, sic versum constituens,

Τὸν χειραγωγὸν πλοῦτον, ὁ γὰρ γέρων ἔχει

Sed hic scaber est et inficetus. Putide quoque repetitur *ὁ γέρων*. Non ausim spondere, me verba auctoris daturum esse: non indignum tamen eo fuerit, si sic legas,

Πλοῦτον γὰρ οὗτος χειραγωγήσοντ' ἔχει.

CCCXII. p. 401. *Καλῶς ποιήσας μὴ καλῶς ὀνείδισας.*

Lege, ut apud Grotium habetur, et versu sequente placet Danielis Heinsii emendatio.

CCCXIII. p. 401. *Ὡς εὐφυὲς ζῶον ὁ κοχλίας, νὴ τὸν θεόν.*

Versus hic aeque longior: aut repone cum Rutgersio;

Ὡς εὐφυὴς ὁ κοχλίας, νὴ τὸν θεόν,

aut sic potius,

Ὡς εὐφυὲς ζῶον κοχλίας, νὴ τὸν θεόν.

CCCXIV. p. 401. *Σὺ τὴν σεαυτοῦ πατρίδα μὴ 'ντισυγκρίνῃς.*

Illud *ἀντισυγκρίνῃς*, quo nihil deformius est, cum in fine Senarii Spondeum faciat, Grotio acceptum referimus; qui *ita se versum supplevisse* memorat, cum antea esset *μὴ συγκρίνῃς*. Nimirum existimabat id verbum penultimam corripere. Equidem sic legerim:

Σὺ τὴν σεαυτοῦ πατρίδα μὴ συγκρῖν', ἐπεὶ —

CCCXV. p. 407. *Ἐξὸν γυναικὸς ἐξόπισθ' ἐλευθέρας*
Κατόπιν βλέπειν θεράπαιναν ἀκολουθεῖν καλήν,
Ἐκ τοῦ Πλαταϊκοῦ τ' ἀκολουθοῦντάς τινα 133
Ταύτῃ κατιλλώττειν;

Haec ex Clemente Vir Clar. et felicius quidem solito in versus digessit; sententiam tamen et verba pro more corrupit. Cur enim *κατιλλώπτειν* (sic lege) vertit *garrire?* credideram esse *nictare, nutare, limis et amatoriis oculis adspicere*. Sed coactus est *garrire* interpretari, quia *τινὰ* neutro plurali *quaedam* hic acceperat. Ita ex uno errato aliud progignitur. Apud Clementem est *παρακολουθοῦντα*, non *ἀκολουθοῦντας*: unde certissima emendatione sic locum repono:

---

344. Non minus corruptus est Alexis ap. Athen. p. 64. e. et Com. inc. apud Stobaeum XVII. p. 95. ubi revoca lectionem a Grotio frustra tentatam.

Ἔξον γυναικὸς ἐξόπισθ' ἐλευθέρας
Βλέπειν θεράπαιναν κατόπιν ἀκολουθεῖν καλὴν
Ἐκ τοῦ Πλαταιϊκοῦ, παρακολουθοῦντά τε τινὰ
Ταύτῃ κατιλλώπτειν *).

In versu secundo servavimus verborum seriem, uti extant apud Clementem, quae nullo commodo inverterat Vir Clar. qui insuper, cum *interrogationis signum addidit,* etiam sententiae injuriam fecit.

CCCXVI. p. 409. *Ἀλλ' ἐν Σάμῳ μὲν τοῦ λιθίνου ζώου ποτὲ* —

Eleganter quidem apud Athenaeum Alexis de re eadem *λιθίνην κόρην lapideam virginem* dixit; sed *λίθινον ζῶον lapideum animal* duri quid et absurdi in se habet. Quin, si pravae metaphorae ignoscas, *ζῶον* non hic magis mulierem indicaverit, immo minus, quam bestiam: quod ab auctoris mente alienissimum. Legerim igitur,

Ἀλλ' ἐν Σάμῳ, μὲν τοῦ λιθίνου ξοάνου ποτέ.

CCCXVII. p. 424. *Τάλαντα, χρυσοῦς ἔχων ἓξ ἀποίσεται.*

Specta hic, lector, eruditionem Viri Clar. et *Crimine*
134 *ab uno Disce hominem.* Principio, non sensit in eo Senario binos pedes male incedere; neque, quod factu facillimum, verba ad rectam seriem reducere potuit. Deinde *ἀποίσεται* vertit *abibit*; quasi futurum tempus esset a themate *ἀποίχομαι, abeo.* Cum vel discipuli in ludo Grammatico sciant *ἀποίχομαι* in futuro dare *ἀποιχήσομαι*; *ἀποίσομαι* vero duci a praesente *ἀποφέρομαι.*

Hiccine est Telamo ille, modo quem gloria ad coelum extulit?
Quem adspectabant, cujus ob os Graji ora obvertebant sua?

Tu vero, Lector, hunc suas res sibi habere jube, et sic mecum lege,

Τάλαντα, χρυσοῦς ἓξ ἔχων ἀποίσεται.

CCCXVIII. p. 408. *Μῦς λευκὸς ὅταν αὐτήν τις· ἀλλ' αἰσχύνομαι*

Λέγειν· κέκραγε τηλικοῦτον ἡ κατάρατος
Μαςρωπὸς, ὥς' οὐκ ἔςι πολλάκις λαθεῖν.

Iterum tibi Viri Cl. eruditionem metiri hinc et aestimare licet. Primo ex tribus versiculis binos dedit poplitibus succisis claudos et ad ambulandum impotentes. Vocem *κα-*

---

*) Duo priores versus eodem modo constituit Gatakerus Opp. Posth. p. 640.

τάρατος, quae frequentissime apud Comicos occurrit, et cujus ratio syllabica notissima est, in Senarii fine posuit; nesciens eam habere tertiam productam *). Tum μαςροπὸς versu 3. posuit, vitiosa scriptura: ubique enim scribendum est μαςροπός. Ita demum interpretatur, ut satis se ostendat sententiam loci ne per nebulam quidem vidisse. Tu sic lege, et verte;

Μῦς λευκὸς, ὅταν αὐτήν τις (ἀλλ' αἰσχύνομαι
Λέγειν), κέκραγε τηλικοῦτον εὐθὺς ἡ
Κατάρατος, ὥς' οὐκ ἔςι πολλάκις λαθεῖν.
Mus albus est: siquando eam aliquis (sed pudet
Dicere), continuo ita clamat scelesta,
Ut saepe non liceat occulte id facere.

Ne literam quidem apud Aelianum mutavimus: praeterquam quod ejecimus illud μαςροπὸς, quod ex praecedente versu Epicratis,

Ἡμῖν ὑπῆλθεν ἡ κατάρατος μαςροπὸς,

male hic a Librario repetitum erat. Sensus vero est, Ὅταν αὐτήν τις σποδῇ, διασπλεκοῖ. *Mus albus* genere ἐπικοίνῳ de muliere accipiendus est μεταφορικῶς: id enim hic agit Aelianus, ut, Epicrate et Philemone auctoribus, ostendat τὸν θῆλυν μῦν *murem feminam* omnium esse libidinosissimam. Quare Aeliano ipsi repugnat Vir Cl. cum vertit, *Quando illam mus albus.* Sed in tota ejus versione nihil sani est.

CCCXIX. p. 425. Σαυτὸν ἐπαινεῖς, ὥσπερ Ἀςυδάμας ποτέ.

Ex Apostolio hoc adducit Vir Cl. Cur autem ex re- 135
cente Scriptore, quod apud Veteres habetur Zenobium et Suidam, cujus scripta ille compilavit? Ex eodem etiam citat illud num. 95. **)

Νόσον πολὺ κρεῖττόν ἐςιν ἢ λύπην φέρειν,

---

*) Ejus rei immemor fuit Jacobsius (Ep. ad Schneid. p. 26.) in constituendo Epicratis loco apud Aelianum l. l.

Τελέως δὲ ὕμιν ὑπῆλθεν ἡ κατάρατος μαστροπός,
ἐπομνύουσα τὰν Κόραν τὰν Ἄρτεμιν etc.

Corrigit vir praeclarus τελέως δὲ μῦς ὑπῆλθεν ἡ κατάρατος, ejecto voc. μαστροπος, quod in Philemonis versu recte fecit Bentlejus, in Epicratis loco autem, ex quo ipsum illud μαστροπὸς in Phil. versum irrepserat, nullo pacto licet. Nec de *mure* in Epicratis versu sermo est, sed de puella libidinosa, quae quarto demum versu propter salacitatem cum mure comparatur: ἡ δ' ἄρ' ἦν μυωνία. Legendum igitur: τελέως δέ μ' ὑπῆλθεν ἡ κ. μ. *postremo clanculum me subvenit scelesta, jurans quidem se integram intactamque puellam esse: verum illa erat* μυωνία. Male Bentl. ἡμῖν ὑπ.

**) Fragm. inc. 120.

quod apud Stobaeum fertur *ἀδέσποτον*, titulo De moerore. Sed, ut haec ei condonemus, qualis vero peritiae est Senarium a trochaeo *σαυτὸν* inchoare? Vera lectio apud priscos illos habetur,

Σαυτὴν ἐπαινεῖς, ὥσπερ Ἀςυδάμας, γύναι.

Vide Zenobium et Suidam; quorum posterior Epigramma *) illud *φορτικὸν* Astydamantis habet, quod huic adagio originem dedit; id hic ponemus, ut obiter emendetur;

Εἴθ' ἐγὼ ἐν κείνοις γενόμην, ἢ κεῖνοι ἅμ' ἡμῖν,
Οἳ γλώσσης τερπνῆς πρῶτα δοκοῦσι φέρειν.
Ὡς ἐπ' ἀληθείης ἐκρίθην ἀφεθεὶς παράμιλλος.
Νῦν δὲ χρόνῳ παρέχουσ', οἷς φθόνος οὐχ ἕπεται.

Pro *παρέχουσ'* in versu ultimo, quod apud Suidam fertur, Apostolius habet *προσέχουσ'*; quorum utrumque non est nauci. Lege,

Νῦν δὲ χρόνῳ προὔχουσ', ᾧ φθόνος οὐχ ἕπεται.

CCCXX. p. 429. — *μεθύει, διαγραμμίζει, κυβεύει.*

Mirum profecto Criticae artificem! qui ex Eustathio haec sic collocat, quasi prior pars versui deesset, haec autem posterius colon constituerent. Quid ergo? Senarius terminari poterit trochaeo et spondeo? Immo contra Senarii initium haec faciunt, cui finis suus deest.

CCCXXI. p. 400. — *Λίθον μὲν τὴν Νιόβην, μὰ τοὺς Θεούς,*

Versum ita imple;

Λίθον μὲν εἶναι τὴν Νιόβην, μὰ τοὺς θεούς.

CCCXXII. p. 428. *Ἡ μὲν χελιδὼν αὐτὸ θέρος, ὦ γύναι, λαλεῖ.*

Quid? an nesciebas *χελιδὼν* secundam syllabam producere? qui hoc vulgatissimum ignorat, is in humanioribus literis plane hospes esse debet. Lege sine dubio, et verte,

Ἡ μὲν χελιδὼν τὸ θέρος, ὦ γύναι, λαλεῖ.
Hirundo quidem, o mulier, aestate loquitur,

136 *tu vero per totum annum.* Nam hujusmodi quid statim a tergo secatum esse, ex Scholiaste colligo: verba ibi Aristophanis sunt:

Οἱ μὲν γὰρ οὖν τέττιγες ἕνα μῆν' ἢ δύο
Ἐπὶ τῶν κραδῶν ᾄδουσ', Ἀθηναῖοι δ' ἀεὶ
Ἐπὶ τῶν δικῶν ᾄδουσι πάντα τὸν βίον.

At

*) Ap. Jacobs. Append. ad Anth. Palat. II, p. 759.

d quae notat Scholiastes, *Παρὰ τοῦτο Horum imitatione, Philemon dicit,* Ἡ μὲν χελιδὼν etc. Quid? jamne intelligis me recte divinasse? Ubi vero erat acumen tuum, quo tantopere te jactitas, qui hoc videre non potuisti? sto enim, ut rei metricae ignorantiam contemtu ipso indices; te istas minutias spernere, gravioribus studiis editum esse (quamquam ne hoc quidem sic tibi abibit: ır enim προῖκα, et nullo cogente, te illis minutiis immiscuisti?) at certe toties te judicio et acumine caruissé, ua tandem fronte hoc a te amolieris, qui prae te soles ios spernere?

CCXXIII. p. 409. Ὑπὸ γὰρ ἀνοίας ἑαυτὸν οὐ μέμφεται.

Qualem vero hic exitum fecit, Vir Clar. Lectori valedicens? Quis enim vel sine libris non statim emendaverit.

Ὑπὸ γὰρ ἀνοίας οὐχ ἑαυτὸν μέμφεται.

Ioc vel versus ipse flagitat, et ita plane editio prima Theohili per Gesnerum exhibet. Sed manum nunc de tabula.

Exequias Chremeti, quibus est commodum ire, hem tempus est.

CORRIGENDA ET ADDENDA.

P. 3. l. 8. **Post numerum 384 adde:** *„gravari* passiv. **sensu accipiens".**

P. 5. init. In Athenaei loco Schneiderus Lex. Gr. s. v. *κατασείειν* pro *ὑποπιπτόντων* legit *προπινόντων*. Sic enim citari haec verba apud Photium s. v. *κατασείειν*, ubi tamen nihil ejusmodi reperio. Si verum est *προπινόντων*, in Athenaei quidem verbis difficultas tollitur, at remanet in Menandri versu, in quo *ὁ φιλοτιμούμενος* vix diversus esse potest ab eo, qui viginti cyathos infundi sibi jusserat.

Ibid. med. Nunc unice probo Bentlejanum *ὦ σοφώτατοι*. Particulam *γάρ* post pluscula verba illatam tuentur ea, quae dixi p. 7. quibus adde indic. graec. sub voce *γάρ*.

P. 7. l. 18. corr. „legatur". Ipsum Menandri versum rectius ita constituissem:

— — *Πρὸς ἅπαντα δειλὸν ὁ πένης ἐστὶ γάρ.*

Nam *πράγματα* nunc non dubito, quin Grotius e Stephani conjectura adsciverit.

P. 8. l. 16. Menandri verba fuisse videntur haec *κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων*. Cetera: *nam vetus hoc verbum est*, de suo addidisse videtur Terentius.

P. 12. l. 13. pro „Epicrates" corrige „Crates".

P. 13. fine. Lenissima emendandi ratio esset: *Περσικαὶ στολαὶ δ' ἐκεῖναι, πορφυρᾶ τε ῥέγματα*, nisi usus vocabuli *ῥέγμα* in Attico eoque comico poeta insolentiae crimine laboraret. Pro *στολαὶ δ' ἐκεῖναι* probabilis est conjectura, quam cum Buttmanno communicavit Heindorfius filius: *στολαὶ δὲ κεῖνται.*

P. 16. l. 16. corrige numerum IV. 22. pro IV. 2.

P. 17. l. 16. Approbare non potui sententiam meam Buttmanno, qui verba *ἤντλουν λέγειν δεῖ κτλ.* alteri interlocutori tribuit.

P. 18. l. 16. Suidae verba Schneiderus Lex. Gr. sic interpretatus est. „Suidas in *ἴσσα* sagt, dies sei bei Me-

„nander der Ausruf eines Menschen, der beim Loosen „ζ oder die Zahl 6 zieht". At Suidas non scripsit τῶν ζ λαχόντων sed ἐπὶ τῶν ζ λαχόντων, quod etiamnum in ζημίαν λαχ. mutandum censeo. Fuit igitur ἴσσα malevolorum hominum exclamatio, qui alienis malis gauderent. Ita etiam Antiatticista l. c. ἴσσα, τὸ ἐπιχαρτικὸν ἐπιφώνημα. μέμφεται. Quam postremam vocem fortasse ita corrigas, μέμφονται, *improbant Atticistae.*

P. 21. l. 26. Vera videtur Casauboni ratio, modo scribas: ἐνθένδ' ἀποφυγὼν —. Ibid. l. 4. a fine Buttmannus corrigit: οὕτως οὗτός ἐστι.

P. 28. l. 15. Heringa non Σωσίλα scripserat sed Σωσία, ut alii quoque correxerunt.

P. 29. l. 11. scribe „sed praestat, quod ibidem proposuit Heringa". — Ibid. l. 13. a fine. De Smicrine, militis partes sustinente, quae dixi, ea vellem omisissem, quandoquidem hoc nomen in nova Graecorum Comoedia nunquam non *avari senis* fuisse pro comperto habeo.

P. 30. l. 9. In Eubuli versu articulum delevit jam Porsonus Advers. p. 86. Idem verissime πουλύποδος, quae forma in Atticis scriptoribus ubique restituenda. In Hegemonis versu metricum vitium sustulit etiam Porsonus l. l. p. 130. sed minus recte scripsit εἴπῃ μικρόν.

P. 31. l. 15. Constantini verba haec sunt: ἀπὸ τοῦ Ἴβηρις τὸ θηλυκόν. Ἑλληνὶς οὐκ Ἰβηρίς, Μένανδρος ἐν Ἀσπίδι. Quae sumsit Constantinus e Stephano Byzant. s. v. Ἰβηρία. Cfr. Hudsoni Geogr. Minor. T. IV. p. 41. a.

P. 32. l. 5. post „enotavit" adde „quod verum videtur".

P. 35. l. 18. corrige ῥεῦμα et p. 36. l. 5. a fine „Herod." pro „Hesiod."

P. 38. Glycerae nomen cum ipsis poetae verbis conjunxit etiam Krehlius, qui locum hunc e Misogyne, ubi Glycerae mentio, sumptum putat. Atqui Glyceram non in una tantum Menandri fabula partes habuisse ex Alciphrone monui p. 138.

P. 40. in. Fortasse scripserat Menander: ἔπειτα δ' αὖθις τοῦθ' ὁ κακοδαίμων ἔφη. — Ibid. l. 2. a fine corrige: αὐτολήκυθοι — ἀντὶ κτλ.

P. 43. l. 30. μικρολόγος habet Clemens. — Ibid. l. 4. a fine γ' ἆρα voluit etiam Pauwius p. 25. sed minus certe dedit γ' ἄρα.

P. 44. l. 29. De forma σάκος vide Phrynichi Ecl. p. 257. ibique Lobeckium.

P. 45. l. 3. Non ταπεινοῦσθαι sed τεταπεινῶσθαι scribi

voluit Heringa, idemque conjecit Zedelius Neues Magazin f. Schul. I. p. 178. Et recte quidem, opinor. Certe neutralis verbi *ταπεινῶσαι* significatio multum vereor, ut demonstrari possit. Quos ibidem e Plutarcho attuli versus, eos etiamnum Menandri esse non dubito; ad *Δεισιδαίμονα* tamen referre non debui. Verba scriptoris haec sunt: *ἀλλ' ὅ γε κωμικὸς οὐκ ἀηδῶς εἴρηκέ που πρὸς τοὺς καταχρυσοῦντας τὰ κλινίδια καὶ καταργυροῦντας, ὅτι μόνον ἔδωκαν ἡμῖν οἱ θεοὶ προῖκα τὸν ὕπνον· τί τοῦτο πολυτελὲς σαυτῷ ποιεῖς; ἔστι δὲ καὶ πρὸς τὸν δεισιδαίμονα εἰπεῖν κτλ.* Quae postrema verba ex alia potius fabula quam e Superstitioso versus istos ductos esse demonstrant. In altero fragmento ibidem allato Buttmannus corrigit: *ὅταν δὲ νυστάζοντά μ' ἡ λύπη λάβῃ,* in quo tamen articuli vim non satis capio. [Nimirum referebatur ad antecedentia aliqua. *Buttm.*]

P. 46. l. 2. a fine. Est sane Menandri versus, sed *κεῖνος* a Comicorum usu alienum.

P. 49. l. 7. corrige *ἄκαρτος* pro *ἀκάθαρτος*.

P. 50. l. 29. Stobaei lectio est *ἑαυτόν*, Grotius demum e MS. dedit *ἑαυτοῦ*. Neque Gesn. in margine notavit *εἰ δ' οὐδ' ἑαυτοῦ*, sed *εἰ δ' οὐδ' ἑαυτόν*. Vera lectio sine controversia est ea, quam Schowii praebent Codd., *εἰ δ' οὐ σεαυτοῦ*. Negatio non ad totam sententiam spectat, sed ad *σεαυτοῦ*, ut in exemplis apud Jacobsium ad Anthol. Palat. p. 832. ubi quod vulgo editur *εἰ δ' οὖν* sin minus, recte tuetur vir egregius Addendis p. XC. sed fallitur hunc usum serioribus demum scriptoribus tribuens. V. Sophoclis Antig. 718.

P. 52. fine. Menandrea Lobeckius ad Phryn. p. 144. memoriae errore ita exhibuit: *τῶν ἐνθένδε πᾶς ἐλεύθερος ἄπεισιν εὐθύς*, verbis *ὡς τάχος* (voluit *ταχὺ*) Ammonio tributis. In verbis *γε πᾶς* fortasse *Getae* nomen latet.

P. 53. l. 9. Fort. legendum *εὕρηκα κἀγὼ τουτουὶ τέχνην*, ut sit senarius ultimo pede truncatus. — Ibid. l. 15. dele verba „*τούτῳ* omittit et". Versuum reliquias recte jam digesserat Jacobsius Not. MSS. Eadem Porsoni ratio Append. ad Toupii Emend. p. 464.

P. 54. l. 22. unice verum est *δαιμονᾷς*.

P. 55. in. Quam de *συνυφαίνειν* moverat dubitationem Huschkius ad Tibulli Eleg. tres Rostock. 1814., eam in ipsa romani poetae editione recte quidem vir doctissimus composuit allata Moeridis Atticistae glossa: *συνέριθοι, Ἀττικῶς, συνυφαίνουσαι, Ἑλληνικῶς*. Sed quae praeterea addit vir clar. ad fidem illorum versuum elevandam: *miror ad-*

hue Bentlejum non oblocutum esse (scil. Clerico, qui istud fragmentum sine νοθείας suspicione receperat), *quamquam alia de causa, nec tam propter verbum συνυφαίνειν, quam propter metrum, nam ῥυπαρῶς priorem syllabam habet brevem* — haec igitur cautius omisisset. Versus est longe integerrimus, nisi quod apud Politianum male legitur συνύφαινεν, quod in συνύφαινε mutavi. Itaque ut nunc res est, nihil causae video, cur de fide illorum versuum dubitemus.

P. 58. l. 6. a fine pro „combureretur" corrige „conflagraret".

P. 59. Ἑορτὰς Menandri fabulis adnumeravit etiam Toupius Emend. in Suid. II. p. 446. Oxon.

P. 60. l. 3. pro „Gesnerus ἂν σεμνύνῃ" corrige „Gesnerus ἂν οὐ σεμνύνῃ et in marg. e conjectura ἂν γε σεμνύνῃ". Primo fragmenti versu τὸ ταπεινὸν Grotius vertit: *modestimores*. Rectius Zedelius Neues Magazin f. Schul. I. p. 174. *humilis tua conditio*. Idem postremum versum recte interpretatur: *te ipse deridere videberis*. Quam secundo versu recepi incerti auctoris conjecturam, ea Heringae ingenió debetur, qui Observat. p. 244. scripsit: ἂν δ' αὐτὸν ποιῇς ταπεινὸν αὐτός, non ut ego feci: ἂν δ' αὐτὸς ποιῇς τ. αὐτόν. Pro καταγέλως corrige κατάγελως. Ceterum eandem emendationem jam Grotii interpretatio exhibet: *at si te ipse tu dejectum facias atque nullius preti.*

P. 60. l. 10. a fine corrige χορῶν et l. 7. τοῦτ' pro τοῦδ'.

P. 64. l. 15. post „Bekk." adde „ubi in exemplis memorat verba: ἀναγινώσκω σοι Ἀλκαῖον, κωμῳδῶ σοι τοὺς „Ἐπιτρέποντας, non facturus, nisi magnam haec fabula celebritatem adepta esset". Quae ibidem de *Smicrine* dixi, iis adde Themistii locum ex Orat. a Majo edita p. 52. τίνα Ἀλκιβιάδην οὐχ ὑπερβαίνει; τίνα Κίμωνα οὐκ ἀποφαίνει σμικρίνην; ubi recte Schneiderus Append. ad Lex. Gr. castigat Majum σμικρύνειν edentem; at fallitur vocem σμικρίνης adjectivum esse existimans. Nam hic etiam corrigendum est Σμικρίνην, quo ipso sententiae mirum quantum alacritatis accedere nemo non sentit.

P. 65. l. 4. a fine. Harpocrationis MSS. praebent καταφθαρεῖσθε vel καταφθαρῆσθε.

P. 70. l. 12. a fine. Tittmannus non ἓν δύο sed ἐν δύο conjecerat. Cfr. Lobeck. ad Phryn. p. 414.

P. 71. l. 9. pro παρεισπεσὼν corrige παρεισιών, ut recte Clemens et Justinus, apud quem olim παρειπὼν legebatur.

P. 72. in. Retinendum videtur μὴ αἴτιος. Similes cra-

ses sunt μὴ εὐλαβοῦ, μὴ αὐτόν, μὴ οἴχεται apud Diphilum, Aristophanem, Lysippum aliosque. Aliquanto diversa sunt, nec tamen indigna memoratu, ἢ ὠθισμός apud Anaxandridem Athenaei p. 227. c., ἢ ὀρνίθων apud Mnesimachum ibid. p. 387. b. et ἢ ὅτε apud Dionysium ibid. p. p. 405. c., ubi tamen de lectionis sinceritate dubites.

Ibid. l. 9. a fine. Quem Bentlejus addidit articulum ante κρατῶν, eum Grotius quoque inseri voluit, sed operae non paruerunt. Vid. Grotii Adnot. ad Stob. p. 539.

P. 73. l. 6. Apud Zonaram versus Menandri sic scriptus legitur: ἐπιφαρμάκευσο, γλυκύτατε, κτλ. unde scribendum, quod vel grammatica ratio postulat:

ἐπιφαρμάκευσ', ὦ γλυκύτατ', ἀναλυθεὶς μόλις.

Imperativi diphthongum recte elidi docent ea quae dixi p. 197.

P. 79. l. 9. Turnebus Martialis verba sic interpretatur: *Thaïs a Menandro sic in Comoediis introducta frequenter et celebris reddita est, ut ipsa videatur, non Glycere, Menandri amica fuisse.* Aliam denique interpretationis viam ingressus est J. F. Gronovius Observ. in Script. eccles. Cap. 2. p. 28. „Thaïs, inquit, Menandri fa„bula celeberrima, *primum lascivos amores juvenum lusit*, „hoc est, primum in scena exhibuit et materiem comoe„diae fecit amantem adolescentem, partes amantis ephebi „tractavit. Significat Menandrum auctorem esse novae „comoediae, et Thaide auspicatum: quod posterius, sive „verum est sive finxit, parum interest: certo Martialis „id dicit et se credere praefert, atque impune licet di„cere. — Jam in minore versu, Nec *Glycere*, sed *vere* „*Thaïs fuit amica Menandri:* si roges iterum, quae Thaïs? „respondebo, non profecto alia, quam illa ipsa fabula seu „Comoedia, cujus tanta virtus, tanta ars, tanta suavitas, „ut dicere possis hoc excellentissimum opus vere fuisse „amicam poetae, hoc est, noctes diesque ab eo cultam, „curatam, exornatam, velut hoc unum egisset, denique ani„mam et delicias fuisse unicas; non illam Glyceren, quae „tam potens fuisse fertur".

Ibid. in fine. Varronis verba apud Nonium Marcell. IV. s. v. *demittere* haec sunt: *cum etiam Thaïs Menandri tunicam demissam habeat ad talos.* Eadem leguntur Cap. XIV. s. v. *tunica,* ubi pro *Thaïs* vitiose editur *aliis.*

P. 75. l. 19. corrige: „de Naevio — ne dubites".

P. 76. ad Thessalae fragmenta adscripsi Plinii locum, in quo vellem omisissem verba *Trojanis — fulmi-*

nante: sunt enim perobscura sive potius corrupta. Monuit Buttmannus. Post *ejus* in parenthesi adde *artis magicae*. De hac enim loquitur Plinius.

P. 77. de augmentatione verbi *ἀνοίγω* cfr. Lobeck. ad Phryn. p. 157. sqq.

P. 78. l. 14. Non totus deest senarius, sed tantum verba *τ' ἄριστος — ἅμα.* — Ibid. l. 17. post *exhibuimus* adde: p. 220. — Ibid. l. 8. a fine corrige: *εὐθὺς εἰπεῖν ἂν δοκῶ.*

P. 79. l. 10. Non esse operarum errorem, ex eo intelligitur, quod Grotius etiam priori *Θεοφορουμένης* fragmento *Inciti* titulum adscripsit, non *Incitae*. Sed unice verum est *Θεοφορουμένη*, genere feminino, idque etiam in Stobaei Cod. Caes. ad hunc locum adscriptum reperit Schowius de Charta papyr. p. 142. — Ibid. l. 17. verba *ὦ Λάχης Λάχης* Vespasianus non de suo addidisse sed ex alio Menandri dramate usurpasse videtur. Certe Menandro diserte tribuuntur ab Apollonio de Synt. Lib. I. 17. p. 46. *διστάζεται τὸ παρὰ Μενάνδρῳ· ὦ Λάχης Λάχης, πότερον ἐν σχήματί ἐστι τῷ προκειμένῳ* (vide quae praecedunt) *ἢ δεόντως μετὰ τοῦ ἄρθρου καὶ τὴν πτῶσιν ἔχει τῆς κλητικῆς.* — Ibid. l. 25. Euripidei Scholiastae locum e Barnesiana editione adscripsi. Reliquae Menandrea ita exhibent: *δεύτερος συκοφάντης, ὁ κακοήθης τρίτατος.* Itaque immunis est culpae Lindenbrogius. Grotianam lectionem *τὰ τρίτ' ἔχει* e Codd. Caes. et Vind. enotavit Schowius l. l. p. 142.

P. 81. l. 17. corr. *ἀποδοίμην*. Sic enim habet Plutarchus. — Ibid. l. 9. a fine corr. „unus fere servavit".

P. 82. l. 11. Recte quidem Bentlejus: nec absurda tamen Grotii ratio, qui locum ita videtur intellexisse, ut amor audacia destitutus nullus esse (*οἴχεται*) dicatur. Quae sententia nihil habet, in quo offendas, quamquam contra librorum fidem nil novandum. *Ἔρωτα*, ut hoc addam, pro *ἐρῶντα* reddendum Plutarcho Symp. II. p. 634. B. *ποιεῖ τὰ σκώμματα ἀλυπότερα καὶ τὸ κοινωνεῖν ἀμωσγέπως* (hoc redde Plutarcho ibid. p. 745. C. pro *ἄλλως γέ πως*, cll. Schaefero ad Porsoni Advers. p. 311.) *τοὺς λέγοντας, ὅταν εἰς πενίαν ἔγη πένης, ἢ δυσγενὴς εἰς δυσγένειαν, ἢ ἐρῶν εἰς ἔρωτα.* Vulgo *ἐρῶντα.*

P. 85. l. 10. In Harpocrationis loco legendum videtur *φιλοσοφεῖν ἀντὶ τοῦ πονεῖσθαι, ἀσκεῖν.* V. Bastius ad Greg. Cor. p. 537. — Ibidem l. 6. a fine adde „nec dubitavit Lobeck. ad Phryn. p. 158."

P. 86. l. 9. Pudet me reliquisse verba incogitanter

adscripta „eodem jure possis ἴσθ' ὁρᾶν". Quae furcillis ejicias velim.

P. 87. Prioris fragmenti partem servavit etiam Clemens Alex. Protr. 29. p. 22. Sylb. πάλιν δὲ ὁ αὐτὸς κωμῳδοποιὸς ἐν Ἱερείᾳ τῷ δράματι, χαλεπαίνων πρὸς τὴν συνήθειαν, διελέγχειν πειρᾶται τὸν ἄθεον τῆς πλάνης τῦφον, ἐπιφθεγγόμενος ἐμφρόνως· Εἰ γὰρ ἕλκει — εὑρημέν' ἀνθρώποισιν. Confirmat igitur Clemens, quod Justinus exhibet vs. 1. ἕλκει. Etiam vs. 5. eandem quam Justinus lectionem praebet καὶ βίου ταῦτ' ὄργανα. *Victus quaerendi caussa* cymbala ista inventa esse dicit. Vs. 7. τῷ βίῳ recte interpretatur Grotius: *nostrique ficta in saeculi ludibrium*.

P. 88. In postremo fragmenti versu:

σύμβουλος· ὁ διαφέρων λογισμῷ πάντ' ἔχει,

non probare debebam Porsoni conjecturam. Vid. Hermannus D. M. p. 137. et Reisigius Conj. I. p. 11. sqq. Omnem emendandi conatum excludit Menandri versus, quem p. 165. exhibui:

εἴρηκε τὸν ἕτερον, τὸν σέ, τὸν ἐμὲ τουτονί.

Cfr. p. 134. ubi fortasse servare debebam Stobaei lectionem:

οὐδεμίαν, ἐφήμερον δὲ καὶ προπετῆ βίον.

Consulto omitto Pseudo-Philemonem p. 433. οὔ τοὔνομα φοβερὸν οὔτ' ἂν ὀνομάσαιμ' ἐγώ.

P. 92. l. 10. Heringae correctio haec est: Ἐπεὶ δὲ θύσας τῷ Βορέᾳ 'γώ, νὴ Δία, Ὀψάριον οὐδὲν ἔλαβον, ἐψήσω φακῆν.

P. 95. med. Voculam ὡς, quam e Jacobsii conjectura addidi, adjecerat etiam Heringa Observ. p. 247.

P. 96. l. 19. Diogenis verba haec sunt: ἔστι δὲ καὶ ἐπαπορητικόν τι, ὅ εἰ λέγοι τις ἀπορροίη ἄν. Ἆρ' ἐστὶ συγγενὲς τι λύπη καὶ βίος;

P. 97. l. 22. Locum ne sic quidem perpurgatum esse, docet τε importuno loco positum.

P. 100. Wyttenbachius etiam haec verba: γέλωτι πρὸς τὸν Κύπριον ἐκθανούμενος Menandro tribuit. — Ibid. l. 24. pro „risisse" corrige „vidère", et mox „moriturum" pro „mortuum". Sic etiam p. 101. l. 1.

P. 101. Quae quarto et quinto versu leguntur verba λάμβανε τὴν γλῶτταν, ea alteri interlocutori sive ministro tribuit Heringa Observ. p. 248. Idem versu 2. correxerat φέρε πλείω, Σωσία. Postremo versu eandem quam Schweigh. rationem iniit, πᾶσι ad praecedentia trahens.

P. 102. Anticyram et Chrysidem meretrices commemorat etiam Plutarchus Demetr. T. VI. p. 21. Cor.

P. 103. l. 9. Codd. Schowii habent Κοταβιζούσαις. — Ibid. l. 5. a fine. Nunc praefero μείζονος δ' ἄλλου, propter οὐ μόνον versu secundo.

P. 104. l. 9. corrige „mortuus fueris" pro „moriere".

P. 105. Elegantissimi versus e Leucadia an non recte Menandro tribuerit Strabo, dubitat Blomfieldius ad Aeschyli S. c. Th. 387., credo propter vocem ὑπέρκομπος, quam ille miro acumine ex tota Graecitate proscripsit. Idem exhibuit οἰστροῦντι, fortasse casu.

P. 106. l. 4. a fine. Photii locus ita editur: ζάκορος, νεωκόρος. Μένανδρος Δὶς ἐξαπατῶντι. — καὶ ὁ ὑπηρέτης, Λευκαδίᾳ· ἐπίθες τὸ πῦρ, ἡ ζάκορος οὑτοσὶ καλός. ἢ ὁ ἱερεὺς τὸν ναὸν σαρῶν.

P. 111. l. 16. Schweighaeuseri rationem ideo soloecam dixi; quod θηρίκλειος hoc loco substantivi vim accipit: τὴν θηρίκλειον τρικότυλον. Fortasse mutilus est locus, ut generis indicium sequens demum versus continuerit. Quamquam mirum est, etiam in praecedenti fragmento e Θεοφορουμένῃ desiderari vulgo articulum, quem recte inseruisse Schweighaeuserum haud affirmaverim. Porsonus μέσως δὲ μεθύων.

P. 112. Versu fragmenti quarto nunc cum Buttmanno praefero Stobaei lectionem οὐκέτι βλέπεις. Versu 10. et 11. malim ἀποθανόντα δὲ Ἔθαψε περιέστειλέ τ' οἰκείως. Ibid. l. ultima corrigendum „incertam".

P. 114. l. 2. Illud ἐστὶ Brunckius e Stobaeo Serm. LXXIII. p. 311. Grot. assumpsit, ubi idem senarius legitur, sed sine fabulae indicio.

P. 115. l. 10. a fine. Scribe ἐκεῖσε pro ἐκεῖ, ut constanter habent Photius, Harpocration et Suidas. Clericus tacite ἐκεῖ σε. Si quid mutandum, malim primo versu ἔλκει σε.

P. 117. In loco incerti poetae, fortasse Menandri, non monito lectore scripsi μετ' Ἀγαλλία pro vulgato μετ' ἀκμαῖα, sive ut Codex habet μετάγματα. Fort. recte; certe Agalliae nomen non sine exemplis est, et mutatio ipsa lenitate probabilis. Quantillum enim interest inter ΜΕΓΑΓΜΑΙΑ et ΜΕΤΑΓΑΛΛΙΑ? Secundo versu addidi μετά. Tertio versu placet Reisigii ratio καὶ νὴ μὰ Δία τρίτον γε μετὰ Κινησία. V. Ephemer. Jenens. 1818. nro. 183. Nisi malis καὶ νὴ μὰ Δία γε τρίτον ἔτος μετὰ Κινέα vel simili modo. Formulae καὶ νὴ Δία γε exempla attuli Quaest. Menandr. p. 51. Cfr. Dindorfius ad Aristoph. Eccl. 779.

Longe rarissimum est, quod apud Lucian. Encom. Demosth. Vol. III. p. 503. Amst. legitur νὴ Δία γε, pro quo καὶ νὴ Δία γε scribendum videtur.

P. 120. init. Praefero nunc Toupii rationem. De forma ἀπέκταγκα cfr. Valcken. de Aristobulo p. 87. — Ibid. l. 10. a fine. Suidae locus hic est: Μένανδρος Μισουμέναις:

Λακωνικὴ κλεὶς ἔστιν, ὥς ἔοικέ μοι.

περιοιστέα φησίν, ὅτι ἔξωθεν περικλείεται, μοχλοῦ εἶναι ἀνοῖξαι. Illud περιοιστέα ad Menandri versum pertinuisse intelligitur ex Olympiod. in Platonis Alcib. I. p. 152. Cr. αἱ δὲ τῶν Λακεδαιμονίων (γυναῖκες) ἐφυλάττοντο, ὡς ἐδήλωσεν ἡ πάντολμος κωμῳδία λέγουσα· Λακωνικὴ κλεὶς ἐστι καὶ οὐ περιοιστέα, sive ut margo praebet κοὐ περιοιστέα. Fortasse rem alii expedient.

P. 121. l. 25. Irenaei verba ne quis desideret haec sunt: *Mihi videntur ejus passionem, qui est apud Comicum Menandrum valde amans et odibilis Aesoni suo circumdedisse.*

P. 122. l. 2. Heringa Observ. p. 249. corrigit οὐδέ μ' οἶσθά γ' ἄθλιε; hac nota adscripta: „Verba sunt, ni fal„lor, alicujus e numero nautarum, qui Stratoni filii Theo„phili adventum nuntiat, simulque navis, quam τὸν χρυ„σοῦν κάνθαρον appellat: unde Strato, hominem non agno„scens, rogat, qualem cantharum intelligat; respondet ille: „Navem: nonne nosti me, miser? Hinc, puto, sequeban„tur bini pluresve versiculi, quibus Stratonem docebat, „quis esset". Idem postremo versu pro ὁ Καλύμνιος etiam aliam conjecturam proponit ὁ Κλέωνος. Pro Εὐφράνωρ δ' ἐκυβέρνα scripsit Εὐφρ. δὲ κυβερνᾷ.

P. 128. l. 13. a fine. καθὼς Porsonum mutasse in καθ' ὡς monetur etiam a Dobreo ad Aristoph. p. 460.

P. 130. l. 13. a fine. Corrige: δύ' ὀβολούς, et l. 35. δέκ' ὀβολούς.

P. 134. in. Zedelius Neues Magazin II. p. 182. lacunam sic fere explendam autumat: πεποίηκατ' ἔργον οὐχ ἑταιρῶν, φίλταται, μὰ Δί', ἀλλ' ἑταίρων ταῦτα etc. Quod etsi verum esse vix crediderim, meo tamen conatui longe longeque praeferendum est. Verissime enim me monuit Buttmannus, librarium a priori ἑταίρων ad alterum aberrasse, ideoque in medio posita omisisse.

P. 138. l. 14. Male conjeci γλυκερᾶς, pro quo poeta haud dubie scripsisset γλυκερῆς. Itaque nunc unice probo

antiquam lectionem γλυκερούς. — Ibid. l. 26. Ovidii locus est A. A. III. 565. Amor. I. 7. Tibulli I, 10, 49. Propertii III. 8. — Ibid. l. 7. a fine corrige „non caesam fuisse".

P. 140. l. 18. corrige κοῦφον.

P. 152. l. 2. Jacobsius Epist. ad Heerenium hujus Stobaeo adjecta p. 238. corrigit: ὁ μὴ δεχόμενος τῶν θεῶν τὸ συμφέρον αὐτῶν (ita Pauwius pro αὐτῷ) διδόντων εἰς τὸ ζῆν, οὐ βούλεται ζῆν εὐτυχεῖν. Quod nec propter ζῆν nec propter ὅδε ferri potest.

P. 154. l. 4. Scripsi τὸν λιβ. pro τὴν λιβανωτόν. Idem praebent, notante Lobeckio, Phrynichi ed. princ. et Lascaris, qui pro τρυφῇ habent τρυφῶν, ex quo Junius nomen fecit Τρύφων. Ceterum injuria Blomfieldius ad Aeschyli Agam. 1381. miratur Bentlejum, qui p. 57. verba σὺ δ' ἐπίθες τὸ πῦρ latine vertit: *tu vero pone ignem.* Formula ἐπιθεῖναι πῦρ *ignem in ara sive in foco imponere vel suscitare*, iterum usus est Menander Leucad. p. 106. Itaque carere licet viri clar. conjectura: ἐπιθεὶς τὸ πῦρ τρέφε.

Ibid. l. 22. De duplice interrogatione in τίς τίνος ἐγένετο, οἷος οἷα πάσχει et similibus quae dixi minime recondita, his fortasse addendum illud Horatii 3. Od. 27, 37. *unde quo veni?* quod vulgo separatim scribunt: *unde? quo veni?* In Sophoclis tamen loco apud Aelianum H. A. XI. 18. Brunckius demum edidit: οἵαισιν αἰσχύναισιν οἷα μαίνεται. Verissime Cod. Vind. apud Heynium ad Iliad. Vol. VI. p. 529. ita exhibet: φεῦ κἂν ἀνοικτίρμων τις οἰκτείρειέ νιν πτήσσουσαν αἰσχύναισιν οἷα μαίνεται. Ejusdem fragmenti versu quinto ne Schaeferi quidem quantumvis lenem et elegantem conjecturam admittendam judico, siquidem λειμὼν ποταμίων ποτῶν recte dici posse videtur de prato fluvialibus aquis irriguo. Similiter Euripides Med. 820. πόλιν ἱερῶν ποταμῶν dicit urbem ad fluminis ripas conditam. Quae alio loco de his verbis dixi, ea nauci non sunt. Sexto versu fortasse αὐγασθεῖσά που legendum pro edito αὐγασθεῖσ' ὑπό, de quo cfr. Reisigium Ephem. Jen. 1818. No. 183. et ad Sophoclis Oedip. Col. p. 260. Memorabilis tamen hanc in rem locus est Sophoclis Philoct. 626. οὐκ οἶδ' ἐγὼ ταῦτ'. ἀλλ' ἐγὼ μὲν εἶμ' ἐπὶ Ναῦν. Ad rem ipsam, cujus causa Aelianus attulit Sophoclea, conf. Plutarch. Amat. p. 754. A.

P. 160. l. 3. a fine post ὀνθυλεύσεις adde „interpretatur". — Ibid. l. 21. a fine. Etiam Archestrati locum, et recte fortassis, eripit nobis Porsonus Advers. p. 86.

P. 161. in. De veritate lectionis Corayanae non dubito, quamquam durissimi sunt nominativi illi Ἰωνικοὶ πλούταξ pro εἰ δέ τις πλούταξ ἐστὶν Ἰωνικός. — Ibid. med. Ad Socratis locum compara Lobeckium ad Phryn. p. 73.

P. 169. l. 8. 9. a f. In eo quem attuli Athenaei loco, monente Buttmanno, aut Πυθία εἴρηκεν crasi coalescunt, aut verba ἡ δὲ Πυθία εἴρηκε — καλεῖν a poetae oratione sejungenda et Athenaeo tribuenda sunt.

P. 171. fin. Porsonus Append. ad Toupii Emendatt. p. 468. ita Menandri versum constituit: ὡς μηδὲν ἀποκρινοίμεθ', ἂν οὕτω λαλῇς.

P. 172. fine. In Prisciani loco Caecilii Hypobolimaeum significari monuit etiam Krehlius T. I. p. 222.

P. 175. E Phasmate Menandri Plautinam Mostellariam expressam esse suspicatur Gesnerus ad Plinii Epist. VII. 27., in quo falli virum egregium docent ea, quae de argumento Menandreae fabulae e Donato adscripsimus. Contra optime Plautinae fabulae argumento convenit titulus dramatis Theogneto adscripti Φάσμα ἢ Φιλάργυρος apud Athen. III. p. 104. B.

P. 179. Assentior nunc Buttmanno, Schweighaeuseri rationem ita probanti, ut interrogatio: οὐκ ἔστιν — ὡς: comice accipiatur hoc sensu: *Quid tua refert mensarum numerus? quin tu candylos facis et quae praeterea condire soles bellaria. Sic enim nunc est: coquus parat bellaria, libifica contra carnes assat.* Dele igitur l. 8. a fine verba: „pro οὐκ ἔστι — οὐδ' ἔστι." De vs. 4. et 5. ne nunc quidem quid statuam habeo. Buttmannus probat quod Schweigh. proposuit, ποιήσω, in ceteris nil mutandum ratus.

P. 180. l. 17. Male haec. Κρεάδιον nunquam potest secundam corripere; nam quod κρέα passim ultimam brevem habet, id nil ad rem.

P. 181. l. 17. Ψηττάδιον in Ψηττάριον mutandum videri ammonuit Lobeck. ad Phryn. Ecl. p. 74. Mox minus recte quidem Heringa τὰ τραγήματα; at sensum loci optime perspexit p. 258. Postremo versu conjicit δειπνίζετ', ἀπὸ τῶν μελιπήκτων, ταῖς κίχλαις.

P. 182. med. Recte quidem non de nihilo esse adnotavimus, quod sextum decimum Boedromionis diem commemorat, cuicunque haec verba tribuit Menander. Quid autem est, quod affatim *vini* illo die nutrici suppeditatum iri affirmat? Nimirum Chabrias in Naxiacae victoriae, decimo sexto Boedromionis die reportatae, me-

ioriam instituerat, ut singulis annis eo ipso die redeunte inum inter cives distribueretur. Plutarchus V. Phoc. 6: . V. p. 6. Cor. ἐνίκων δὲ μεγάλοις μυστηρίοις, καὶ παρεῖχεν ἰνοχόημα Χαβρίας Ἀθηναίοις καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τῇ ἕκτῃ τὶ δέκα Βοηδρομιῶνος.

P. 183. l. 4. corrige „verte" pro „recte".

P. 185. ad fragm. inc. 1, 3. Buttmannus conjicit ἐκ-υνθάνεσθαι τἀρσένων χἠμᾶς ἐᾶν. Quem ibidem tractavi mphidis locum, eum ne sic quidem persanatum judico. ersu primo fort. scribendum: οὓς ἂν ἐπερωτήσῃς τι, συλ-ιβῶν etc. Versu sexto revocanda est, qua unice Attici si sunt, forma πουλύποδος.

P. 189. in. corrige τι pro τε. — Ibid. l. 8. post ute-s adde: Sic verbo φέρεσθαι utitur Poeta inc. apud Sto-aeum Serm. 105. p. 441. Grot. μήτε λίαν ἐν ταπεινῷ τῆς ίχης μέρει φέρεσθαι, μήτ' ἐν ὑψηλῷ πάλιν.

P. 190. l. 16. Desiderari particulam ἂν perspexit V. . in Actis Lips. 1717. p. 36. citra necessitatem tamen orrigens: ὡς ὀναίμεθ' ἄν.

P. 192. ad fragm. 5. Primo versu servari potest su-erlativus, qui necessario, ut equidem opinor, in compa-ativum mutandus esset, si inverso verborum ordine poeta ripsisset: ἅπαντά ἐστι νοῦν ἔχοντα μᾶλλον καὶ μακαριώτατα νθρώπου.

P. 197. ad fragm. 11. Versu 2. quod dubitanter con-ci τρόπον τινά, id nunc unice verum videtur et mihi : Buttmanno. Vs. 4. casu dedi ὑγιαίνεις pro ὑγιαίνει.

P. 198. l. 4. a fine. In Suidae loco fort. κατεσθίον gendum pro καὶ ἐσθίον.

